
Anthologia latina

Alexander Riese,
Franz Buecheler,
Ernst Lommatzsch



ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

FRANCISCVS BVECHELER ET ALEXANDER RIESE

PARS POSTERIOR

CARMINA EPIGRAPHICA

CONLEGIT

FRANCISCVS BVECHELER

FASCICVLVS I



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXV

CARMINA LATINA EPIGRAPHICA

CONLEGIT

FRANCISCVS BVECHELER

I



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXV

1895

RENARDO KEKVLÉ

D · D · V IDVS DECEMBRES A · MDCCCLXXXVI

1

Enos Lases iuuate,
e]nos Lases iuuate,
enos Lases iuuate.
neue lue rue Marma sins incurrere in pleores,
neue lue rue Marmar [si]ns incurrere in pleoris,
neue lue rue Marmar sers incurrere in pleoris.
satur fu, fere Mars, limen [sal]i, sta berber.
satur fu, fere Mars, limen sali, sta berber.
satur fu, fere Mars, limen sali, sta berber.
sem]unis alternei aduocapit conctos,
semunis alternei aduocapit conctos,
simunis alternei aduocapit [conct]os.
enos Marmor iuuato,
enos Marmor iuuato,
enos Mamor iuuato.
triumpe triumpe triumpe, trium[pe tri]umpe.

CIL. I 28 VI 2104 Ritschelius PLME XXXVI A. AL. Meyeri 8 Romae. uetustissimum fratrum Arualium carmen cantatum in sacris deae Diae in aede clusa, relatum in actis collegii anno p. Ch. 218 (praecedit *ibi sacerdotes clusi succincti libellis acceptis carmen descindentes tripodauerunt in uerba haec,* sequitur *post tripodationem deinde signo dato publici introierunt et libellos receperunt*), eo autem tempore sine dubio ne a sacerdotibus quidem intellectum, nedum a quadratario qui tabulae litteras insculpsit negligenter. quamquam mihi ipse ille non tantum uidetur peccasse quantum Henzeno uisus est formas uerborum complures mutanti in actis fr. Aru. p. CCIV. Marinii atque eruditorum de uerbis numeris cantu opiniones hoc loco excutere non queo, incipiunt carmen finiuntque cola

quaternaria catalectica (Vsener de prisco metro graeco p. 77), in medio cola bina coniugantur uersusque efficiunt Saturnios

1 *e nos* diuisim Bergkius et Ribbeckius de particulis lat. p. 26. cf. Graecorum ἐμοί ἐμέ priscum *iouate* 4 *neueluaerue* lapis, at 5 et 6 *neueluerue* idem. interpretor cum Mommseno *neue luem* (potest *Luae*) *ruem Mars sinas* uel *seiris incurrere in plures*. non inuenitur in litteris latinis *rues* uocabulum, testis citatur Cyrilliana glossa, aeque formata *strues* et *lues* sunt. *r* geminata in *incurrere* abhorret a priscis 7 *furere*, at 8 et 9 *fufere* lapis. *fu* imperatiuus ut δείκνυ a *fuo fore*. similia uerba Homerica, ἅλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν ἔχων βιὸν ἠδὲ φαρέτρην Vlixes, et structura, οὐδὸν ἱκέσθαι. pro *sali sta* in uersu 9 *saii sia* lapis. *berber* uocatiuus uidetur, cf. βόρβορος βεβρός βάρβαρος 10 *semunis* semones quos cum semideis posteriores confundebant. *aduocapit* quod fuit qui interpretaretur *aduoca quid*, deformata terminatione ualere uidetur idem quod *aduocabitis*. tenuem labialem substitutam pro media ad priscam linguae latinae condicionem spectare puto qua pariter atque apud Tuscos et Vmbros mediae induruerint, cum et gutturalis mediae propria nota (gamma graecum) inuerteretur et *Alixenter Casantra* pronuntiaretur. scriptura ipsa certa est, licet Ritschelii tabula in 10 *aduocadit* exhibeat 12 *alternip* lapis aut *alternie* 16 quinquiens quod succlamatur *triumpe* siue *Triumpe*, cum quinario triplicatorum uersuum numero satis conuenit. et ad Saturnios modos minutius membrum cum maiore adaequatur tractu uocis moraue

2

Gonlegium quod est aciptum aetatei age(n)d(ai),
opiparum ad ueitam quolundam festosque dies,
quei soueis a[rg]uticis opidque Volgani
gondecorant sai[pi]sume comuiuia loidosque,
ququei huc dederu[nt i]nperatoribus summeis,
utei sesed lubent[es be]ne iouent optantis.

CIL. XI 3078 ex auctoritate fideque Garruccii, Zvetaieff inscr. It. inf. dial. p. 26 Faleriis reperta lammina Romam delata ad Garruccium. in altera parte scriptum est *Iouei Iunonei Mineruai Falesce quei in Sardinia sunt donum*

dederunt, magistreis L. Latrius K. f. C. Saluena Voltai f. coiraueront. ultra Enni tempora et Catonis ascendere uetat geminata consonans in *summeis*, etsi alia cum Romanis titulis conlata antiquius saeculum produnt ut *opidque.* nescio qua mollitudine aerarii potius quam dialecti Faliscae propria factum est ut *conlegium Volcani condecorant* mediam pro tenui acciperent. ceterum alter quisque uersus introrsum reiectus est de more distichorum

1 acceptum, utile gratumque cottidiano uictui 3 *astutieis* Garruccius. in Plauti Aulul. 359 coquo dicitur *Volcano studes*, in Vespae iudicio coci et pistoris *est Vulcanus iudex qui nouit utrosque.* Romani uentrem Faliscum inter gulae delicias celebrarunt 4 *saisume* continuat et *suauissume* interpretatur FrMarx, Pl. Persae 633 comparat FrLeo 5 coqui hoc dis in altera parte scriptis dederunt *inperato. ribus* sic diremptum in aere 6 unus hic Saturnius formam a Varrone ceterisque praescriptam ostendit, proxime abest 1, longissime 2 et 5

3

Duct(u) | auspicio imperioque| eius Achaia capt(a),
Corinto | deleto Romam redieit | triumphans.
ob hasce | res bene gestas quod | in bello uouerat,|
hanc aedem et signu| Herculis Victoris|
imperator dedicat.

CIL. I 541 p. 150, PLME LI A. AL. Meyeri 13 Romae. praescriptum *L. Mummi L. f. cos.* qui triumphauit a. u. 609, dedicatio postea facta est, imperatoris uictoriaeque eiusdem plura habemus monumenta congesta a Mommseno. tabulas triumphales uictoriarumque in templis titulos ad Acci usque tempora uersu Saturnio compositos fuisse notum est, quem ritum cum Mummius quoque coluerit, aegre tamen mihi persuadeo carmen istud nec numerorum aequabilitate absolutum et pro illa aetate neglegenter insculptum (u. 1 *duct.* et *capt.* scriptum est odioso operae compendio) id ipsum esse quod Mummius dedicarit, immo ex antiquiore tabula ne descriptum et immutatum sit uereor. atque in uerbis syllabisque remotioris antiquitatis fere omnia desunt indicia

1 Plautus Amphitr. 196 *ductu imperio auspicio suo* 2 *Corinto* aut masculino genere (ut graeci poetae ἀφνειὸν

et ὀφρυόεντα Κόρινθον) aut neutro (cf. Neue de formis l. l. I p. 654, Georges indicis formarum p. 174) 3 pronuntiare licet *uorat* ut Accius *animam* inquit *deuoro hostibus* praet. 15 R. 4 5 haec non in unum coeunt uersum nec solito Saturniorum modo cadunt. itaque 5 clausulam esse Ritschelius uoluit trochaicam. quod in tam breui spatio desultorium numerorum certamen displicet. immo Mummius haec si inscripsit, finiuit carmen colo quaternario catalectico ut hemistichio Saturnio, primigenio et exoletae licentiae uersiculo qualem in Falisco carmine uel Paelignis (17) uides *afded eite uus pritrome*

4

Quod re sua d[if]eidens asper afleicta
parens timens heic uouit, uoto hoc solut[o
de]cuma facta poloucta leibereis lubetes
donu danunt Hercolei maxsume mereto.
semol te orant, se [u]oti crebro condemnes.

CIL. I 1175 p. 240 X 5708 uidit Mommsen, PLME LII A Sorae. praescripta liberorum nomina *M. P. Vertuleieis C. f.* initiis septimi ab u. c. saeculi Ritschelius titulum adsignauit. litterae peruetustae, Saturnii interuallis in lapide distincti

1 *asper* Mommsenus negans fuisse in lapide praeterea quidquam: *asper[e]* priores. cf. Vergilianum *rebus non asper egenis* 3 de decuma parte Herculi pollucta cf. Plaut. Stich. 233, Varr. l. l. VI 54 et sat. 413, Masurium Sabinum apud Macrob. sat. III 6, 11 *(M. Octauius Herennus prima adulescentia tibicen postquam arti suae diffisus est, instituit mercaturam et bene re gesta decimam Herculi profanauit)* al. *lubetes* fuisse in lapide Ritschelius ait, confirmat Mommsenus. *lube[n]tes* uolgo

5

similis argumenti titulus est Aquilanus CIL. I 1290 IX 3569 quem Henzenus Mommsenusque ad hunc modum restituerunt

. . . *hoce ut l]ibe[t] don[u* | . . . *d]edit L. Aufidi(us) D.* | *[f . . . de]cuma facta* | *[Hercol]i mer(eto) iterum.* | *[simul] te orat, tu es* | *[sanctus] deus, quei tou*|*[tam a te] pacem petit.* | *[eum] adiouta*

plures illi quidem ab sinistra periisse litteras rati. quod uerum uidetur esse, etsi copulatum malim *donu dedit* et

in eadem sententia *iterum* positum cum *adiouta* et in primo uersu probatum quod Garruccius uidisse se dixit *h]oc tibei don[um.* continenter illa si leguntur, in u. 4 *imer* litteras non est qui expediam, nam *Imer* id est Himerus nomen proprium hic non habet locum. sed carmen numeris conceptum sine dubio preces extremae fuere: *quei tou[am prece] pacem petit, [auxilio] adiouta* aut alius modi

adde Carseolanum fragmentum CIL. IX 4071 a . . . *cilius L. f.* | *[dec]uma facta* | *[tem]ploque* | *[tib]i d(onum) dat* | . . . siue *[Hercol]i d. dat*

6

Honc oino ploirume cosentiont R[omane
duonoro optumo fuise uiro,
Luciom Scipione. filios Barbati
consol censor aidilis hic fuet a[pud uos.
hec cepit Corsica Aleriaque urbe,
dedet Tempestatebus aide mereto[d uotam.

CIL. I 32 p. 18, PLME XXXVIII E. AL. Burmanni II 43, Meyeri 2 Romae Scipionum in sepulcro repertum, ubi alter hic eiusdem uiri titulus CIL. I 31 *L. Cornelio L. f. Scipio aidiles cosol cesor.* consul a. u. 495 Corsicam cepit diruitque Aleriam, de Corsis Sardis Poenis triumphauit, censuram egit a. 496

1 *Romani* Grotefendius et Niebuhrius, *Romae* Sirmondus 2 *uiro uiroro* Grotefendius et Ritschelius opusc. IV p. 219 cum *uiroro* in altera tabula fuisse adiunctum statuerent. quod qui effigiem lapidis considerarit spatiumque post *uiro* sat amplum superfuisse reputarit, non poterit non ueri dissimillimum iudicare. accedit quod in gemello elogio A. Atili Calatini cos. a. u. 496 et 500 prope Scipionum tumulum sepulti Cicero de fin. II § 116 et Cat. m. 61 tantum haec lecta refert *hunc unum plurimae consentiunt gentes populi primarium fuisse uirum,* quae nisi duos explesse Saturnios credas, sensus uersusque ambitum exaequari desperes. nihil igitur deest. *uirum bonorum optumum* quasi hereditarium fuisse Scipionum agnomen Havetus ostendit conlato Liuio XXIX 14, 8 al.

3 *filiom* mutat Woelfflin in actis acad. Monac. 1892 p. 194 detrahens opinor de poeticis 5 *urbe pugnandod*

Ritschelius numeros supplemento indigere ratus, et ego olim *urbe clasid* 6 respicit hanc dedicationem Ouidius fast. VI 193. compleuit uersum Ritschelius et *meretod* quidem necessario, *mereto lubenter* Grotefendius

7

Cornelius Lucius Scipio Barbatus
Gnaiuod patre prognatus, fortis uir sapiensque,
quoius forma uirtutei parisuma fuit,
consol censor aidilis quei fuit apud nos,
Taurasia Cisauna Samnio cepit,
subigit omne Loucanam opsidesque abdoucit.

CIL. I 30 p. 16, PLME XXXVII B. AL. Meyeri 1
Romae repertum in Scipionum sepulcro cum hoc titulo CIL. I 29 *L. Corneli]o Cn. f. Scipio.* consul a. u. 456 bellum cum Samnitibus gessit, Taurasiam (Liu. XL 38) ignotumque Cisaunae oppidum diruit, in Lucanos exercitum duxit, censor fuit a. 464. carmen continuo scriptum sed ut lineolis Saturnii uersus discernerentur. ante carmen erasa antiquitus alia inscriptio decem aut duodecim uerba complectens, in quibus sub finem *c]eso[r.* filii elogium (6) cum a tralaticia formula incipiat, hoc patris libertate quadam ac facundia prooemii excellit. declinationis uerborumque formas in filii quam in patris titulo uetustiores legi dudum docti animaduerterunt. inde Ritschelius ac Mommsenus recte collegerunt patri non quo tempore ipse occiderat sed post filii mortem, id est ineunte sexto urbis saeculo hoc elogium obtigisse quo parem cum filio honorem haberet

3 *parissumus* cum Plauto exoleuit 5 *Samnio* alii accusatiuum esse uoluere in quo offendit *o* uocalis, cum reliqua eiusmodi nomina per *u* efferantur, et ipsa structura qua duobus neque ita claris Samnii oppidis male Samnium quasi tertium uideatur adiungi. alii ablatiuum interpretati sunt, cuius ne ipsius quidem forma plane conuenit cum *Gnaiuod patre*, constructio tamen prisco sermonis latini usu uindicari potest (*ex Samnio*, ut *tus Ponto, Fuluius Aetolia cepit* al.) 6 *Lucana* omisso terrae uocabulo pro Lucania singulare. *abdoucsit* correxisse quadratarium inter *c* et *i* inserta breuioris moduli littera *s* Cholodniak adfirmat contra Ritschelium opusc. IV p. 223

8

Quei apice insigne Dial[is fl]aminis gesistei,
mors perfe[cit] tua ut essent omnia breuia,
honos fama uirtusque, gloria atque ingenium.
quibus sei in longa licu[i]set tibe utier uita,
facile facteis superases gloriam maiorum.
qua re lubens te in gremiu, Scipio, recip[i]t
terra, Publi, prognatum Publio, Corneli.

CIL. I 33 p. 19, PLME XXXIX F. AL. Meyeri 3 Romae inuentum ubi superius carmen. cui Scipioni factum sit non clare patet. rettulit Viscontius non improbante Mommseno ad Africani maioris filium, minoris patrem adoptiuum, qui ab auguribus cooptatus est a. 574 (Liu. XL 42) adoptauitque filium ante a. 586 (Liu. XLIV 44), flamen autem Dialis fuisse non traditur. eius uitam Mommsenus intra a. 550 et 590 concludit. geminata consonans in *essent* 2 (contra *gesistei superases licuiset*) et *terra* 7 certe medio saeculo urbis sexto inferiorem aetatem ostendit. uerba inde a *mors* continuo scripta, sed Saturnii uersus tenuibus interuallis distincti. ad hoc qui primum uersum minoribus litteris incisum et reliqua Scipionum elogia Saturniis condita non plus senis obseruarit, mecum sentiet aliquando *mors* principium epigrammatis fuisse ac postea flamonii commemorationem adiectam

1 *insigne* neutrum est, ne *insignem* putes 2 iungendum *tua omnia* 4 transponi *utier tibe* Fleckeisenus uoluit 6 ex graecis γαῖα κόλποις ἐδέξατο, Cic. de leg. II 63

9

Magna sapientia multasque uirtutes
aetate quom parua posidet hoc saxsum.
quoiei uita defecit, non honos, honore,
is hic situs, quei nunquam uictus est uirtutei,
annos gnatus (uiginti) is [diu]eis m[an]datus,
ne quairatis honore quei minus sit mand[at]u[s.

CIL. I 34 p. 20, PLME XLI K. AL. Meyeri 4 inuentum Romae ubi superius carmen. praecedit *L. Cor-*

nelius Cn. f. Cn. n. Scipio qui qua aetate fuerit non constat. Viscontius filium Hispalli esse sumpsit eius qui consul obiit mortem a. u. 578, fratrem minorem Hispani praetoris a. 615, Mommsenus posse etiam de Hispani huius filio cogitari adnotauit. argutiae oratoriae ad septimi saeculi initia ducunt 3 non honestas sed uita defuit ad capessendum honorem (*honore* accusatiuus) 5 *gnatus XX is l..eis* ita ut sexta a fine littera et Ritschelio et mihi in ectypo uisa sit etiam pro *d* semiplena haberi posse. temptarunt *terreis, laudi est, leto est, Diteist, larueis* uestigiis lapidis ac sententiae contraria, *loceis* Mommsenus (cf. *loculum* sepulcralem), ego deos Manes intellego 6 id est honorem quem non acceperit, ut Viscontius interpretatur. Ritschelius 'cur minus honori sit mandatus', quam sententiam eleganter Lachmannus expressit (Lucr. p. 245) *honore quei minus sit mactus,* tamquam quadratarius perperam *mandatus* iterasset, potuit *mactatus*

10

aliud in Scipionum sepulcro fragmentum trium uersuum clausulas habet CIL. I 37 p. 21, PLME XL H, primi *s* litteram, secundi *Sci*]*pionem*, tertii *qu*]*o ad ueixei.* mortuus igitur quod ipse loquens fingitur, probabiliter Ritschelius Saturnii carminis esse exitus coniecit. iungendum *quoad*

11

Hoc est factum monumentum Maarco Caicilio.
hospes, gratum est quom apud meas restitistei seedes:
bene rem geras et ualeas, dormias sine qura.

CIL. I 1006 p. 218 VI 13696, PLME LXIX D Romae in uia Appia. litterarum formae et geminatio uocalium et *qura* Acciana tempora produnt. cognatione M. Caecilium attigisse uidetur Q. Caecilius nullo insignis cognomine auonculus Attici, quem in monumento eius iuxta uiam Appiam Nepos ait sepultum

12

Heic est situs Q]ueinctius Gaius Protymus
ameiceis su]mma qum laude probatus,
quoius ing]enium declarat pietatis alumnus
Gaius Queinc]tius Valgus patronus.

CIL. X 5282 uidit Mommsen lapis inuentus prope Casinum, litterae antiquae, supplementa Mommseniana. Quinctium Valgum alia quoque monumenta memorant conlecta a Nisseno stud. Pomp. p. 119, quibus hoc quidem euincitur Ciceroniana aetate eum non fuisse posteriorem. socerum fuisse Rulli tr. pl. a. 691 nominatum a Cicerone de lege agr. III 3 probabiliter coniecit Dessau CIL. IX p. 695 add. 1140 difficile decernas cum paruum carmen sit idque mutilum, utrum iustos uersus habuerit an dictiones poeticas consarcinatas in uersuum speciem. nam 2 *summá cum laude probatus* et 3 *déclarat pietatis alumnus* clausulae uidentur hexametrorum. at 1 non potuit esse nisi Saturnius uersus (qualis est ille *Cornelius Lucius Scipio Barbatus*, siue plene *situs* siue *situ* pronuntiatum est), Saturnioque numeros aptos exhibet initium uersus 3 *quoius ingenium declarat*, etsi altera pars eius ab solita specie discedit. itaque u. 2 supplementum non muto quippe quod litterarum numero bene congruat cum 3, licet uersiculus magis sic fiat tolerabilis *boneis uireis summa qum laude probatus.* in u. 3 *pietatis* cum *ingenium* aut *alumnus* construitur duriuscule. nec tamen credibile est in sequente uersu periisse nomen ex quo illud aptum fuerit *(studio C.)*. eius uersus exitus Saturniis heroisque conuenit, totus non differt a prosa

13

Est hoc monimentum Marcei Vergilei Eurysacis,
pistoris redemptoris : apparet.

CIL. I 1013 ss. p. 222, PLME LXXXVIII Romae ante portam Esquilinam. Ciceronis aetate titulus non antiquior, ut *y* littera ostendit. prior uersus ter in monumento legitur (1014 *Margei*, 1015 *Marci Vergili*), secundus bis 1013 et 1014. carmen illud esse aut saltem oportuisse fieri recte Mommsenus inde conclusit quod omnibus praenomen litteris perscriptum est. tamen uix unum iste uersum scite absoluit. inferior uersus a cottidiano sermone non differt nisi extremo uerbo, quod neque redemptorem apparitorum neque apparitorem ipsum Eurysacem fuisse significat sed spectari iubet signa monumenti pistorium opificium imitantia explanata ab Iahnio in actis soc. Saxon. 1861 p. 341

14

de uxore Eurysaces marmori ibidem inuento, quod panarii speciem refert, hoc mandauit epitaphium CIL. I 1016: *fuit Atistia uxor mihei, femina opituma ueixsit,*

quoius corporis reliquiae quod superant sunt in hoc panario. quod item carmen proque carminis uetustioris uersiculo substitutum credas tali *quoius corporis reliquiae sunt in hoc monumento.* tum fortasse de filia agitur hoc fragmento CIL. I 1018 *quoius format . . . | uicerunt mores fi . . .* unde Ritschelius Saturnium fecit *quoius formae decorem uicerunt mores* comparato Scipionis Barbati elogio 7, s. potest *quoius forma(m) t[enaces] uicerunt mores fi[dei*

15

compilationis exemplum memorabile Mommsenus indicauit CIL. I 1071 VI 23137 ubi uiri mulierisque nominibus formulae quaedam cum subicerentur, ne numerus quidem consertorum uocabulorum adaequatus est: *heis sunt duo concordes, famaque bona exsituq. hones(to) felixs.* prior formula principium esse Saturnii uersus potuit, altera prope abest ab Saturnio integro *(exsituq. fati).* talia qui conquiret sperans priscorum elogiorum se aliquot particulas recuperaturum, non eum quidem stulta spe delectari dixerim, at incertissima tamen cum alias ob causas tum ideo quod Saturnius numerus tam humilis est ac flexibilis ut facile ad pleraque enuntiata torqueatur (uelut CIL. I 1072 *uxsor fruge bona pudica* uel 1256 *bona proba frugei salue*)

16

singulares ex inscriptionibus discernere uersus Saturnios periculosa res est et nisi aetas tituli externaque indicia aut elocutio impulerint carmen ut ponamus, plane temeraria. diu autem plebis siue notitia penitus insita siue rudi assuetudine uetustae poesis resedisse memoriam monumento docemur Eurysacis. huius hominis temporibus fere aequalis erat Campanus cuius CIL. I 1241 X 4255 epitaphium habemus: *P. Octaui A. l. Philom[usi] ossa heic sita sunt,* infra indicantur fines monumenti quique faciundum curarint, interiecta est prisca *parentum* appellatione notabilis ac fortasse e caerimoniis publicis repetita formula haec *deis inferum parentum sacrum ni uiolato,* cf. *diuis parentum sacer esto* in legibus regiis et *parentare Parentalia*

in uasculis ossuariis Romanis Fabretti 21, 91 Iahn spec. epigr. 44, 173 Henzen 7342 admonitio haec legitur *ne tangito, o mortalis, reuerere Manes deos,* in qua Manes di pro dis Manibus dicti sunt praeter consuetudinem (Phaedrus I 27, 6 *uiolarat quia Manes deos*). proposui quondam *reue-*

rere Manes diuos, nunc quoque carmen istud puto repetitum identidem

Staberiae P. l. Florae sepulcrum Campanum CIL. X 4352 haec habet bis insculpta: *rogo te, mi uiator, noli mi nocere.* quae nisi iterata essent, abicerem carminis cogitationem, certam esse ne sic quidem contendo

CIL. VI 12802: *rogo per superos, qui estis, ossa mea tueatis* uerba instar carminis

Barii Caecilius Felicio de Phoebe coniuge erepta dolorem sic testatur CIL. IX 292: *iniqua fata, quae nos tam cito disiunxerunt* non quidem extra numeros sed ut ipsum Saturnios percepisse negem

CIL. I 1064 . . . *T. Attius Ɔ. l. Auctus coiugi, T. Luscius Ɔ. l. Corumbus patronae pro meriteis dant ubei eorum ossa quiescant* ex his postrema ut Saturnium aequent casu factum esse, licet *dant* praesens orationis uideatur exquisitae, structura uerborum euincit

17

numeros Saturnios tractanti quoniam proficiscendum est ab inscriptionibus, adiungere uisum est Paelignos titulos Saturniis conceptos inscriptos circa belli socialis tempora inuentos Corfinii, quos ego explicare conatus sum musei rhen. 33 p. 272 et 35 p. 495, post multi repetierunt et commentati sunt, cf. Zvetaieff inscr. It. dial. n. 13 et 14, Thurneysen mus. rhen. 43 p. 347. unus hic est:

. pracom . . . . . .
usur pristafalacirix prismu petieďu ip uiďad
uibdu omnitu Vranias ecuc empratois
elisuist . Cerfum sacaracirix Semunu sua
aetatu firata fertlid praicime Perseponas
afďed . eite uus pritrome pacris puus ecic
lexe lifar, dida uus deti hanustu Herentas

quem sic fere interpretabar:... cum] annuus antistes primum impetum ibi uiderat, uotum conceptum, Vraniae hoc imperatis exsolutum est; deos uenerabundus semonesque aetatem messe fertili in sedem Proserpinae abdidit; ite porro in annum placidi, ut hic legibus satis fiat, det annum ditem honustum Venus. alter titulus sepulcralis est quasi unus ex multis breuior et minus quam ille agitatus controuersiis:

pes pros ecuf incubat | *casnar oisa aetate* |
C. Anaes solois des forte | *faber*

id est ut puto: pedes paucos hic incubat senex usa aetate C. Annaeus omnibus diues fortunae faber

accedat Oscum carmen Anxiae in aedicula supra caput adstantemque iuuenem insculptum litteris graecis (Zvetaieff n. 232)

πωτ ϝολλοͱωμ σοροϝωμ ειν   καπιδιτωμ καͱας λεικειτ
κω αχερηι λιοκακειτ σϝα .μ?   εσοτ βρατωμ μειαιανα..
i. quod iste pollicitus est locauitque, id meritum ista habet

---

18

Templum hoc sacratum her[oibus, qui] quod ger[unt
Augusti nomen felix [illis] remaneat,
stirpis suae laetetur u[t regno] parens.
nam quom te, Caesar, tem[pus] exposcet deum
caeloque repetes sed[em, qua] mundum reges,
sint hei, tua quei sorte ter[rae] huic imperent
regantque nos felicibu[s] uoteis sueis.

CIL. X 3757 uidit Mommsen, Nissen in Herme I p. 152 Acerris inuentus lapis. subscriptum *L. Aurelius L. f. Pal. Rufu[s] primopilaris l[eg.] XVI militans st ... imp. Caesaris* ... pulcra litterarum forma et legionis nomen ad Domitiani tempora titulum detrudi uetant. ad Claudium et Neronem Britannicumque (a. 50—54) Nissenus rettulit, Mommsenus ad ipsum Augustum, agi uideri de aedicula Laribus id est ἥρωσιν Augustis ita dedicata, ut sub eorum imaginibus C. et L. Caesares colerentur

1 sic Mommsenus et ego: *heroum quoi Germanici* Hauptius cum Nisseno. *quod ge* litterae certae sunt, quae sequitur posse *n* esse Zangemeister testatur, *germanici* non potest fuisse in lapide. *Herculi* priorum commentum (Mommsen IRN. fals. 274) et uersu et sensu refutatur 2 *semper* Nissenus addiderat, *nobis* Mineruinius 3 *sceptro* OHense et Leo proponunt uel *factis* 5 similia de Augusto iam Vergilius Horatius *(serus in caelum redeas)* Ouidius praedicauerant 7 post *felicibu* licet ex priorum uersuum analogia plures litteras periisse putaueris, nolito tamen *ex* adicere propositum ab Hauptio, ne metrum pessum des praue diuiso anapaesto

19

Siluane sacra semicluse fraxino
et huius alti summe custos hortuli,

tibi hasce grates dedicamus musicas,
quod nos per arua perq. montis Alpicos
tuique luci suaue olentis hospites,
dum ius guberno remq. fungor Caesarum,
tuo fauore prosperanti sospitas.
tu me meosque reduces Romam sistito
daque Itala rura te colamus praeside:
ego iam dicabo mile magnas arbores.

CIL. XII 103 descr. Hirschfeld, Or. 1613. AL. Burmanni I 49, Meyeri 602 Aximae. subscriptum *T. Pomponi Victoris proc(uratoris) Augustor(um)* Alpium Graiarum, quod munus describitur uersu 6. litteratura tabulae bona dicitur saeculi II exeuntis, Frontonianis conueniunt *rem fungor* et sanctiorum uerborum prosperandi sospitandique compositio. iambi puri excepto quarto pede uersus 8
3 *musicas* in marmore est, non *maximas*
4 *Alpicos* pro Alpinis Nepos Hannib. 3 5 siluarum incolas feras 10 *mile* non geminata *l* lapis

20

Diuum sodalis, consu[l ex] uerno die
et post Sicanos postque Picentis u[iro]s
ac mox Hiberos Ce[lta]s, Venetos, De[l]matas,
Libur]na regna, post feros Iapudas
Germaniarum consularis Maximus,
paren[s] adultae prolis gemina[e] liberum,
aram dicauit [s]ospiti Concordiiae,
Granno, Camenis, Martis et Pacis Lari,
qui[n e]t deorum stirpe genito Caesari.

Brambach inscr. rhen. 484, Zangemeister mus. rhen. 19 p. 50, Hettner catal. mus. Bonn. 67. contuli. tractarunt Huebner ann. inst. rom. 1864 p. 233 et 396, Henzen ann. antiquar. rhen. 37 p. 152 aliique Bonnae. subscriptum *C. Fuluius G. f. Maximus leg. Aug. pr(o) pr(aetore).* fuit Fuluius ex praetura proconsul Siciliae et iuridicus per Picenum, deinde consul suffectus kalendis Martiis ut uidetur

(*C. Fuluium Max. cos.* ordinarium anni 263 memoratum in titulo Narbonensi CIL. XII 4324 eundem esse censet Mommsenus ibi add. p. 845), mox consularis legatus Aug. pro pr. prouinciae Hispaniae citerioris, legatus Aug. extra ordinem missus in regionem Transpadanam, legatus Aug. pro pr. prou. Delmatiae ad quam Iapydes et Liburnorum ciuitates pertinebant, denique legatus Aug. pro pr. Germaniarum, ut uidetur, superioris simul et inferioris, praeterea cooptatus in sodales diuorum ut Hadrianales Antoninianos. iuridicos Italiae M. Aurelius dedit, *consularis* prouinciae Septimi Seueri aetate legatus consularis etiam extra carmina uocatur. uix posterior fuit Maximus Bruttio Praesente Commodi socero cos. II a. 180 qui quod etiam Fului Maximi nomina ferebat, accidisse potest ut cognatione illum contingeret. ara dicata est sollemnibus togae purae liberorum. iambi integritas in quarto pede bis neglecta u. 3 ubi sponte se obtulisse credas *mox Celtiberos, deinde* et u. 6

1 *ex* posui, *et* priores 3 Lucanus IV 10 *Celtae miscentes nomen Hiberis,* Martialis Bilbilitanus IV 55, 8 *nos Celtis genitos et ex Hiberis*, X 65, 3 *dicor ex Hiberis et Celtis genitus*, pariter asyndetos VII 52, 3 *meas gentes et Celtas rexit Hiberos* *d. e. matas* ut uidetur lapis 4 Vergilius Aen. I 244 *regna Liburnorum.* muneris nouissime transacti recens memoria uberiorem hanc orationem suggessit 8 Grannus deus regionum Rheno adiacentium salutaris et musicus confusus cum Apolline cultus a Caracalla (Dio C. 77, 15) *Marti Victoriae Paci* inter alia numina signum dedit Antistius Aduentus item legatus Aug. in Germania inferiore (Brambach 55), *genio Martis* milites in superiore (ib. 1611 et 1701). idem ualet Lar Martis 9 *quin* dedit Hauptius

21

Annaeus Placidus Herculi donum dedi.

CIL. VI 271, Gruter 44, 4 a Smetio Romae. ob omissum praenomen et deum post positum et primam uerbi formam carmen meditatum

22

Argiue uictor Hercules, donum hoc tibi
urbanus praetor Veldumnianus Iunius.

CIL. VI 319. AL. Burmanni I 38, Meyeri 595 Romae. effetam aetatem neglectum uerbum nomenque quattuor in syllabas coartatum ostendunt, litteraturam tertii saeculi esse Rossius et Henzenus aiunt. similia Herculi metris aliis scripta extant a praetoribus urbis qui rem diuinam ad aram maxumam faciebant

23

Hercules inuicte, sancte Siluani nepos,
hic aduenisti: ne quid hic fiat mali.

Ephem. epigr. IV p. 263 n. 736 uidit Bormann et absoluit lectionem, CIL. VI 329, Or. 4957, cf. Ritschelium tit. Mumm. p. 3 Romae in parua ara marmorea. subscriptum *g(enio) p(opuli) r(omani) f(eliciter)*. antiquius subest exemplum, cf. graecos iambos ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰςιέτω κακόν (mus. rhen. 12 p. 248 Kaibel epigr. 1138)

1 *Hercles* scribitur rarissime (CIL. I 1500, Or. 1529, cf. Brambach inscr. rh. 666 et 315), at *hercle* durauit Siluani nepos Hercules alias non traditur, imp. Commodum Bormannus act. inst. rom. 1879 p. 43 hunc Herculem intellegi uoluit

24

Imminet Leoni Virgo caelesti situ
spicifera, iusti inuentrix, urbium conditrix,
ex quis muneribus nosse contigit deos,
ergo eadem mater diuum, Pax, Virtus, Ceres,
dea Syria, lance uitam et iura pensitans.
in caelo uisum Syria sidus edidit
Libyae colendum. inde cuncti didicimus.
ita intellexit numine inductus tuo
Marcus Caecilius Donatianus militans
tribunus in praefecto dono principis.

CIL. VII 759 contulit Huebner, Henzen Or. 5863 Magnis ad uallum Hadriani (Carvoran Northumbriae) in tabula magna lapidea litteris bonis saeculi tertii. neque oratio perite ac perspicue composita nec uersus satis emendati, 1 *iminet* legendum anapaestice, 2 *urbium* et 9 *Do-*

natianus non explicita *i* uocali, uersus 7 hiat in caesura, 3 si *contigit* est συνέβη, hoc pede claudet. nempe fecit titulum qui in caliga militauerat usque ad praefecturam cohortis auxiliaris homo de plebe

1 de Virgine Leonis signo propinqua et cum Cerere, Atargati, aliis numinibus confusa uide scholia Germanici p. 65 Br., Auienum Arat. 277 ss., Macrobium sat. I 23, 20 3 *contigit* ualere potest id quod *contingit* 4 *ergo*, pro quo *uirgo* optaram in Iahni ann. 77 p. 65, collectiuum est, interpositum ad reuocandum orationis cursum 5 lance uitam pensantis Iouis notionem Homerus et Vergilius expresserant 7 apparuisse signum illud in Africa an suam patriam significat Donatianus? deam magnam uirginem caelestem inscriptiones Africanae complures praedicant 10 recte Henzenus tribunum cohortis intellegit qui re praefectus, honore tribunus fuerit. dissimili breuitate dicebant *in equite spectare*, similiore poetae *atque in rege tamen pater est* quaeque Lachmannus ad Prop. p. 59, Peerlcampus ad Hor. II 19 et IV 9, 41 enotarunt, contraria omnes *ex praefecto*. tendebat Magnis cohors I Hamiorum sagittariorum, ut uidetur, Syriaca

25

casu alii possunt uersiculi nati esse uelut non uolgariter scriptum exordium dedicationis in Britannia factae anno 191 *deo qui uias et semitas commentus est* CIL. VII 271 (Or. 2073) aut matronis factae Mediolanii CIL. V 5790 *Secundus Rufianus pro natis suis*

26

Felicitas] hic habitat: nihil intret mali.

CIL. III 5561, Henzen Or. 7287, uidi quod superest Iuuaui in pauimento iam diruto *Felicitas* suppleuit Abeken ipse conlocans post *habitat*, in principio autem carminis causa Zangemeister CIL. IV add. p. 196. Pompeis in pistrino CIL. IV 1454 *hic habitat Felicitas*, in taberna ibidem 733 graeci quos ad 23 adscripsi iambi

pauimento atrii Pompeiani inscripta haec sunt act. inst. arch. Rom. 1880 p. 226: *aue Quartilla*: *dabis, salus bis*: *ora gratus architec. s. p. s. ego felix mei* quae quamquam ex notis obscuriora sunt et pluribus modis explicari possunt, aperte tamen exeunt in iambos eosque quaesitos, quia non est scriptum *meique*. exemplum propono tale

saluebis: ora gratus architectoni,
sim patrimoni semper ego felix mei

27

Rufine haruspex, di te seruent cum tuis.

CIL. X 1895 uidit Mommsen Puteolis, nunc Neapoli haec ab altera parte lapidis scripta, ab altera *honori C. Mari Fortinati, patrono triclini Elueniani n. a. r.* aut *b.* honoris auctori fortasse sic acclamatum est ob gratias

---

28

Marcus Frontínus Memnonem coram audio.

CIL. III 62 in Memnonis statua sub carminibus Maximi Statilii trochaico et iambico quae infra proponentur, ergo post a. 136 m. Febr. iambum Mommsenus agnouit ex praenomine omnibus litteris scripto. et carminis causa praesens tempus electum est adiectumque *coram* (Horatius epist. I 7, 38 *audisti coram*)

29

Vrsus togátus uitreá quí prímus pila
lúsí decenter cum meís lúsóribus
laudante populó maximís clámóribus
thermís Traiiáni, thermís Agrippae et Titi,
multum et Nerónis, sí tamen mihi créditis,
ego sum. ouantés conueníte pilicrepí
statuamque amíci flóribus, uiolís rosís
folióque multó adque unguentó marcidó
oneráte amantés et merum prófundite
nigrum Falernum aut Sétínum aut Caecubum
uiuó ac uolentí dé apothécá dominicá
Vrsumque canite uóce concordí senem
hilarem iocósum pilicrepum scholasticum,
quí uícit omnés antecessórés suós
sénsú, decóre adque arte suptílissimá.

nunc uéra uersu uerba dícamus senés:
sum uictus ipse, fateor, á ter cónsule
Véró patrónó, nec semel sed saepius,
cuius libenter dicor exodiarius.

CIL. VI 9797 descripsere Lersch Bormann alii, Or. 2591. AL. Burmanni III 29, Meyeri 890 Romae in basilica Vaticana. Verus patronus u. 18 est M. Annius Verus consul tertium anno 126, ut docuerunt Borghesius op. V p. 352 et Mommsenus eph. ep. I p. 55. *i* elatae apicisque notae crebrae nec umquam falsae. plerique iambi puri, hiatus legitimus in 11 correpta uoce monosyllaba, orationis pausae coniunctus in 6, numerorum incisioni in 8 (neque enim quattuor *unguento* efficit syllabas) et 10. *Agrippae* molossicum ut apud epicos u. 4

1 *primus togatus saltare instituit* Plinius de Stephanione NH. VII 159 4 illas tum Romani habebant thermas, Agrippae et Neronianas mox Alexandrianas in regione nona, Titi et Traiani in tertia 6 *A. Vettium Firmum aed. pilicrepi facite* titulus Pompeianus Henzen 7305 8 de signis unguentatis Marinius dixit frat. aru. p. 394 s. addiditque p. 423 Ruhnkeni coniectura *nardino* repulsa unguenta sic ut uina dici marcida aut a uetustate aut ab effectu. uerum illud est, nam *et ipsa unguenta uetustate meliora* teste Plinio NH. XIII 19 10 *nigra Falerna* Martialis VIII 56, 14 ac saepius. *diuos Augustus Setinum praetulit cunctis et fere secuti principes, antea Caecubo erat generositas celeberrima, secunda nobilitas Falerno agro erat* Plinius NH. XIV 61 s. 11 uiuus igitur senex effigie ornatus est. apothecam dominicam Morcellus statuit esse Veri patroni, rectius Mommsenus imperatoriam in qua uina adseruabantur optuma (Galenus XIV p. 26 K.). seruus in Petroni sat. 31 *uinum dominicum* 18 sic imp. M. Aurelius *pila lusit adprime* (uita Ant. phil. 4, 9), CIL. VI 8997 *P. Aelio Aug. lib. Secundo pilario omnium eminentissimo*

19 *exodiarius apud ueteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret* scholiasta Iuuenalis 3, 175

30

. . . .

deo f]auente principum [c]ui maximus
dat co]nsulatus cuncta ha[b]ere insignia,
sellam cu]rulem scipionem purpuram.

CIL. X 1709 uidit Mommsen, Or. Henzen 6448a Puteolis erutum, nunc in museo Neapolitano ante 1 leguntur litterae supra mutilatae *lucaldo* quae utrum ad clausulam trimetri (*illuc ad domum* sim.) an ad uiri nomen honorati spectent nescio. carmen contineri uerbis quae supersunt editores non animaduerterant etsi pleraque recte restituerunt. iambi puri

1 *deo* scripsi, uelut in titulo honorario Minucii Aeterii anni 367 CIL. X 4724 prima uerba sunt *fabente maiestate dei* fortasse Constantinus Maximus 3 *scipionem* solent consules gestare in diptychis (WMeyer de tab. eburnis p. 18)

31

Adesse ultorem nati m[e] credas mei:
mori]tor. — Virtus nusqua terreri potest.

CIL. XII 5687, 4, Froehner Philologi suppl. V p. 25 Arausione in uasculo anaglypto, in quo adstantibus dis congrediuntur Hercules clauam et Mars scutum hastamque tenens. Martis figurae adscripta sunt prima *adesse -tor*, Herculis postrema. tragici coloris uersus agnouit Froehner, ulturus Mars uidetur Cycnum filium

2 *mori]tor* proposuit Weilius Revue de philol. 9 p. 103, qualis ἀρχαισμὸς graues illos trimetros non dedecet, *congredi]tor* Leo. potest etiam conuicii aliquid fuisse adiectum ut *grassator*

32

CIL. IV 1237 Pompeis in pariete epistolicam praescriptionem uersumque Vergilianum Aen. IX 269 deformatum secuntur haec ex scholastica fortasse tragoediae lectione adgesta

uirtutis merces: palmam pretium gloriae,
uictoriae spem causas

cf. Sen. Troad. 209

33

Vbi perna cocta est, si conuiuae apponitur,
non gustat pernam, lingit ollam aut caccabum.

CIL. IV 1896, Garrucci graff. Pomp. tab. IV 6 in murum Pompeianum fortasse ex Atellanae aut mimi memoria transcripti uersus

1 *Quoi* legerat Wordsworth Pomp. inscr. p. 23 et *adponitur* 2 sic catillones dicti quod catillos ligurriebant (Macrobius sat. III 16, 17)

34

Senem seuerum semper esse condecet.
bene debet esse pouero qui discet bene.

CIL. III p. 962 n. 2 designauit Mommsen in tegula Pannonica Sauariae reperta incisum stilo. grammatici pueros instituebant scribendis sententiis (Quintil. I 9, 3)
2 alia manus scripsisse uisa est Mommseno, species tamen tegulae uerborumque distributio magis fauet unum fuisse scriptorem putanti *pouer* unicum, unde *por* et *puer*

35

Minimum malum fit contemnendo maxumum.

CIL. IV 1811 et 1870, hic *Menedemerumenus* adscripsit homo ridens personam Hautontimorumeni, ergo bis repetitus in muro Pompeiano poetae uersus. adsimilis Syri sententia *necesse est minima maximorum esse initia*

36

Vigula ma[tuti]na et ca[ptabis] aes cito.

CIL. IX 2749 Aeserniae sententia ut uidetur iambica sed incertae lectionis inscripta monumento sepulcrali *L. Taminio L. f. Tro. Rufo: Princeps l(ibertus) fecit et sibi et suis.* et haec quidem senarium implent, secuntur notae numerique fortasse impensam monumenti significantes, tum figura uiri et figura tunicata sedens, inter has *uigul. a. m[anfana et] caria. [si. caes. cito]* ex quibus litteris quas uncinis saepsi hodie periere, ceteras Mommsenus sic descripsit. huic in mentem uenerat senarius ille quem posui, nisi quod *capta sic* scripsit, malui quidem *corrades*

37

Moram si quaeris, sparge miliu(m) et collige.

CIL. IV 2069 Pompeis in pariete. ubi *quaeres* non cum potestate futuri sed ex rustica uocalium permutatione

38

Communem nummum diuidendum censio est,
nam noster nummus magna(m) habet pecuniam.

CIL. IV 1597, PLME XVII 25 in muro Pompeiano. prima uerba inlita ibidem CIL. IV 1766 et add. p. 206 ad 1251 *cumm[une]m nummum diu[ide]n* et Notizie d. scavi 1891 p. 272 *comunem numum diuiden*

1 *nummum* quasi arcam collegii. *censio* quasi sententia. nota est communi diuidundo actio 2 *nama* murus

39

Sabinus dissignator cum plausu facit.

CIL. IV 768, Henzen 7088a sic Pompeianus iste respondet suffragia rogantibus *M. Epidium Sabinum d(uumuirum) i(ure) dic(undo) defensorem coloniae ex sententiá Suedi Clementis sancti iudicis consensu ordinis ob merita eius et probitatem dignum rei publicae faciat(is).* dissignatorem qui etiam scaenae adhibebatur scaenicum uersum consulto fecisse probabile est

40

Non est ex albo iu[de]x patre Aegyptio.

CIL. IV 1943 in basilicae Pompeianae pariete cauillatio iudicis cuiusdam iambica more uetere (Cic. de or. II 240. 280) cum ambiguo, ut Leo notauit, siquis iungeret *albo patre.* qui color sane *rarior in Mareotide fusca* (Mart. IV 42, 5)

41

huiusmodi Pompeiani parietes inscripta non pauca habent, quae in senarios integros uertas licet demptis mutatisue nominibus maxime propriis qualia saepe in carminibus fecere ut augeretur pedum numerus aut minueretur. uelut exsuperant senarium act. inst. arch. Rom. 1878 p. 190 *C. Hadius Ventrio eques natus Romanus inter beta(m)*

et brassica(m) et CIL. IV 1997 *Gn. Aninius quen quisque uinculis soluet bene*, delinquit pes ibidem 1949 *Oppi emboliari fur furuncule.* consentaneum est orationem talem etiam ad septenarios trochaicos posse reuocari, ut si finxero *hic eques natus R.*, suntque ipso principio quae speciem septenarii praebeant, ut quae amicus mihi dedit transcripta Pompeis *For[tu]nate, animula dulcis, perfututor*, quibus nec *uirginum* neque omnino quidquam coruus poeta addidit, sed deridens eum alius *scripsit qui nouit*

42

Mulier ferebat filium similem sui. |
nec meus est nec mi similat, sed | uellem esset meus. |
et ego uoleba(m) ut meus esset.

CIL. IV 1877, Garrucci graff. XVII 5 Pompeis in basilica. superscriptum *zetema*, pecuniam et τόκον dici HSchenkl coniecit. margini inter *sui* u. 1 et *sed* 2 adpositum est *uig* aut *uic*
2 ad senarium superest *sed* 3 adiunxisse alium putes. *ego* supra uersum scriptum

ex cubiculi Pompeiani pariete Sogliano Notizie d. scavi 1891 p. 266 haec descripsit: *.c bene Epapra is | zet. | i.. u.. run copo | rubrun eximo | zet.. | duo capita, | os et uenas | non habet.* Epaphrae nomen duo excipiunt zetemata obscena opinor, prius tale *i[n nig]run condo, rubrun eximo,* adfectantia utrumque iambos

43

fabellarum Aesopiarum exordia legere tibi uidearis in his frustulis Pompeianis parietariis
CIL. IV 1538 *quidam cum peteret alas*
3063 *cum quidam s-*, 3067 *cum quida*, 3136 *dum quidam paui[d-*
1654 *quidam quom legeret*
plenius 1902 *de nocte multa cu[m s]urrexit, [Meuius,*
◡–◡ est, non c . . . . proficiscitur

44

Amoris ignes si sentires mulio,
magi properares, ut uideres Venerem.

diligo iuuenem uenustum. rogo, punge, iamus.
bibisti: iamus. prende lora et excute,
Pompeios defer, ubi dulcis est amor.
meus es

Notizie d. scavi 1877 p. 250, acta inst. arch. Rom. 1877 p. 223 descr. Sogliano Dressel Zangemeister Pompeis ad uiam Veneriam in peristylio inter tablinum et fauces incisum stilo. uersus 1 et 4 sine mendo, 2 et 5 acutas syllabas pro longis habent

3 *diligo puerum uenustum,* sed *puerum* in ipso uersu deletum est et supra scriptum *iuuenem* *punge* mulos stimulo 6 continuare carmen scriptor uoluisse uidetur

45

Amat qui scribit, pedicatur qui legit,
qui osculta[t] prurit, pathicus est qui praeterit.
ursi me comedant, et ego uerpa(m) qui lego.

CIL. IV 2360 Pompeis in aedibus Balbi clare scriptum graphio

1 *scribet* et *leget*, 2 *paticus* murus. idem *opscultat* ex contrario figuratum atque *osce* ex *opsce* 3 comparauit Zangemeister parietarium domus Palatinae carmen (mon. inst. arch. Rom. 1865 tab. 23, 1) *quisque meam futuet riualis amicam, illum secretis montibus ursus edat.* pro qua imprecatione in eadem sententia Pompeis CIL. IV 1645 legitur *illum in desertis montibus urat amor,* ut ursum hunc originem traxisse ab urendo uideas. et paroemian sapiunt Habinnae apud Petronium uerba sat. 66 *si, inquam, ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse?* itaque tertius uersus primo respondet, *uerpa* (sic paries) spectat ad conuiuia culi quae Martialis dixit II 51

46

Qui uerpam uissit, quid cenasse illum putes?

CIL. IV 1884, Garrucci graff. XIV 6 Catullus 28, 12 *uerpa farti estis* ad Pisonis cohortem inanem

uissit recte per duas *s*, sic Ambrosianus Plauti rud. 567 *ueisse*, alias *uiscere* ex *uissere* ortum

certe carmen est CIL. IV 1322 sed incerta eius lectio: *rogamus, Delos, augura incenato iter* ego ex tab. 21, 28 expiscabar, *incurabiliter* editor

47

Accensum qui pedicat, urit mentulam.

CIL. IV 1882, Garrucci graff. A 3 *accensum* ambiguum significans ardorem uelut irae et officium ciuile

48

Tu qui lucernam cogitas accendere,
cal[ens] adest os . . .

CIL. IV 1941 in basilica Pompeiana
2 *cal... adest* certo mihi legere uideor in tabula 23, 11. post *os* nimis dubiae litterae, in fine *tibi* Zangemeister coniecit, media uestigia etiam in *a*]*moris* conuenire opinabar. similia de flamma et incendiis amoris in odei pariete scripta proponentur infra

49

Seni supino colei culum tegunt.

Acta inst. archaeol. Rom. 1875 p. 191 Pompeis in pariete. principium uersiculi *seni supino* iteratum legitur ibidem *colli* traditur, correximus ipse et Rohde in Fleckeiseni ann. 1880 p. 656. colei fortitudinem animosque solent denotare uirorum, hi senem et λακκοσχέαν tutantur a philopygistis: salse dictum in uetulos cinaedos

50

Romae in Palatino in parietinis Caligulae eruerunt mihique exscripsit GKaibel hoc dictum
mentula cessas? uerpa lumbos abstulit.
prior pars hexametri clausulam imitatur, posterior senarium
Pompeis CIL. IV 1863 potest senarius fuisse
prehen]*de seruam: cum uoles, uti licet*
dubitat tamen Zangemeister *seruam* num recte scripserit, posse legi *seicuam* uel *seisuam*

ibidem 1820 *Chie, opto tibi ut refricent se ficus tuae,*
ut peius ustulentur quam ustulatae sunt
pro senariis Ritschelius habet PLME XVII 27 enarr. p. 32 corripi *ustulate* in plebeia uersificatione concedens, corrigens *tibi uti*

51

Quoniam fuit uoluntas | animi et corporis,
satur | nite[r]e . . .

Notizie d. scavi 1891 p. 263, acta inst. arch. Rom. 1892 p. 24 descr. Sogliano et Mau Pompeis in pariete interiecto inter duas portulas litteris minutis. ut fit, coeperat aliquis agere poetam in recessu

2 sic Mauius imperatiuum intellegens, aut *nitere* inscriptum esse aut *nite* mutato uerbi genere, conlato Suetonio Vesp. 20 *uoltu uelut nitentis*: iambis futurum conuenit. *satu* . . . ac post quasi non certum *..distis* Sogliano

---

52

Hospes, quod deico, paullum est, asta ac pellege.
heic est sepulcrum hau pulcrum pulcrai feminae.
nomen parentes nominarunt Claudiam.
suom mareitum corde deilexit souo.
gnatos duos creauit. horunc alterum
in terra linquit, alium sub terra locat.
sermone lepido, tum autem incessu commodo.
domum seruauit. lanam fecit. dixi. abei.

CIL. I 1007 p. 218 VI 15346 ex schedis. AL. Burmanni IV 147, Meyeri 1276 Romae. carmen simplici breuitate conspicuum aetatis fere Gracchanae

1 *pellige* Iucundus 6 uitauit scriptor *altrum.* par huic exemplum haud facile inueneris apud antiquos, nam differunt talia *ex alio terram status excipit alter* (Lucret. V 832 IV 686) 7 duriuscule hi ablatiui positi sic quasi uersum 2 exciperent. commodum antiquis dicitur conueniens, decorum (Plaut. most. 254 Ter. haut. 521) 8 *dixi* erecta *i* priore apographum unum, falso opinor

53

Rogat ut resistas, hospes, te hic tacitus lapis,
dum ostendit quod mandauit, quoius umbram te[git.
pudentis hominis frugi cum magna fide,
praeconis Oli Grani sunt ossa heic sita.
tantum est. hoc uoluit nescius ne esses. uale.

Eph. epigr. IV 297, 861 descr. Matz urbanae originis tabula marmorea nunc in Rokeby-Hall Britanniae septentrionalis subscriptum *A(ulus) Granius M. l. Stabilio praeco.* disserui de hoc titulo in museo rhen. 37 p. 521 s., Granium hunc eundem esse cum illo conieci quem Lucilius praedicauit, contuli epigramma sepulcrale Pacuuii (Gell. I 24, 4) similiter finitum *hic sunt poetae Pacuui Marci sita ossa, hoc uolebam nescius ne esses, uale*

54

Hospes resiste et pa[rite]r scriptum perlig[e,
matrem non licitum ess[e uni]ca gnata fruei,
quam nei esset, credo, nesci[oqui i]nucidit deus.
eam quoniam haud licitum [est u]eiuam a matre ornarie[r,
post mortem hoc fecit aeq[uo]m extremo tempore,
decorauit eam monumento quam deilexserat.

CIL. I 1306 p. 254 IX 4933 recognouit Stevenson, PLME LXXIX A Trebulae Mutuescae in Sabinis. supra scriptum *Posilla Senenia Quart(ae) f. Quarta Senenia C. l.* aetatis fere Sullanae

1 *paruom* Henzenus Or. 6237, *pariter* Ritschelius enarr. p. 70. *r* finalis in lapide apparuit 2 *licitum esse* perfecti uice fungi ante Ciceronem, postea praesentis Mommsenus adnotauit ex obseruatione Hauptii *cnata* Ritscheli tabula 3 *inueidit* Bergkius inuenerat. cf. Accium 424 R. *quis mortalis florem liberum inuidit meum?* et Vergilium XI 42 *tene inuidit fortuna mihi, ne regna uideres nostra?* 5 *aeq..m* lapis unde comprobatur Ritschelii coniectura *aequm, atque* Mommsenus olim

6 *eam* monosyllabum praesertim cum *decorauit* longam *i* habeat in lapide

55

Heus oculo errante quei aspicis léti domus,
morare gressum et titulum nostrum perlege,
amor parenteis quem dedit natae suae,
ubei se reliquiae conlocarent corporis.
Heic uiridis aetas cum floreret artibus
crescente et aeuo gloriam conscenderet,
properauit hóra tristis fatalis mea
et denegauit ultra ueitae spiritum.
docta, erodita paene Musarum manu,
quae modo nobilium ludos decoraui choro
et graeca in scaena prima populo apparui.
en hoc in tumulo cinerem nostri corporis
infistae Parcae deposierunt carmine.
studium patronae, cura, amor, laudes, decus
silent ambusto corpore et leto tacent.
reliqui fletum nata genitori meo
et antecessi, genita post, leti diem.
bis hic septeni mecum natales dies
tenebris tenentur Ditis aeterna domu.
rogo ut discedens terram mihi dicas leuem.

CIL. I 1009 p. 220 VI 10096, PLME LXXXI. AL. Burmanni IV 353, Meyeri 1437 Romae. praescriptum *Eucharis Liciniae l. docta erodita omnes artes uirgo uixit an. XIIII.* protome inscripta Εὔχαρις Λικιν. extat in museo Matritensi (CIL. I add. p. 561). mulieres Romae in scaenam prodire Sullana aetate coeperant neque ante Caesarianam probabile est graecam scaenam fuisse publicam, nec prius recepta est usu apicis nota. *posiui* uel *posii* perfectum u. 13 frequens in lapidibus post Catullum docti repudiarunt. *domus* u. 1 et 19 secundum quartam declinationem flexum

ut in fastis Praenestinis (Apr. 28). in priore parte formae aliquotiens uetustiores admixtae *quei*, *heic* et correpta uocali *ubei*, *parenteis*, etiam principalis syllabae *ueitae*. contra in posteriore *hic* u. 18. neoterice *et* postpositum u. 6, Musarum manus carmenque Parcarum arcessita, translata tacendi et conscendendi uerba 15 et 6, uiridis dicta aetas 5

1 *ocule* correxit in *oculo* lapicida 5 *hei* uel *heu* coniecerat Rutgersius, *haec* Pighius. puellae orationem hinc incipere litteris maioribus sinistrorsumque promoto primo uocabulo uersus in lapide declaratur 9 *parum* scite haec adnexa sine uerbo 15 *iacent* Manutius. *sileteque et tacete* prologus Plauti, *taciturna silentia* Lucretius 17 cf. Plautina talia *unde ante parta demus postpartoribus*

56

Bonéis probáta, inuéisa sum á nulla probá.
fui parens dominéis senibus, huic autem opsequens.
ita leibertáte illei me, hic me decoraat stolá.
á púpulá annos ueiginti optinui domum
omnem. supremus fécit iúdicium diés,
mors animam éripuit, non ueitae órnátum apstulit.

CIL. I 1194 X 6009. AL. Burmanni IV 336. Meyeri 1425 Traiecti ad Lirim inuentus lapis periit. praescripta nomina *P. Larcius P. l. Neicia, Saufeia A. l. Thalea, L. Larcius P. f. Rúfus, P. Larcius P. f. Brocchus, Larcia P. Ɔ. l. Horaea*, subscripta *L. Eprius Chilo uiat(or) tr. pl. [E]pria epi...* clogium est Horaeae nuptae Broccho. propter apices multos et nominum graecorum consonantes constanter adspiratas et *huic* formam non supra Caesariana tempora uidetur ascendere, ut *ei* scripturam rusticanus antiquitatis amator putandus sit adfectasse

1 Accius trag. 314 *probis probatum*, Ouidius ex P. I 2, 140, CIL. II 3476 *uixit probus probis probat(us)*. *proba fui* male Burmannus inter se coniuncta habuit, *omnem* u. 5 segregatum argute est a reliquis 3 sic Mommsenus ex apographis optumis, alia *me* post *hic* omittunt, nullum id quod omissum malles post *illei*. Burmannus et Meyerus *hic decora[r]at stola* probatum olim Mommseno IN. 4070 ut in lapide uitiato nec bene lecto. sed plusquamperfectum sententia haec superiori adnexa per *ita* incommode recipit.

decoraat si uere est exscriptum, non praesens significat cuius terminatio tum pridem corripiebatur, sed perfectum (cf. Lachmannum Lucr. p. 290). a ueterum quidem sermone iambographorum formae hoc modo contractae abhorrere creduntur, Martianus tamen Cap. IX 998 hoc in metro posuit *farcinat inmiscuit.* ac Plauti Leo comparat Pers. 834 most. 656 et quae Ribbeckius ad mil. 1033 adnotauit. ceterum *decorat* Iucundus descripserat

57

Hoc nomen ho]spe[s] sei legis, ne uituperes.
. . . us L. f. praeco
domicilium fecit uiu]os aeternum hoc sibei,
ratus hospitiu]m esse, quod natura trad[idit,
fructusque recte es]t rebus cu ameiceis sueis.
sic tu tueis fac] uiuos utarus. uale.

CIL. I 1267 IX 604, PLME LXXX A. Venusiae. lapis fractus et contusus in quo olim litterae paulo plures quam hodie legebantur, itaque aliter ac Ritschelius enarrat. p. 71 ueteribus exemplis insistendum iudicauimus maxime codice Chigiano. tempus monumenti priscae uocales arguunt Ciceroniano non esse inferius

1 *sfe sei* cod. Chig. *ei sei* Cimaglia unde *ho*]*spes sei* coniectaui, *quae scripta sunt heic* Ritschelius 2 extra numeros nomen sequitur et artificii indicium plerumque contempti 3 *monumentum fecit ipsus* Ritschelius. *domus aeterna* frequens est sepulcri uocabulum, *domicilium* rarum 4 *trad* Chig. *tra* alii *tr* lapis hodie ita ut ne minutis quidem litteris scripta quae addidi capere uideatur. at idem ne sequentis quidem uersus syllabam finalem quam Pontanus legit hodie potest recipere. quare secundum Chigianum codicem id in quo paene omnia sita sunt uerbum supplendum duxi *trad*[*idit.* uel sic tamen uariis supplementis locus datur, ut unum proferam, *dum reddendu*]*m esse quod natura trad*[*itur scit fato: fructus*]*t rebus*, tantum sententiis constringendos uersus censeo non 4 et 5 sed 3 et 4. alio modo Ritschelius *sciens aeternum haud*] *esse quod natura er*[*ipit, lepide sueis usust*] *rebus* 6 *uiuos* Chig. *os* testes alii quae litterae hodie euanuerunt fere. *sic tu tueis multos annos*] *utarus* Ritschelius

58

Omnes hei mei sunt. filius illum manu,
ille illam merito missit et uestem dedit.
quoad uixsi, uixsere omnes una inter meos.
eundem mi amorem praestat puerilem senexs:
monumentum indiciost saxso saeptum ac marmori
circum stipatum moerum multeis millibus.

CIL. I 1012 VI 14338. AL. Burmanni IV 232, Meyeri 1338   Romae. hodie non extant nisi quattuor uersus extremi PLME LXXX D. supra erat scriptum *C. Caninius C. f. Arn. Labeo pater.* mentiri titulus antiquitatem Mommseno uidebatur propter contortam orationem, fortasse circa Caesaris mortem scriptus est, *millia* geminata *l* cum alibi legitur tum in Augusti indice rerum gestarum, *moeros* etiam Vergilius admisit. uersus primus pede quarto claudicat, complures sermone laborant perplexo. Mommsenus patri respondere putat inde a u. 4 fili libertum, quod puer sibi debuisset, a patre se habere dicentem, ego unum omnia narrare patrem arbitror cui pridem mortuo iam senex filius monumentum extruxerit, patri simul et qui post patrem decesserant liberto suo eiusque uxori

2 *mereto* Pighius descripsit. similis sententia supra 56, 3   4 *puerilem* intellego quem puer praestiterat patri amorem   5 *est* uocalem suam in lapidibus multo quam in codicibus rarius amittit. adscribo Hispaniensem titulum CIL. II 3495 *Plotia L. et Fufiae l. Prune, haec uocitatast ancilla, heic sitast. haec qualis fuerit contra patronum patronam parentem coniugem, monumentum indicat,* quia senariorum exemplo factum opinor quorum alter talis *haec qualis fuerit domino monumentum indicat*
6 i. extrinsecus circum moerum marmore multo tectum magno sumptu

59

Heic est] . . . ulia Quincti Ranci feilia
Quincti le]iberti Proti, quoi fatum graue
infestae] Parcae ac finem uitae statuerunt,
uix quom ess]et bis decem anneis nata, indigniter.

diligo iuuenem uenustum. rogo, punge, iamus.
bibisti: iamus. prende lora et excute,
Pompeios defer, ubi dulcis est amor.
meus es

Notizie d. scavi 1877 p. 250, acta inst. arch. Rom. 1877 p. 223 descr. Sogliano Dressel Zangemeister Pompeis ad uiam Veneriam in peristylio inter tablinum et fauces incisum stilo. uersus 1 et 4 sine mendo, 2 et 5 acutas syllabas pro longis habent

3 *diligo puerum uenustum,* sed *puerum* in ipso uersu deletum est et supra scriptum *iuuenem* *punge* mulos stimulo 6 continuare carmen scriptor uoluisse uidetur

45

Amat qui scribit, pedicatur qui legit,
qui oscultat prurit, pathicus est qui praeterit.
ursi me comedant, et ego uerpa(m) qui lego.

CIL. IV 2360 Pompeis in aedibus Balbi clare scriptum graphio

1 *scribet* et *leget*, 2 *paticus* murus. idem *opscultat* ex contrario figuratum atque *osce* ex *opsce* 3 comparauit Zangemeister parietarium domus Palatinae carmen (mon. inst. arch. Rom. 1865 tab. 23, 1) *quisque meam futuet riualis amicam, illum secretis montibus ursus edat.* pro qua imprecatione in eadem sententia Pompeis CIL. IV 1645 legitur *illum in desertis montibus urat amor*, ut ursum hunc originem traxisse ab urendo uideas. et paroemian sapiunt Habinnae apud Petronium uerba sat. 66 *si, inquam, ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse?* itaque tertius uersus primo respondet, *uerpa* (sic paries) spectat ad conuiuia culi quae Martialis dixit II 51

46

Qui uerpam uissit, quid cenasse illum putes?

CIL. IV 1884, Garrucci graff. XIV 6 Catullus 28, 12 *uerpa farti estis* ad Pisonis cohortem inanem

uissit recte per duas *s*, sic Ambrosianus Plauti rud. 567 *ueisse*, alias *uiscere* ex *uissere* ortum

nomine expulso *ac* interseruit Schraderus praeeunte GFabricio 15 *uobeis* huc retraxit Schraderus, in lapide uersiculus uno pede breuior legitur, *atque noteis* Fabricius 16 cf. CIL. I 208 *tolerint*, 1019 *toli*. posterior syllaba producitur fortasse more Terentiano diu probato populo (cf. Ritscheli opusc. II p. 642) 18 ss. hi tres uersus Schradero uidebantur post undecimum collocandi 19 *sibeique* altera correpta. asyndeton ineptum, quanti autem negoti erat corrigere *et sibi et uxori*, nisi ursisset imitatorem exempli defectio

60

. . . . . .
leiber[t . .
patrono bene me[renti . .
deducta sum Ae[mili . .
in qua domo ni . .
patronus hoc m . .
leibertae Aemilia . .
quod uiserent m . .
et . . . .

CIL. IX 1733 periit Beneuenti. senariorum principia 4 *nil dolui* aut *nil nisi uoluptatem tuli* 5 *patronus hoc monumentum nunc fecit mihi* 6 *Aemiliae* auctor alter tradidit 7 *me qui amant* 8 *et floribus decorarent*

61

. . as re[s]iste et perlege i . . .
. . m]odestus domei nun . . .
. . q]uoniam leto inmatu[ro . .

CIL. IX 5258 uidit Mommsen, designatum a Nisseno habui Asculi Piceni dubites num iusti senarii fuerint, nam 2 quoniam post *domei* spatium uacuum est, parum commoda existit *modestus domei* numerorum clausula. corripere autem *domi* tamquam in medio senario et ad

hanc normam exigere uersus lapidis (*properans resiste et perlege hunc titulum meum*) abhorret a probabilitate uisus, nec minus dispungere *do mei.* immo quattuor uersiculi fuere, primus uelut *hac gressum qui citas,* alter desinens ad hunc modum *usque modestus domi,* quartus uelut *quoniam l. inmaturo raptus sum patri*

2 *num . .* potius Nissen. potuit *numquam ulli acerbus, multis dignus fletibus*

62

Parentem amaui, qua mihi fuit parens,
uirum parenti proxum[o colui loco.
ita casta ueitae constitit rat[io meae.
ualebis hospes, ueiue, tibi iam [mors uenit.

CIL. IX 4922 ex schedis Amati Massacci in Sabinis (Trebulae Mutuescae) praescriptum *Manlia L. f. Sabi[na.* iambos Mommsenus agnouit. uersuum dispositionem qui transcripsit immutauit neque lacunarum rationem habuit (feruntur *proxum. .ita* et *rat. ualebis*). itaque metrum secutus graeca lege institutum primos uersiculos aliter discripsi ac Mommsenus qui 1 exeuntem in *fuit . . .,* 2 incipientem a *parens* fecit

1 in exemplo putes fuisse *quad mihi mater fuit*
4 post *iam* initium litterae qualis *m* fuit traditur

63

Hospes resiste et tumulum hunc excelsum aspic[e,
quo continentur ossa paruae aetatulae.
sepulta heic sita sum, uerna quoius aetatula.
grauitatem officio et lanificio praestitei.
queror fortunae cassum tam iniquom et graue[m.
nomen si quaeras, exoriatur Saluiae.
ualebis hospes, opto ut seis felicior.

CIL. V 6808 Gruter 1152,2 ex codice Palatino ubi legitur post titulos Eporedienses, Romanis Gruter adtribuit supra scriptum *C. Paguri C. l. Gelotes* (lege *Gelotis*)

3 uersui quam sermonis gratiae consultum malui *sepulta* dirimens ab ossibus. in monumentis uerbosa talia

mortua hic sita sum saepius leguntur *heic* Gruter: *haec* codex *uerna* ἐαρινή interprete Hauptio, optes *aetas fuit.* antehac οἰκογενής uisa erat ex Gruteriana u. 4 interpolatione *praestitit* 6 *exoraturi* membrana, correxi. *est C. Paguri* coniecit Gruter, *exaratum* Haupt 7 *seis* Haupt: *sanctis* (i. *scis*) codex, *sis* Gruter

64

Hic est sepulta Pacilia Sospita pia proba,
bonis probata, summa quae uixit fide.
qui bene cognorunt, cognitam bene existumant.
haue et uale, quae optas, eueniant tibi et tuis.

CIL. VI 23685 ex schedis, Or. 4740 qui immerito suspectum titulum habuit. AL. Burmanni IV p. 245 Romae. subscriptum *L. Aquillius Faustus de suo fecit*

1 expunge nomina *Pacilia Sospita* supposita pro talibus *Annaea Bassa* aut tali dicto *frugi mulier* 2 cf. 56, 1 3 *existumant* prima correpta ut in Plautinis

65

bene ualeas, quisquis es qui me salutas

adscripsi ex Gorio inscr. Etr. III p. 131, ubi *baleas* traditur, ut praecedentis carminis uersus extremi exordium conspiceretur elegantius, quamquam hi non sunt peracti numeri (*qui mihi dicis uale*)

66

composuit cum 56 et 64 Burmannus inscriptionem Aquileiensem CIL. V 1071 (Or. 4649)

Anicia P. l. Glucera fui. dixi de uita mea satis. fui probata quae uiro placui bono. qui me ab imo ordine ad summum perduxit honorem

in qua media urbanum efficiunt senarium

fui probata, quae uiro placui bono,

et reliqua, nisi clausulam scriptor antetulisset dactylicam, facile potuerunt in iambos redigi

67

Haec est quae uixsit semper | natura proba.

clientes habui | multos, locum hoc unum opti|nui mihi.
itaque quoad aetatem uolui | exsegi meam.
nemine unquam | debui, uixsi quom fide. |
ossa dedí Terrae, corpus Volchano dedi|di
ego ut suprema mortis mandata edidi.

CIL. VI 21975 contulit Henzen, Notizie d. scavi 1878 p. 137 Romam inter et Nomentanum tractum tabula ex lapide Tiburtino reperta adseruata in agro Verano praescriptum θ *Manlia T. l. Gnome.* cento senariorum aut conlectarum ex senariis dictionum
2 posteriore hemistichio hoc uoluit exprimere *post mortem monumentum, hoc unum opt. m.* 3 debuit ad hunc modum *probeque aetatem quad uolui* 4 duorum senariorum clausulae, prioris uelut *adiuui multos, nemini unq. d.* posterioris ut 72, 1 cf. CIL. II 3449 *uixit cum fide*
5 emendandum *dedi* in fine. nam lapicida primum scalpsit *edi di* aberrans ad uersum proxumum, tum *d* super *e* addidit et *i* priori inferius caudam adposuit, oblitus ultimam syllabam expungere 6 *eco* lapis

68

'funusque orn]auit pulchre deces[s]um [dolens,
hone]ste hoc uoluit monumento am[bustam tegi.
et quod] rogaui ut faceret monumentum m[ihi,
sic i]mpetraui id ab eo, laudo beneuolen(tiam),
commu]ni heic animo duo ut essemus siti.
pari coniugio, uirtute, summa industria
uixsi et fortunam, quoad uixi, tolí.
Tertia quom essem, me primam speraui fore.'

Quom quod sperarem eciem me retinere potesse,
spe amissa uoluit me Fortuna heic retine(re),
quoniam me Fortuna iniqua non siuit frui,
nihil timeo nec confido: moriundum scio.
uinam quam ornare stud[ui], ornaui mortua[m

CIL. I 1019 p. 223 descripsit Mommsen Romae

in S. Pauli marmor uetustis incisum litteris, supra et infra mutilatum. interuallo separantur sermones, nam primum mortua de uiro suo seque loquitur, tum maritus superstes. *i* longa aliquotiens adhibita sine mendo. *heic*, *toli*, *potesse* remansere ex antiquioribus carminibus quae quam rudi arte compilata sint, uersus ostendunt plerique aliquo uitio maculati, 4 hypermetros, 7 pede breuior, 9 et 10 dactylici hexametri. cum insculpti uersus sint more elegorum ἐν εἰσθέσει alterni, sequitur ut senae litterae septenaeue perierint ab initio u. 3 et 5, fere quaternae in 2 et 4, nouem aut decem in 1

1 s. ut monstrarem sententiam iustis expleui numeris. *auie* ante *pulchre* lapis habere fertur, *auiae* sim. improbaui. post *monumento am* non tantum uidetur litterarum extitisse quantum ad duos pedes sufficiendos opus sit, sed uereor ne uersum iste breuiorem fecerit. potest *am[bo* 4 pedem ultimum qui superat non uidetur marmor exhibuisse. scribi oportebat *eius beneuolentia* aut deleri *id ab eo* 5 *uni* Mommsenus proposuerat. hiat *dúo ut* 6 cf. CIL. I 1220, 6 *concordesque pari uiximus ingenio.* pessumdedit uersum *summa* interpolatum pro *atque* 7 metro quod deest sic repares *quoad uixi, aequo animo toli* 8 *Tertia* tamquam proprium nomen posui huc inlatum argute: Tertia nomine prima tamen fortunae praemia expectaui. nam si tertiam intellegis uiri coniugem, non uideo qui expediatur *prima.* ceterum detortus in hanc sententiam alius uersiculus tali opinor schemate *puella quom essem, me anum speraui fore* 9 *speraram* recte Hauptius qui deinceps *mecum retinere* substituit. ego dubitaui an *ecidem* scalptor incidere uoluerit, hexametro id sic aptabitur *speraram me equidem.* iambis conueniebat *quom quod speraram me retinere etiam pote, spe amissa uoluit me Fortuna heic linquere* 10 tantum *retine* exaratum in lapide 11 restitues uersum si *fors* scripseris cum Hauptio aut *fatum* 13 grata breuitate sic repetitur sententia in 54, 4 dilatata

69

Parentibus praesidium, amiceis gaudium
pollicita pueri uirtus indigne occidit.
quoius fatum acerbum populus indigne tulit
magnoque fletu funus prosecutus est.

CIL. I 1422 IX 5557 uidit Mommsen. AL. Meyeri 1527

Vrbe Saluia. supra scripta *C. Turpidi P. f. Hor.*, *C. Turpidius C. f. Seuerus, f(ilius) u(ixit) a. XVI*, nam peruertitur nominum ratio Meyeri interpretatione *Seuerus f(ecit)*

1 primae litterae *par* et 2 *po* non iam extant

70

Honestam uitam uixsit pius et splendidus,
ut sibi quisque exoptet se honeste uiuere.

CIL. I 1273 IX 2975 descripsit Dressel, Henzen Or. 7347 in agro Frentano. praescripta *C. Vtius* (prior *u* apicata) *C. f. leto occidit* quae manifesto exeunt in iambos, subscriptum *Arn(iensi) a(nnos) n(atus) LXX*. cognomine cum careat Vtius liberam rem publicam uidetur uidisse

2 *sibi* omiserat Caraba, unde numeros sic correxeram *ut quisque exoptet sic honeste uiuere.* at corrupit scriptor

71

A

Multo labore] industria uigilantia
hic plurumam sibi] et sueis rem repperit.
pietate egreg]ius semper dilexit suos
et hanc in uit]a instituit aeternam domum.
tu qui legis mement]o te esse hominem. uale.

B

haec tria quiescant] hic sepulta corpora.

CIL. X 6053 et 6054 ex editis rep. in antiqua turri Minturnensi praescriptum nomen *Zotici* in A, in B haec ... *N. l. Zotici* | ... *Se]x. l. Asclepia* | ... *o Sex. l. Liccaeo*

72

Sine lite et quest]u ullius uixsi quom fide.
qui bene cogno]runt, uítam laudarunt meam.
post uitam ho]nestam aeternam deueni domu[m.

Notizie d. scavi 1888 p. 531 ad ectypum cum supplementis Barnabei et Bormanni, eph. epigr. VIII 47, 191 Alba Fucente praescripta nomina *...lleius L. l. Philoxsenus, ...Ɔ. et M. l. Philocratea, ...leius L. et Ɔ. l. Philocalus, ...leius L. l. Philadelpus*

1 *procul metu ullius* Barn. exitus idem 67, 4 2 *qui me nouerunt* Barn. cf. 64 3 *nostram deuenit domum* Cassius Varronis l. l. VII 72

73

Hospes resiste et quae sum in monumento lege.
Verna Rufria hic sum sita. Iuentia Hilara
monume(n)tum fecit matri et sibi et uiro.
L. Albeius Hilarus.

CIL. IX 1527 descripsit Dressel prope Beneuentum. litteris antiquis

2 *hic sum sita* clausula senarii, 3 *monumentum matri fecit et sibi et uiro* sine naeuo senarius qualis 1 est

74

Hospes resiste et hoc ad grumum ad laeuam aspice,
ubei continentur ossa hominis boni misericordis amantis pauperis.
3 rogo te, uiator, monumento huic nil male fecerís.
C. Ateilius Serrani l. Euhodus margaritarius de sacra uia in hoc monumento conditus est.
uiator uale.

CIL. I 1027 VI 9545, PLME LXXX B, Henzen Or. 7244 Romae rep. in uia Appia. adhaeret etiam de iure monumenti formula testamentaria. Atilii Serrani non perdurarunt in aeuum Caesarum. tres ex ambitiosa loquentia distorti atque interpolati sunt senarii, quattuor Ritschelius impleuit opusc. IV p. 365

1 s. cf. 63. numeri starent scripto *hunc grumum* 2 in christiana inscriptione Or. 4657 inter alia iamborum frustula integer legitur senarius *placato puro corde, amatrix pauperum* 3 conflatus uidetur ex formulis *rogo*

te uiator monumentum hoc ne laeseris et *ita ualeas ut monumento huic nil male feceris*

75

Dum uixit, omni]bus suuis dulcissimus
formaque egregium magis] hoc puero nihil fuit,
quem mors acerb]a eripuit a parentibus.

CIL. IX 2825 descripsit Caraba, periit in Samnio repertus ad Sagrum fluuium lapis superiore parte et sinistra ruptus. praecedunt haec *pater*] *f. c. ....us annorum XVI .....annorum* quibus in altero Carabae exemplo numerus *XI* adiungitur, tamquam duobus pater filiis monumentum fecerit, carmen autem minori natu. in fine haec leguntur *Maria C. f. sita a. XXIII*

1 *omnibus* Mommsen. quidquid suppletur, satis deformiter uersiculus structus est 2 sic suppleui ut *nil* pronuntiaretur, pulcrius fortasse quam uerius. neque indigni isto numeri debiliores *simulq. melius*] *hoc puero nihil fuit*

76

Hospes resiste et tumulu[m contempla meum,
lege et moraris, iam sc[ies fatum graue.
uixi qua potui karus Ru[fino patri.
hic sum sepultus, hic os[sa in terra cubant.
ualete et bene facite uo[bis dum licet.

CIL. IX 1764 ex schedis. AL. Burmanni IV 380, Meyeri 1505 fuit Beneuenti. praescriptum *Basseus Beneben*[*tanus*] *uixit annos...* id est *Bassaeus Beneuentanus,* ne mireris pro imperatiuo scriptum *moraris* u. 2 (uide 77, 2 et 90, 5) aut dissociatas in secundo pede uocales u. 5

1 geminus uersus 82, 1 aut 63, 1 2 expleuit Conrads in anthol. lat. librum IV (Bonnae a. 1853) p. 44 scribendo *fatum meum* 3 usitata formula *uixit carus suis,* hic cum lapis habuerit *karus ru...,* certum nomen adsumpsi 4 sic Conrads. siquo impelli uis narrationem momento, accipe *os*[*sa ille condidit* 5 *uo*[*stro corpori* Conrads qui recte cepit huius adhortationis ac similium sententiam, formam autem inuexit ab huius tituli sermone alienam

77

Quamuis la[ss]e uiator, rogo ne graueris et | tumulum contempla meum,
lege et moraris, iam | aliquid resciueris.
dum uixi, hilaris iucundus amicis: |
nunc to[rpen]s iaceo, hic o[ssa req]u[ies]cunt mea.
natus | sum Canonis, conditu in Illurico.
uale et bene | facito uitae, dum fatum uenit.

CIL. III 9733 descr. Hirschfeld, ab eo missum uidi ectypon communique opera legimus aut resarsimus uersum 4, eph. epigr. IV 347 Delminii, iam in museo Spalatino titulus euanidus, litterae saeculi primi a Christo praescriptum *Q. Baebius Q. f. Serg(ia) Conan(is) miles leg. VII ann. XXXXV stip. XX h(ic) s(itus) e(st)*, subscriptum *frater fratri.* Κονανέων ciuitas in Pisidia est, itaque erratum est a lapicida uersu 5 *Canonis.* aeui prope Augustei cento 1 initium quasi hendecasyllabi uersus. iambicus *rogo ne graueris, tumulum contempla meum* cf. 82, 1 2 i. morare. in fine *resciueris* legi posse putabam, non fuit *ploraueris* 3 quasi dactylicus uersus. iambicus fit sic *dum uixi, amicis hilaris iucundus fui* 4 *fo..ii.... iio iii.....i.u...unimea* descr. Hirschfeld primo, in fine *..cunimia* Glavinicius 5 pentameter elegiacus: iambos decuit *natus sum Romae, conditus terra extera* aut in isto *iam in Illurico conditus*

78

Inspexi lucem, subito quae erepta est mihi.
ita neque domino liquit e me gaudia
percipere nec me scire quid natus forem.

CIL. XII 912 descr. Hirschfeld Arelate. praescriptum *Vitalis M. Verati Clari ann. V hic s(itus) est* 2 i. licuit *mae* ut uidetur tabula tribus in unam compactis litteris

79

quoi post acerbam mortem dominu]s se optulit |



monumentu]m ut faceret | . . . . de se cemuelat |
natu] quadrimus | [erat, Amoenu]s nomine.

CIL. IX 3955 recognouit Mommsen Albae Marsorum inuentum fragmentum. lusi ista ut et fuisse carmen ostenderem et quale esse potuerit, nam poeticae eloquentiae studium ex *quadrimus* elucet

1 ...*sse* coniunctim, non interpunctis uerbis 2 'punctum post *se* dubium est potestque legi et *ce* et *cf*, reliqua certa' Momms. non extricaui, uix aptum pupo *quod bene de se meruerat*, edideram *quippe et ipse gemuerat*, denique ex istis ipsis litteris hunc extundebam sensum *iam se ad discendum studiosse optulit, artificem ut faceret dominus de se quem uelit*

80

Aceruam Ditis rapuit infantem domus
nondum repletam uite dulci lumine,
pulcram decoram, quasi delicium celitu.
flet pater et rogat tituli fidem,
ut omnis aetas optet aei terram leuem.

CIL. XIV 1731, Cardinali diplomi imperiali p. 257 Ostiis. praecedit *d. M. Varenes Blastenis coniugis benemerenti et sibi fecit Antius Successus itenque Antiae Successe filiae dulcissimae, quae super matrem suam uixit an. m(inus) di. XXXX, quae fuit at diem mortis suae annorum VIII me. VIII di. XV ag.* (dele ut ortum ex *aceruam*). subsequitur *hoc monimentum quot est in parte dextra intrantibus adiectis columbaris n. XII lib. liberta. poste(risq.) aerum* (lege *aeorum*). carmen satis uenustum ex antiquiore descriptum exemplo, ut uersus 4 mutilatus mendosaque scriptura probat

1 acerbam uirginem Varro Agathone dixit, crebrius quae immaturos mersit mors ipsa uel funus sic est uocitatum 2 *uate* editur 3 i. caelitum 4 *flent pater et mater et rogant* tale in exemplo fuisse credo quod cum Antius mortua puellae matre non conuenire sibi uideret, amputatis uerbis truncum uersiculum reliquit. olim quod temptaram *eam flet pater rogatque per tituli fidem* (in Fleckeiseni annali 1858 p. 76), eo causa defectus non explicatur. tituli pater fidem tamquam deorum Manium implorat

81

O quanta pietas fuerat in hác adulescentia,
fides amor sensus pudor et sanctitas.
Noli dolere, amica, euentum meum:
properauit aetas, hoc dedit Fatus mihi.

CIL. VI 4379. AL. Burmanni IV 71, Meyeri 1215 Romae in monumento familiae Germanici uel Ti. Claudii postea Augusti facti, periit praescriptum *Clodia M. l. Secunda.* exemplo iambi fuere graecanici

1 uersus postulat *fuit in hac aetatula* aut *fuerat huic puellulae* 2 debuit esse *sensusque* uel *pudorque* 3 s. respondet mortua dolenti, compluribus haec sententia monumentis inscripta quae mox indicabo, principale in ea nomen fuit *mater*

82

Hospes resiste et tumulum contempla meum,
mora[re gressu]m, litteras nos[tras lege.
mando et st . . . . . s alter . . .
. . . . legem . .
. . tus aliqui . . . facit.
titulum intuere scriptum, quo fato occidi.
rumore sancto Ilyrici iaceo in solo.
infunde lacrumas, quisquis es, [mihi] misericors.
aetate [cuncta] ceciderunt mecum [breui.
ae]quo animo uiue uitam [quoad] fieri [potest
. . . .

CIL. III 6416 prope Burnum Delmatiae fragmenta simul effossa et ut scripturae similitudo metrique indicat olim cohaerentia praecedit *P. Fanniu[s] Ani. Cremon(a) eq. leg. XI an. XXIX stip. XII: h(ic) s(itus) e(st) f. f. pos.* (id est Mommseno interprete *filii filiaeq. posuere* aut *frater fratri posuit*). Augustei fere aeui titulum esse arbitror, certe ante Claudium sciiptum qui legioni anno 42 oppressa Scriboniani seditione Illyrica cognomen dedit Claudiae

1 sic pro *contemplare* antiqui haud raro dixere (Nonius

p. 469) 2 expleuit Mommsen 3 ante *mando* praeter superioris senarii clausulam nihil uidetur periisse, ne *lacrimando* similiaue probaueris. sententia fortasse haec *mando et stilo consignes, alter ut sciat.* in *alter* desinit fragmentum prius, alterum incipit sic *ii. legem* ... |*tus aliqui* ... | *facit* cet. ex quibus *legem* paenultimum puto senarii quarti locum tenuisse, quintum fuisse uelut *nam Fatus aliquid ex inprouiso facit* 6 in militia enim cecidit 7 alii dictitabant *rumore secundo,* contrarius est *rumor malus, sanctus* fortasse ad imperatorem respicit, ad triumphum laudesque Ti. Caesaris (Vell. II 121. 125). hiatum caesura sustinet, *Ilyrici* uide ne paeonem aequet ut *Illurios* Plautinum 8 *esto misericors* male qui inuenit lapidem legit. datiuum ut addamus sermo suadet ac tot prope litterarum quot *mihi* requirit Mommsenus indicauit lacunam 9 intellego spes uota gaudia al. *ceciderunt* correpta paenultima 10 posterius supplementum plane incertum secuntur duo praeterea fragmenta quibus item carminis particulae uidentur contineri, unum hoc *oiam* | *cnoris* (fuitne *pignoris*?) *al* | *r quaedam* | *sademii* | *nomen in p* (fortasse *principio,* si muliebris nominis ut *Mestria* fuit parastichis) | *quorum,* alterum hoc *prima noc[te]* | *uiuo fieri* | *satis.* in superioribus binos fere lapidis uersus senarii singuli implent, fines enim senariorum lapicida non distinxit

83

Homo es: resiste et tumulum contempla meum.
iuenis tetendi ut haberem quod uterer.
iniuriam feci nulli, officia feci pluribus.
bene uiue, propera, hoc est ueniundum tibi.

CIL. IX 2128 in agro Beneuentano praescriptum *C. Acellius C. et L. l. Syneros Augustalis mercator suarius sibi et Calpurniae Sp. f. Phyllidi uxori, C. Acellio C. f. Fal. Vementi filio aed. pr. II uir. q. praef. fabr.*

1 *hospes* conieceram frustra, nam *homo es* cum Dressel descripserat tum Mommseno ectypon ostendit. ergo scriptor tralaticiam formulam mutauit, cf. 71, 5 2 et 3 dextrorsum remoti leguntur. metrum utrumque corruptum est, 2 archetypum tale fuit *iuuenis tetendi ut haberem quod fruerer senex,* 3 tale *officia feci multis, nulli iniuriam.* quamquam hunc uersum in aliquam speciem restituas etiam *iniuriam* si tribus syllabis pronunties *feci* altero utro omisso 4 *uiuier opera* descriptum erat,

emendauit Henzenus. hiatus est in caesura. posterius comma recurret infra

84

Lege nunc, uiator, nomen in titulo meum.
memoriam habeto esse hanc mortalem domum.
ualete ad superos. uiuitis uitam optumam,
si me sequimini: uix]si [eg]o dum uolui bene.

CIL. V 4078 Mantuae praescriptum *P. Raius f. fac[iundum] cur.*

2 hiatus in caesura. sermo metrumque corrigitur hoc modo *habeto in memoria* 4 post lacunam et *si* interpositum Mommseno spatiolum uidebatur, *p* autem uel *r* et *ii* uel *h* ante *o*. pronomen igitur alio uocabulo permutandum erit

85

Decem et octo annorum natus uixi ut potui bene,
gratus parenti atque amicis omnibus.
ioceris, ludas hortor: hic summa est seueritas.

CIL. VI 16169 uidit Henzen, Marini Aru. p. 564 ubi *annos* uel *annorum natus* formulam qua aetas mortui indicaretur perquam usitatam fuisse Scipionibus atque antiquis, posterioribus satis insolitam declarat arula Romana litteris optumis inscripta nunc in museo Kircheriano praecedit *Cn. Cornelius Cn. f. An(iensi) Bassus,* subsequitur *posuit Fortunatus ser(uos)*

1 numero annorum turbatum esse metrum probabile est, illi principio licuit adiungere *uixi sat bene* 2 potuit uitari hiatus sic *parenti gratus* 3 abundant duae syllabae uelut *hortor* *hic* (i. apud inferos) scribendum proposui musei rhen. 27 p. 127, *his* enim Marinius exhibuerat, atque *hic* sed in quo media littera ⊦ sit in cippo scriptum Henzenus testatur. ista littera nescio an imp. Claudii aetatem prodat

86

Iúlia Erótis fémina optima hic sitast.
nullum dolórem ad inferós mécum tuli,
uiro et patróno placuí et décessí prior.

CIL. VI 5254, Henzen annal. inst. archaeol. 1856 p. 20 n. 111 ex columbario Romano. subscriptum sinistra *C. Iulius Blastus, C. Iulius Celadus,* dextra *C. Iulius diui Aug. l. Messius.* longam *i* uocalem elata littera, longas alias plerasque apices distingunt sine errore, neque optumae aetatis scriptorem in *Iulia* alteram produxisse credo, immo integritas numerorum pristina nomine periit uariato e re nata. notanda etiam sermonis imparilitas plus habituri gratiae si *secum tulit* et *placuit, decessit* primo uerbo aequata essent aut primum illis, quando quidem *placui* tralaticium fuit, cf. 66

87

. . . sunt uenus[t . .
. . fes]tiuitate pl[urima
. . . ere cuncta . .
. . . e istaec i . .
. . . ui]ator q[ui legis.

CIL. XIV 1824 descr. Dessau Ostiis potuerunt esse iambi uelut *hic condita ossa sunt uenustae feminae,* iambis conuenit 4 *istaec.* itaque 5 supplementum adsciui quamuis incertum, 3 *aetate quae cecidere cuncta tam breui* cf. 82, 9

88

Studium habui ut facerem uiua mihi aet[ernam domum:
[mors intercessit, iam mihi, coniunx optime,]
tua bonitas fecit. titulus declarat meus
quo[d fuerit studium me erga pietatis tibi.

CIL. IX 4016 descripsit Mommsen Albae Marsorum praecedit *Nouana T. l. Tryphera ex...,* tum carmen sequitur duobus in lapide uersibus distinctum quorum alter in *aet-* alter in *quo-* desinit. ergo singuli in titulo uersus senarios binos comprehendebant
1 *mi* pronuntiandum in synaloephe

89

Seu stupor est huic studio siue est insania nomen,
omnis ab hac cura cura leuata mea est.

Monumentum apsolui et impensa mea,
amica Tellus ut det hospitium ossibus,
quod omnes rogant sed felices impetrant.
nam quid egregium quidue cupiendum est magis
quam ube lucem libertatis acceperis,
lassam senectae spiritum ibi deponere?
quod innocentis signum est maximum.

CIL. VI 9632 ex schedis. AL. Burmanni IV 30, Meyeri 1181 Romae praescriptum *L. Valerius Zabdae mercatoris uenalici l. Aries.* dextra lynx, sinistra caper rodens uitem fictus erat. iambos Scaliger dignos existimasse fertur uetere poeta comico

1 2 Ouidi distichon ex tristibus I 11, 11 ubi *stupor huic* et *cura mens releuata* est 3 *sumtu et impensa* interpolatum est siue emendatum in codice Paris. lat. 8957, potest *apsolui hoc opera et* 5 *optant* cod. Paris. *rogitant* Scaliger 6 scribe *quid tam egregium* 7 emendabitur ad hunc modum *quam lucem libertatis ube tu aspexeris* aut *ube l. l. primum a.* sed deprauauit numeros *libertatis* mentio adiecta in libertino 8 *lassam* non conuenit uiro, debuit scribi *lassum* aut cum Grutero 637, 5 *lassae* 9 *argumentum* cod. Paris. malo adici *signum uitae*

90

Labore et cura uiuos perfeci hanc domum,
sed filio ante huic homini iucundissimo,
paraui tribus ube ossa nostra adquiescerent.
mors me adsequetur, tunc mihi demetur dolor.
ualete et memores estis pietatem patris.

CIL. IX 3895 descr. Mommsen. AL. Burmanni IV 235, Meyeri 1342 prope Antinum Marsorum. supra scriptum *T. Peticius L. f. Chirurgus.* oratio satis incondita

2 *atque huic* Lachmannus ut tres illi fuerint pater et filius et seruus domino carus. patri et ut opinor matri destinatum sepulcrum, cum filius ante mortuus esset, iam paratum tribus erat 3 *adquiescerent* in quattuor contrahi syllabas ostendi primum in Fleckeiseni annali 1858 p. 69 comparatis quae in aliis carminibus binarum sunt syllaba-

rum *quieti* et *quiesco* et quae in titulis post Antoninos factis frequentantur *Quetus Quita requescere inquitare* sim. 5 indicatiuus pro imperatiuo, ut in titulo quodam *uiatores hauetis*, cf. 76 et 77, 2. quam confusionem progenitam *s* finalis tam debili sono ut addita ac dempta perinde haberetur, adiuuit hoc quod formae uerbi aliae utroque modo terminabantur idem significantes ut *sequaris sequare*. tum genetiui iterationem scriptor uitans incidit in soloecismum, *mementote* conueniret accusatiuo, simile quiddam subest priscis illis *quid tibi hanc tactio est*, similius 53, 5 *hoc uoluit nescius ne esses*

91

Qui cum, dum haberet clausam in castello ani[mu]lam
mortalem, ad superos licitum est, [f]initam ad diem
p[a]rce pudensque uixit omni tempore,
Auruncus era[t], Fu[s]ius erat nomine
magister ludi litterari Philocalus,
summa quom castitate in discipulos suos,
idemque testamenta scripsit cum fide,
nec quoiquam [per]negauit, laesit neminem.
ita [de]cucurrit uitam fidus sine metu.
eius ossa nunc hic sita sunt posita a cen[t]uris.

CIL. X 3969 uidit Mommsen, Nissen in Herme I p. 148 Neapolim Capua uidetur translatus lapis, euanida scriptura. praeter carmen nihil inscriptum, insculpti infra senex in sella sedens discipulique puer et puella. extremis libertatis romanae temporibus Nissenus titulum adsignarat, cui sententiae iure diffisus Mommsenus primi uersus uerba paria Hadriani illis *animula hospes corporis* et nomen Auruncum ex scholastica eruditione arcessitum iudicauit. certe tam tenebricosum hoc est ut uel Lucili municipem possis cogitare uel Campanum aliaue parte Italiae natum. *quom* scribi praepositio non desita erat Terenti Scauri et Frontonis aetate, illam statim excipit u. 7 forma uolgaris. abhorret a uetere sermone u. 5 *litterari* genetiuus adiectiui breuior addendus paucissimis quae Lachmannus Lucr. p. 327 collegit exemplis, nam tituli alii quae habent similiter scripta ut Ancyranus Augusti *auri coronari*, ideo aliquantum a metricis distant quod non eadem adstricta sunt eloquendi necessitate. neque antiquae inte-

gritatis argumenta sunt conglomerata in principio ac tortuosa oratio, ea praesertim in qua construitur *dum haberet*, aut numeri uersus 4 foede deprauati

1 si cum codicibus res nobis esset, ordinem uerborum casu contenderem esse turbatum, ut legeremus *qui cum haberet clausam in castello animulam mortalem, ad superos, dum licitum est, finitam ad diem pudens uixit.* an id ipsum credamus cogitasse uersificatorem, posituram particularum susque deque habuisse? utinam saltem scripsisset *dum cum* neue hanc sed illam praemisisset indicatiuo. *quicum* Mommsenus olim coniungebat, quasi alius huic adhaesisset titulus inscriptus nomine uxoris custodiam, carcerem, uinculum animi Cicero et Seneca corpus, hic castellum uocat interpretatus φρούριον (Axioch. p. 365 E, AP. XI 38) 2 non rarum in sepulcralibus *fuit ad* aut *apud superos* uitae indicium sed non ita antiquum 3 *parce* Momms. Zangemeister: *pie* Nissen coniecerat 4 deformati numeri quarto non minus quam secundo pede. *Fusius* Nissen: *Fu.ius* Momms. *Furius* uel *Curius* Zangem. centonem arguit iteratum *erat*, putes in archetypo uersu nomen fuisse amplius ut *Apronianus nomine*, cf. 79, 3 7 comparat Mommsenus librarium Venafranum *qui testamenta scripsit annos XIV sine iurisconsulto* (Henzen 7236). adde *testamentarium* CIL. II 1734. tales magistros rusticos etiam Petronius cogitauit sat. 46 8 ita Zangem. legit, intelleguntur debita. [*iu*]*s negauit* coni. Mommsen. *ensn* ... *uit* Nissenus exscripserat, corrigebat *lite nocuit* 9 *decurrere uitam* usitata a Plauto inde locutio sumpta a stadio ac lampadodromia (interpr. Lucreti III 1040 et Properti II 15, 41) 10 *posit.....uiro* certa fide legere sibi uisus Nissenus proposuit *posit A..ris uiro*, muliebre ut nomen adsisceretur bisyllabum. at *posita a ceniuris* uel *centuris* Momms. legit probaruntque testes oculati. intellegendae igitur centuriae, ut uidetur, collegiariae sepulturaque ludi magistro data collaticia

92

Haue dulce nobeis nome[n atque omen gerens
Stephane, uitae nostrae [dum uiuis decus:
uere choronam te acepi [et mox perdidi.
Moschis tua te salutat et D[iodorus tuus
et blanda dulcis pupa, delic[ium tuum,
et quem tu tuis manibus nu[per sustuleras puer.
o Fatum infelicem qui te n[obis abstulit.

'Haue casta coniunx et m[ei serua memoriam,
haue mi Diodore amice fra[terque et parens,
nam et amici officia et pietat[em implesti patris,
haue pupa blanda, anima m[ea, tuque haue puer
quem nuper pararam ut hab[erem heredem nominis.'

CIL. VI 22102 ex Manutio et Winghio, Fabretti inscr. antiq. expl. 123, 28 fuit Romae. praecedit unus uersus ad hunc modum explendus *Q. Marc[io Q. l. Stephano Moschis coniunx f. c.* contrarie Ritschelius qui carmini operam dedit anth. lat. coroll. p. 8 prima facit haec *Q. Marc[ius Q. l. Diodorus coniugi b. m.* itaque Marcii adlocutionem esse ait ad mortuam uxorem Stephanen pertinentem a u. 1 ad 8 et uxoris responsum postremis uersibus quattuor. qua in ratione cum alia incommoda sunt tum hoc intolerabile quod uersiculum totum interponere coactus est inter 10 et 11 talem *te mea saluto Moschis, te Dionysia.* immo mortuum Stephanum adlocuntur Moschis uxor et Diodorus contubernalis et liberi paruuli duo, quattuor hos ille resalutat singillatim. scriptura carminis emendata excepto *acepi*, id si uere fuit u. 3, nam *choronam* uel eruditi probabant, *nobeis* 1 resedit quasi aerugo. numeros multifariam corruptos fuisse quae supersunt particulae abunde demonstrant, 2 ubi cum uitium haereat in nomine, satis paratum est praesidii ei qua uersum 4 conclusi immani modulationi, 11 ubi hiatus est in caesura, deinde 6 7 12. Ritschelii supplementa quae quidem nostrae de uniuerso carmine sententiae non repugnarent fere inmutata retinui

2 debebat scribi *o* uel *mi Stephane.* ut in feminino nomine *Stephanē uitai* uel *Stephane tu uitae* Ritschelius

3 in eleganti lusu quo uere στέφανος iste fuisse dicitur ualuit etiam sensus ab epitaphiorum scriptoribus iactatus *decidit in flore iuuentae.* uerba redimi nullis impensis possunt. *a capi . .* Winghius tradidit, unde *a capite auolsam fleo* Ritschelius mus. rhen. 16 p. 297 perbelle 4 loco nominis quod e u. 9 colligitur metrum poscebat *amicus.* duae hae corruptelae in 2 et 4 archetypon carmen monstrant in quo paris mensurae nomina uice uersa inter se exceperint. *Dionysia* Ritschelius qui tam hanc quam Moschidem filiam familiae fecit 6 longiore opus est supplemento si quidem in trunco uerbo non debet quaeri *nu[trieras.* Ritschelius *nu[per gestabas Paris* leuans uersum *tu* pronomine dempto. numeros prioris partis etiam inuertendo repares *tuis tu*, si posteriori extra modum quid esse

adrogatum statueris 7 purgantur numeri sermone purgato *fatum infelix quod* inter 7 et 8 interuallum notat Winghius 8 *m[ihi responde precor* Ritschelius 11 hiatum idem obduxit *animula* forma 12 *nuper* huc e 6 relapsum uidetur pro *modo* uel *mihi.* Ritschelius *quem nuper pepereram ut hab[ii ad Stygias domos*

93

Quarto] decumo anno infe[lix mihi uenit dies
quae] uitam et lucem reli[cuam praecideret,
nec licitum est misera s[orte me ut aequom fuit
meis referre lacrumulam [parentibus,
uerum me mors acerba s[enibus his prius
aetate] immatura abstulit [fato inuido.
dulcissima autem et suauis [meis uixi omnibus.

Doni inscr. ant. XV 32, Muratori thes. 1668, 7 extabat lapis in museo Trebiati Vmbriae (cf. CIL. II p. 502). qui praecedit uersus mortuae puellae nomen narrauit.. *He*]*donae Pomponiaes* [*lib.* pariter reliqui uersus in fine mutilati sunt omnes, initio autem tantum 1 2 et in quo lacunam ampliorem Mur. indicauit 6 expleui ut potui, *quartum* decumum annum aliaque praestari non posse per se intellegitur. aetatem optumam monstrant *decumo* u. 1 et *lacrumulam* 4 sociata cum *dulcissima* 7, *licitum est* perfectum cf. 54, 2, non fastiditum *autem*
4 i. exsequias persoluere, eaque fuit sententia quam saepissime parentes liberorum monumentis inscripsere, cf. IN. 7084 *ante occidit quam suis ben[e meritis pa]rentibus gratian referre pot[uit* uel Henzen 7379 *quod debuit filius parentibus officium praestare, hunc non merito sed fato mors inmaturum apstulit suis carissimum* (anno Chr. 16) 7 frequentantur talia *cara suis omnibus, pius in omnes suos* (CIL. II 1242 2367)

94

Ephesia Rufria ma[ter et coniux bona
hic adquiescit, quai [mala periit febri
quam medici praeter e[xpectatum adduxerant.
solamen est hoc sim[ulatique criminis

nec uera uox: tam dulc[em obisse feminam
puto quod deorum est [uisa coetu dignior.

dedit Huelsenus descriptum ab Henzeno, suppleui Romae prope Lateranum in hortis Campanae

1 *Rufria* prima correpta, ut Vergilius *quique Rufras Batulumque tenent* 2 *quai* apparuit; ita scriptitauit Claudius Caesar 3 cf. Petronius sat. 42 *medici illum perdiderunt, immo magis malus fatus, medicus enim nihil aliud est quam animi consolatio*

95

Hic stigmata aeterna Acte libertae scripta sunt
uenenariae et perfidae dolosae duri pectoris:
clauom et restem sparteam, ut sibi collum alliget,
et picem candentem, pectus malum commurat suum.
manumissa gratis secuta adulterum
patronum circum scripsit et ministros ancillam et pue-
rum lecto iacenti patrono abduxit,
ut animo desponderet solus relictus spoliatus senex.
e[t] Hymno, [et] eade stimata secutis Zosimum.

CIL. VI 20905 descr. Henzen (Or. 6404) Romae in arae magnae marmoreae parte postica, cuius antica eleganter sculpta hunc titulum habet: *dis Manibus Iuniae M. f. Proculae, uix. ann. VIII m. XI d. V, miseros patrem et matrem in luctu reliquid: fecit M. Iuniu*[*s* . .] *Euphrosynus sibi et* [hic erasum est quod in postica deuouetur nomen *Act*]*e: tu sine filiae et parentium in u*[*no ossa*] *requescant. quidquid nobis feceris, idem tibi speres. mihi crede, tu tibi testis* [*eris* 'uidetur qui haec scripsit uersus iambicos imitari uoluisse' Henzenus recte, uide modo *hic stigmata aeterna Acte scripta sunt malae et pérfidae dolosae duri pectoris; opto illi clauom et restem ut sibi collum alliget, picém candentem ut pectus comburat suum: gratis manu missa est secuta adulterum, patrónum circumscripsit et famulos domo ancíllam et puerum abduxit dum lecto iacet, ut ánimo desponderet desertus senex: sunt éadem stigmata his secutis Zosimum.* ac plura possunt conseruari, uelut Leo proponit *manumíssa gratis quae secuta adulterum . . . patróno abduxit, ut animo desponderit solús relictus atque spoliatus senex*

3 similia CIL. VI 12649 et in testamento Porcelli 4 i. comburat. *commurere* Henzenus ex VI 19267 adfert, addo VIII suppl. 11825 9 *ehymno ffadestimta* lapis, *et Hymno eadem stigmata* corr. Henzen

96

Hoc Proculus Sei]ae Victorina[e c]oniugi
fecitque ma]tri Victorinus filius:
tribus sit ea]dem sedis aeternae domus.
uiro peregit h]aec suo semper comes
probique castae fe]minae mores erant.
decessit annos nu]pta uiginti et duos.
scias uiator:] fata non parcunt bonis.

CIL. VI 28942, Lanciani act. arch. municipal. Rom. a. 1881 p. 44, supplementa ego adposui Romae. simul inuenta fragmina marmoris haec [*P*]*roculus p ui* | *..oioo* utrum elogii subscriptionem an peculiaris elogii particulam habeant non constat

3 *..pem* Lancianius, *..em* Notizie 1881 p. 57. olim posui *quam fecit ..., communicat spem sedis* 6 aut *annos tulit cum est rapta* 7 datur *maligna hominibus*

97

Ne more pecoris otio transfungere[r,
Menandri paucas uorti scitas fabulas
et ipsus etiam sedulo finxi nouas.
id quale qualest chartis ma[n]datum diu.
uerum uexatus animi cu[r]is [a]nxiis,
non nullis etiam corpo[ris dol]oribus,
utrumque ut esset taed[iosum ultr]a modum,
optatam mortem sum pot[itus. ea] mihi
suo de more cuncta [dat leu]amina.
uos in sepulchro [h]oc elo[gium inc]idite,
quod sit docimento post fo . q . . . . ibus
inmodice ne quis uitae sco[pulis hae]reat,
cum sit paratus portus eiac[ulant]ibus,

qui nos excipiat ad quiet[em perpet]em.
set iam ualete, donec ui[uere exped]it.

CIL. IX 1164 recognorunt Brunn et Dressel, Henzen 5605 Aeclani. supra scriptum *d(is) M(anibus). M. Pomponio M. fil. M. n. M. pron. M. abn. Cor(nelia) Bassulo II uir(o) q(uin)q(uennali)*, infra *Cant(ria) Long(ina) marit(o) opt. b. m. f(ecit)*. Aeclanum municipium IIII uiros, ab Hadriano, ut uidetur, facta colonia II uiros magistratus habebat itaque post Traianum scriptus titulus est. de familia Bassuli et Longinae progenieque disputans Mommsenus in Herme 3 p. 467 et CIL. IX 1165 cognatum ostendit Ambibolum Longinum consulem anni 126. scriptura emendata est, nisi quod in uersus 13 syllaba paenultima *i* longa apparet. Traiani Hadrianiue temporibus quae de comoediis Bassulus dixit bene conueniunt, nam Plinius ep. VI 21 Vergilium Romanum laudat qui scripserit comoedias Menandrum aemulatus Plautinis Terentianisque similes, et haec aetas ut Menandrum mirifice praedicauit ita in comoedia Romanos maxime claudicare doluit. carmen restituerunt inprimis Lachmannus Ritschelius Hauptius quorum supplementa Mommsenus seorsum cuiusque proposuit, pluribus enarrauit Quicherat Revue archéologique 1854 p. 744 ss.

1 *more pecorum* et *uicem pecorum* Sallustiana, *more ferarum* Lucretianum atque inter alia Quintiliani locum VIII 3, 81 comparauit Quicherat *transfungi* uerbum nouum, cf. *aetatem traducere, transigere*, postremae latinitatis *transfunctorius* 3 *ipsus* e comoediis ueteribus enotarunt Charisius et Diomedes (p. 158, 18 et 330, 24 K.), a uetustissimis prolatum Priscianus (II p. 6, 25 H.) dicit. certe insolitum uel exoleta aucupantibus, a Frontone semel p. 84, 1 Naber. inmixtum argumento ex historia perantiqua petito 4 *est* conflatum ut aures postulant cum praecedente uocabulo sensus adtribuit extremis. Martialis VII 26, 3 *hoc qualecumque* 7 nouem litterae desunt, quare inductum a Lachmanno adiectiuum probaui non uetustum. *taedio mi ultra* Ritschelius 8 *pot* uel *po* nuper legerunt Brunnius ceterique, *a*... olim Mommsen unde Lachmannus *adsecutus, aptus* Ritschelius supplerat. cf. Gellius XIII 1, 5 *Elissa quae mortem per uim potita est*

9 *leuamina* aut *solamina* Quicherat 10 *hoc elogium oro incidite* Hauptius quod hac tenus quadrare in lapidis uestigia testantur ut *oro* spatium non recipiat. uidetur igitur hiatus admissus in caesura, cf. Vrsi elogium 29

11 sic Brunn et Hirschfeld. num *locos adeuntibus*? quae antea proposita sunt, a lapidis uestigiis dissident *post fu-*

turis omnibus et *post fatales exsitus* 12 *in scopulos incidere uitae* ex Ciceronis consolatione fr. 11 Bait. adposuit Quicherat. *scopulos horreat* Ritschelius, *scopulus terreat* Lachmannus 13 ita Lachmannus bene. non actiue dici puto qui uitam eiciant sed neutrali forma, ui passiua qui se eiaculent, ut uehentes sunt qui uehuntur, exercentes qui se exercent. eiciendi uerbum frequens in naufragiis, cf. Lucr. III 875 *nec radicitus e uita se tollit et eicit*, Cic. tusc. II 67. *flagitantibus* Ritschelius idque lapidi conuenire ait Brunn, negat Dressel. hic *plac*... legit, inde *placidus nantibus* coni. Krascheninnikoff, malo *omnibus*
15 ita Ritschelius, octo litterarum lacuna est, *uita suppetit* Quicherat cui praestat *conuenit*

98

Seu mortis miseret seu té uítáe, perlige:
nomen Xanthippe, Iaia eaedem ludicro,
quot exsprimens dolóre fugit anima corpore,
hic conquiescit cúnís terrae mollibus,
quam trino annórum fílo proterentia
nouem post ménsum Fata cónficiunt malo,
lues ignita torret ultra quot dies,
uenusta amoena intellegéns et garrula.
quam siqua pietas insitast caelestibus,
uiuenti ingenio sóli et luci reddite,
altóris memorem, quem parentes dixerant
cum primum natust Lúcíliánúm Cassium.

CIL. XI 1118 descr. Bormann, Lama in Iahni specimine epigraph. p. 106. AL. Burmanni IV 323, Meyeri 1536 Parmae. praescriptum *d. M. Xanthippes siue Iaiae C. Cassius Lucilianus alumnae dulcissimae.* apices impositi longis paene omnes uocalibus. uersus corruptus 3, labans nomine male compresso 12, balbe narrata pleraque. quocirca cum non uolgarem alia elegantiam spirent ut uersus 4, mihi constat Cassium sumpsisse aliunde quibus suum carmen concinnaret lacinias. tamquam in elegis alter quisque uersus introrsum recedit
2 haec sic expedio nescio quam recte: nomen eidem erat Iaia a lusione quam exprimebat anima etiam in mor-

tis doloribus. *eaedem* datiuus anomalus ut *eae* apud Catonem, ut *illae istae aliae.* utrum duas syllabas aequet ut cognatae formae multae neque eae apud scaenicos solum, an tres parum liquet, quia uarie Iaiae uox potuit sonare. nomen igitur puellae illud indiderunt forte ac ludibrio aut ipsa potius ut fieri solet sibi infans dedit. *ludicro* mihi substantiuum est, neque enim aduerbii haec testata est terminatio et promptius in ea sententia adiectiuum fuit *ludicrum,* denique aptius quam nomen anima fugiens expressisse ludicrum dicitur, etsi subest in u. 3 ἰηίου γόου ac similium σχετλιαστικῶν memoria. Lama et Meyerus Xanthippae Iaiae tertium fuisse nomen Ludicro putarunt, Ferretius *eadem* scripsit 3 *quod* Gruter 660, 1 substituit. numerorum exorta labes est immutato uersus capite, quem alius potest sic fecisse *expers dolore, ut fugit anima corpore* 6 *eata* sic marmor. trimulae accidit malum i. languor uel morbus nouem mensum, febris quotquot ulterius dies uixit exitiosa. *mala* Bonada et Meyerus 7 *ultra quot dies* lapis quod uarie corrupere editores *quinquies, noctes et dies* al. substituendo, eidem 8 *inter morbum g.* 9 adposuit Burmannus Vergiliana II 536 *di siqua est caelo pietas* eqs. 12 longi nominis in uersum inferendi necessitas expressit *natust* contractionem usu sermonis pridem repudiatam

99

I Quae res mort[a]lis ui[ta faciunt non frui
miserosque reddu[nt . . .
animosque torq[uent . . .
II dolorum et sollicitudinum so]lacium
hoc solum morbos omnes tolle]ns permanet
. . . . Ditis o]stium.
III itaque hoc sepulcrum uiu]us in patrio solo
mihi aedificaui, ubi sol]utus taedio
curisque placide ia]m dego et timeo nihil.
IIII . . . dignis ui . . .
. . despiciens et fortunas at .
. . dis Iucustio colonicus.

CIL. VIII suppl. 11828 descr. Ioh. Schmidt et Cagnat in colonia quam fecisse coloniam Commodus uidetur

Mactari magni fragmenta epistylii cuius aliae reliquiae ibidem fortasse sub terra latent. terni in quoque lapide insculpti senarii sunt, in IIII tamen post ultimum u. euanuisse aliquid scripti fertur, nihil metri puto. suppleui ea tenus ut processus carminis perspiceretur

10 uelut *et antehac semper dignis uixi moribus, uolgus d. et fortunas atq. opes, cultor rudis* 12 . . *des* descr. Wilmanns *Lucustio* legendum opinor post *colonicus* descriptum est signum simile *t* aut digamma litterae. id a metro excluditur utique, si fuit *d(ecurio)*, tamen Mactaritanae coloniae munus negarim

100 .

Domino dilectus, quoquo iret, semper comes,
poculi minister, doctus palaestrae puer,
eques sepultus hic sum natus annos octo et decem.

CIL. IX 1880. Or. 2882, non exstat Beneuenti praescriptum *Maroni alumno C. Calpurnius Lausus* carmen Mommsenus olim pro interpolato habuerat itemque ego. iam ille auctoribus fide dignis cedens abiecit suspicionem, restat tamen metricus iste scrupulus *palaestrae* producta prima. cetera facile est defendere, *pocli* pronuntiabatur, *hic sum annorum octo et decem* scribi in senario debebat

101

L. Marius L. f. | Vitalis | uixi ann. XVII d. LV.
consummatus litter(is) |
parentes suasi, artefic(ium) | discerem.
discessi ab | urbe in praetorio | Hadriani Aug.
Caesar(is). |
ubi dum studerem, fata | inuiderunt mihi
raptum que ab arte tradiderunt | hoc loco. |
Maria Malchis mater | infelicissima filio sanctissimo.

CIL. VI 8991 descr. Henzen Romae ex suburbanis inlatus museo Vaticano cippus

2 expleas si placet *uixi dum uixi* 3 Apuleius met. IX 25 *uxorem suasi ac denique persuasi secederet* 4 tolle *Hadriani Aug.* fac *in C. praetorio* 6 *hoc* datiui casus esse uidetur

102

O fata breuia contrariaque mihi,
quae me leuastis paruolae uitae meae,
ut hoc uenirem annis plenus (undecim).
nam omnia fecerunt, quorum alumnus fui.

CIL. XI 117 ex schedis, Murat. 1450, 6 Rauennae praecedit ... *class(is) s(upra) s(criptae) et Spedia Prisca alumno kariss(imo) b. m. p(osuerunt)*
1 senarii debuit talis esse clausula *breuia mihi nimis contraria* 2 ἐπαύσατε βίου 3 *plenus XI* lapis 4 legitimum tale *quorum delicium fui*

103

A

Lucili Domestici Valeriani option(is) cent(uriae) III ex coll(egio) fabr(um) et cent(onariorum) qui uixit annis XXVIIII dies VIIII hor. III. Lucilius Domesticus pater filio inconparabili.

[p]ater mihi fecit quod [e]go patri debui.

B in latere sinistro

.. cum Popilium ..... ses quam ei se o ..... |dheul-
fi.nseponan ..... | habent magnam g ..... |
q]uorum laudatur s[emper] | aeterna fides. |
parentes amauit, n[ostram duxit] | coniugem.
nato[s curauit] | quos mihi non licu[it frui. |
omnes amici, scio, meru[is]|tis bene.

C in latere dextro

scis me hoc sib[i.
q]ui[n p]ater infelix ambos nos desiderat.
et tu, Valeria, rari exempli femina,
sic me amasti ut natos derelinqueres,
nec tu [p]otuisti eos attendere,

u]t acerbos pariter meo re[l]inqueres.
nunc ille hab[ebit] hos sibi superstites.
hac ille ac nos pater des[id]erat.
rogo, pater suaui....asa sic ideqroris mei,
u[t] mihi ponatur omne flos suo tempore.

CIL. V 5701, bis contulit Mommsenus prope Mediolanium in basi quadrata. carminum uersus ubi non congruunt cum uersibus scripturae, interuallo plerique amplo disiuncti sunt

B elogium sodalis quem Valerianus *meum* uocat C 6 2 fortasse *die ultimo in sé* (i. simul) *ponantur, ita habent magnam gratiam* 5 debuit *parentem*

C 1 deest horum principium, fuit ergo D 7 *habi..i* fertur 8 (*h*)*ac nos pater?* fertur *des.irat* 9 uerba sic constabunt *pater suauis, este sic memores mei* 10 *flos combustum* sim. apud medicos infumos

104

Lege aeuiterna traditus leto puer
bis octo in annis hoce sub tumulo iacet,
quem cuncta fleuit turba, multo plus erus,
specie obtinentem, moribus cum uinceret.
hic Phocaensum ciuis in patrio solo,
nunc Italorum Ditis intra terminos
nomen tenebit Isidis nati puer.

Muratori 1070, 2 et Reinesius p. 855 ex fallaci uterque auctore. hic Vrbini, Fani ille repertum ait. AL. Burmanni qui codicem Cyriaci adhibuit IV 110, Meyeri 1243 *d. M.* praemittit Ligorius. sublato quod est in uersu 5 uitio iambi euadunt graecanici

2 tradidere *hocce*, 3 *herus* 4 *obtinentem* si poeta scripsit, intellegi uoluit non cedentem aliis. *obnitentem* coni. Pithoeus, *speciem obtinentem* Burmannus 5 *Phocensium* Muratorius, *Photensium* Reinesius. *Phocaensium* Pithoeus, id in quattuor syllabas redegi non dubitans, cum Φωκαέων Callimachus posuerit pro choriambo aliique similia similiter, quin ante uocalem uocalis corripi potuerit

7 fore qui requiri putent *tenebat* Schraderus denuntiat. deinde Harpocratem mortuo nomen fuisse cum Graeuio

Cuperus, Horum Burmannus statuit, qua ratione natus quidem Isidis expeditur, minime uero *puer* cur adhaereat. ego inuolute et inusitate dicta quid uelint parum perspicio, nisi forte hoc significatur Isigoni cuiusdam fuisse mancipium non tam proprio nomine seruili notum quam proinde ut antiquissimi uocitabant Isigoni puerum. ceterum *tenebit sidisnati* Muratorius

105

Restitutus hoc infelix tegitur in tumulo puer
socius parenti gemino tumuli foedere.

Osann sylloge p. 477, 2, descripsi ex schedis Lerschi Romae. praescriptum *d. M. M. Romani Iouini Restituti*, subscriptum *M. Iunius Seuerus et Romania Marcia heredes bene merenti fecerunt.* carminis initium in lapide diple significat. Iouino patri rhetori latino eidem ibidem titulum fecere elegiacum quo cum Catone et Cicerone illius nomen praedicatur mansurum (Henzen 5606) quale elogium ab Alexandri Seueri uel Gordiani temporibus non putamus abhorrere

1 *Restitutus* fortasse trochaeorum causa adsumptum, iambi unam syllabam postulabant *en* uel *nunc*

106

Vixi beatus dis, amicis, literis.
Manes colamus, namque opertis Manibus
diuina uis est aeuiterni temporis.

CIL. VI 1417 ex codice, Henzen Or. 6017 Romae. praescriptum *d. M. T. Flau. Postumius Varus u. c. cos. orator Aug. XV uir praef. urb.* functus est hac praefecti dignitate anno 271 ut testatur laterculus. iambi graecanici

1 *diis* codex 2 *rite conditis Manibus* Plinius epist. VII 27, 11 saepeque argenteae aetatis scriptores inhumatos nudos reuulsos pro corporis reliquiis Manes dicunt, sed *operti* spirant sanctiora 3 *diuini uis est aeterni* traditur, em. Baiterus et Ritschelius, hic interpretatus rite sepultorum Manes potestate diuina frui per omne aeuum duratura

107

Terentius Sabinianus fons et camena litteris,
sapiendo opimus et dicendo splendidus:

hoc praeter ceteros etiam Hippo dicti[tat
diarrytos, ubi magister praestans floruit,
uixitque numerum in se de anologia Pythagorae primarium.

Cagnat ann. epigraph. 1892 p. 54 ex ectypo quod dederat Carton rep. apud Thuggenses Afrorum. subscriptum est *p(ius) u(ixit) a. XXXVI, h(ic) s(itus) e(st)*
1 tolle cognomen ut recte procedant numeri 3 *dicti* in fine uersus lapis, lacunae indicium nullum 4 *zaritus* quem cosmographus dicit opponitur Hipponi regio 5 *anologia* sic lapis. est enim ἡ καλουμένη τετρακτύς, τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα, μέγιστος ὅρκος (Plut. de Is. 75 p. 381 F). metrum constabit demptis *in se de analogia*

108

Vel nunc morando resta, qui perges iter,
Etiam dolentis casus aduersos lege,
Trebius Basileus coniunx quae scripsi dolens,
Vt scire possis infra scripta pectoris.
Rerum bonarum fuit haec ornata suis,
Innocua simplex, quae numquam errabit dolum,
Annos quae uixit XXI et mensibus VII
Genuitque ex me tres natos quos reliquit parbulos,
Repleta quartum utero mense octauo obit.
Attonitus capita nunc uersorum inspice,
Titulum merentis oro perlegas libens:
Agnosces nomen coniugis gratae meae.

descriptum a Rossio dedit mihi Ihm fuit in hortis Campanae prope Lateranum, nunc ubi sit ignoratur. acrostichis *Veturia Grata*
1 *uel nunc*, licet proxime ab urbe 2 *etiam* lapis idque melius est quam *et iam* 3 pronuntiandum *Basileus* quattuor syllabis 5 *ornatrix* debuit scribi aut *ornatu*. structuram iste eandem quam in *referta* sim. ceteri secutus est 7 implet uersum *uiginti unum et mensibus*, excedit numerus alter 8 ἑπτάπους, tollendum

tis doloribus. *eaedem* datiuus anomalus ut *eae* apud Catonem, ut *illae istae aliae.* utrum duas syllabas aequet ut cognatae formae multae neque eae apud scaenicos solum, an tres parum liquet, quia uarie Iaiae uox potuit sonare. nomen igitur puellae illud indiderunt forte ac ludibrio aut ipsa potius ut fieri solet sibi infans dedit. *ludicro* mihi substantiuum est, neque enim aduerbii haec testata est terminatio et promptius in ea sententia adiectiuum fuit *ludicrum,* denique aptius quam nomen anima fugiens expressisse ludicrum dicitur, etsi subest in u. 3 ἰηίου γόου ac similium σχετλιαστικῶν memoria. Lama et Meyerus Xanthippae Iaiae tertium fuisse nomen Ludicro putarunt, Ferretius *eadem* scripsit 3 *quod* Gruter 660, 1 substituit. numerorum exorta labes est immutato uersus capite, quem alius potest sic fecisse *expers dolore, ut fugit anima corpore* 6 *eata* sic marmor. trimulae accidit malum i. languor uel morbus nouem mensum, febris quotquot ulterius dies uixit exitiosa. *mala* Bonada et Meyerus 7 *ultra quot dies* lapis quod uarie corrupere editores *quinquies, noctes et dies* al. substituendo, eidem 8 *inter morbum g.* 9 adposuit Burmannus Vergiliana II 536 *di siqua est caelo pietas* eqs. 12 longi nominis in uersum inferendi necessitas expressit *natust* contractionem usu sermonis pridem repudiatam

99

I Quae res mort[a]lis ui[ta faciunt non frui
miserosque reddu[nt . . .
animosque torq[uent . . .
II dolorum et sollicitudinum so]lacium
hoc solum morbos omnes tolle]ns permanet
. . . . Ditis o]stium.
III itaque hoc sepulcrum uiu]us in patrio solo
mihi aedificaui, ubi sol]utus taedio
curisque placide ia]m dego et timeo nihil.
IIII . . . dignis ui . . .
. . despiciens et fortunas at .
. . dis Iucustio colonicus.

CIL. VIII suppl. 11828 descr. Ioh. Schmidt et Cagnat in colonia quam fecisse coloniam Commodus uidetur

quae dum per annos bis XVIII uita gerit,
non ut meruit uita functa est subito.
ei conscius aeter. h(ic) e(st), b(ene) q(uiescat).

CIL. VIII 10828 apud Nattabutes Numidiae
a *comiti* ad *gerit* uerba iambis decurrunt rectis si excipis numerum (*bis decem*)
5 *et conscius aether conubiis* Verg. Aen. IV 167

111

Sple]ndor parentum nil mihi maius dedit,
quam] quod marito digna iam tum uisa sum.
s]ed lumen omne uel decus nomen uiri,
Agori, superbo qui creatus germine
patriam, senatum coniugemq. inluminas
probitate mentis, moribus, studiis simul,
uirtutis apicem quis supremum nanctus es.
tu namque quidquid lingua utraq. est proditum
cura soforum, porta quis caeli patet,
uel quae periti condidere carmina
uel quae solutis uocibus sunt edita,
meliora reddis quam legendo sumpseras.
sed ista parua: tu pius mystes sacris
teletis reperta mentis arcano premis
diuumque numen multiplex doctus colis
sociam benigne coniugem nectens sacris
hominum deumque consciam ac fidam tibi.
quid nunc honores aut potestates loquar
hominumque uotis adpetita gaudia?
quae tu caduca ac parua semper autumans
diuum sacerdos infulis celsus clues.
tu me, marite, disciplinarum bono
puram ac pudicam sorte mortis eximens

in templa ducis ac famulam diuis dicas.
te teste cunctis imbuor mysteriis,
tu Dindymenes Atteosque antistitem
teletis honoras taureis consors pius,
Hecates ministram trina secreta edoces
Cererisque Graiae tu sacris dignam paras.
te propter omnis me beatam, me piam
celebrant, quod ipse me bonam disseminas,
totum per orbem ignota noscor omnibus.
nam te marito cur placere non queam?
exempla de me Romulae matres petunt
subolemque pulchram, si tuae similis, putant.
optant probantque nunc uiri nunc feminae
quae tu magister indidisti insignia.
his nunc ademptis maesta coniunx maceror,
felix, maritum si superstitem mihi
diui dedissent, sed tamen felix, tua
quia sum fuique postque mortem mox ero.

'Paulina nostri pectoris consortio,
fomes pudoris, castitatis uinculum
amorque purus et fides caelo sata,
arcana mentis cui reclusa credidi,
munus deorum qui maritalem torum
nectunt amicis et pudicis nexibus,
pietate matris, coniugali gratia,
nexu sororis, filiae modestia
et quanta amicis iungimur fiducia,
aetatis usu, consecrandi foedere,
iugi fideli simplici concordia
iuuans maritum, diligens ornans colens'.

'Paulina ueri et castitatis conscia,
dicata templis atq. amica numinum,
sibi maritum praeferens, Romam uiro,
pudens fidelis pura mente et corpore,
benigna cunctis, utilis penatibus,
calda . . . .'

CIL. VI 1779, descripsi ex schedis Lerschi. AL. Burmanni IV 201, Meyeri 1315   Romae in museo Capitolino in basi marmorea. in fronte haec scripta *d. M. Vettius Agorius Praetextatus augur, p[o]ntifex Vestae, pontifex Sol[is], quindecemuir, curialis Herc[u]lis, sacratus Libero et Eleusi[ni]is, hierophanta, neocorus, tauroboliatus, pater patrum, in [r]epublica uero quaestor candidatus, pretor urbanus, corrector Tusciae et Vmbriae, consularis Lusitaniae, pro consule Achaiae, praefectus urbi, legatus a senatu missus V, praefectus praetorio II Italiae et Illyrici, consul ordinarius designatus, et Aconia Fabia Paulina c(larissima) f(emina) sacrata Cereri et Eleusiniis, sacrata apud Eginam Hecatae, tauroboliata, hierophantria: hi coniuncti simul uixerunt ann. XL.* uir clarissimus Symmachi amicus, Macrobi in Saturnalibus collocutor, consul designatus decessit anno 384 et post paulo (cf. uersum 41) cippus positus uidetur coniuge item mortua. plura extant monumenta et ad Praetextatum et ad Paulinam pertinentia, uide Henzenum CIL. VI 1778 et 1780, Schwabium in Teuffeli hist. litt. § 430   postica basis parte scriptum carmen quo maritum lugens uxor adloquitur, praeponendum censui exilioribus laeua (a uersu 42 ad 53) et dextra (54 ss.) incisis quibus praescriptum est utrisque *Vettius Agorius Praetextatus Paulinae coniugi,* non quo ipse uiuus condiderit, sed quia maritus laudatoris persona indutus est   iambi graecanici quorum puritia nusquam uiolatur nisi quod quartae sedi in uersu 24 anapaestus inlatus est, quem uitare poeta potuit hoc modo *ac deis famulam dicas.* anapaestus quam iambus frequentior in pede primo, in quinto bis anapaestus positus (u. 6 et 35) deciens iambus ita ut tetrasyllabo uocabulo contineretur (memorabilis u. 39) aut trisyllabo uersum claudente ipse dissecaretur, semel pes solutus in uersu 7, caesura semper semiquinaria (in synaloephe u. 32). addit Leo synaloephen septiens fieri per *que* et *ac, et* deesse in parte prima

1 ss. primae litterae marmore effracto periere. filia Paulina fuit Aconii Catulini u. c. ex praef. et consulis ordin.

(anno 349) 2 *tum* ante quadraginta illos annos quos una cum marito uixit 6 probitatem Agori Symmachus ep. X 10, 1 et Ammianus XXVII 9, 8 praedicant 7 perperam edebant *qui* 8 ss. commentatum esse Praetextatum de philosophia atque ut Nicomachos et Symmachos aequales ueterum scriptorum exemplaribus emendandis dedisse operam Iahnius probauit act. acad. Saxon. 1851 p. 338

13 *mystes* Hauptius, *mouestes* lapis quod monstrum Iahnius docuit *mustes* et *moestes* formarum conflictu esse partum. principem religiosorum Praetextatum putabant adfirmantes esse unum arcanae deorum naturae conscium (Macrobius sat. I 11, 1 et 24, 1) 20 fortasse ex libro Praetextati sumptum dictum subest, Symmachus de eodem ep. X 12, 2 *gaudia corporis* inquit *ut caduca calcauit*

23 *mortis* recte Lerschius quamquam etiam Marinius Aru. p. 471 *sortemorbis* testatus est in marmore legi 26 *atteos qui* lapis. hanc ob religionem tauroboliata supra dicta est mulier, uir tauroboliatus 28 *trina* propter trinitatem Hecatae adtributam multisque expressam nominibus

29 sacrata apud Eleusinam deo Iaccho, Cereri et Corae, sacrata apud Lernam deo Libero et Cereri et Corae, consacranea deae Cereris fertur in titulo VI 1780 (Or. 2361)

30 uolgo *omnes* 31 post *disseminas* interpunxi uersu terminans sententiam, post *orbem* Bonada ceterique 33 *cui* Schraderus coniecit 34 *exempla* AL. *exemplum* lapis 39 legitimum erat *si mihi superstitem* sic ut exiret uersus 42 *consortio* cum ceteri pro ablatiuo habuisse uideantur, nominatiuum esse commemoro 51 aetatis usus longam rerum experientiam, consecrandi foedus commune in mysteriis magisterium indicat 58 principium secundum reliquias litterarum a Lerschio descriptas uidetur *cre*[*bri*]*s* aut *cre*[*den*]*s* fuisse, ad finem ille *uss* . . *ni* legit ita ut uel *somni* uel *sciunt* quinto sextoue pedi paria conicias. Henzenus *caldasn* . . . *o* et in fine *us* . *ni* . . haec fere delineauit. plures praeterea uersus haec pars non uidetur habuisse, ergo dimidio minus quam sinistra

112

Seiius Fundanus nutriuit natos duo
in prima aetate ex Germana coniuga
in studiisq. misit et honores tribuit.
post tantos sumptus non fruitus nemine
funerauit natos et hanc coepit opera.

senex laborans haec perfe[cit] omnia.
u(ixit) a(nnos) Germana coniunx u. a. LXXX.
sororiq. coniugis ornauit memoria,
quae Iulia Prima u. a. LXXX.
ualeas, uiator, lector meis carminis.

CIL. VIII 5370 contulit Wilmanns, suppl. 17497, Henzen 6202 Calamae accentus modulo usus Seius producit *et* u. 3 5 (ante *h* utrubique) aliasque breues, corripit primam in *funerauit* 5 et alteram in *sororiq.* 8. barbarismos Africanos non censui emendandos
1 *Seiius* ut ibidem 5371 et 5372 *Seiius*, *Seiia*: *Setius* ediderat Renier inscr. Alger. 2810 2 *magni Iouis germana et coniuga* Apuleius metam. VI 4 3 *in* quod numeros turbat fortasse delendum ut ex superiore uersu male iteratum aut barbara exortum scriptura *istudiisq.* nam ad sententiam datiuus et magis est idoneus et medicamina sermonis sapit poetica Afris acceptissima. honores intellege municipales iniunctaque decurionibus munera
4 negatiua non numquam duo antiquissimi et plebei inferebant uelut Ennius *quos non miseret neminis* et libertinus Petronianus *neminem nihil boni facere oportet.* media uocali *fruitus* hic perinde ac *frunitus* porrigitur
5 *opera* sine *m* ut 8 *memoria* 7 deest numerus annorum qui post mortem Seii debuit adnotari 8 *ornauit* Seius scilicet 10 i. mei

113

lubet adponere etiam agnatorum Fundani istius epitaphia Calamae inuenta CIL. VIII 5371 et 5372

d(*is*) [*M. s.*]	*d*(*is*) *M*(*anibus*) *s*(*acrum*)
Seiius Martia[*lis in flore de-c*]*essit.*	*Seiia Honorata in flore decessit.*
prudens demandat na[*tos*] *parentibus.*	*prudens demandat nato*[*s*] *marito karissimo*
gestis honoribu[*s uixit a*]*nnis triginta s*[*eptem*]	*lucemque caruit. uixit annis uiginti sex*

quod particulas continent senariorum *prudéns demandat natos caros coniugi lucémque caruit, uixit annis ter nouem*

114

cal . ixn ° iul cu . .
perfrix . . . . hec

puella . . . . diu
posam timui . .
colui poten[t]es
nec dispexsi pau[peres
d u h(ic) s(ita) e(st)
o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant)

CIL. VIII 7858 descr. Cherbonneau Cirtae. senarius saltem unus inest u. 5 et 6

2 ex *h* non amplius superest quam quod quadret etiam in *nec* 4 *timui* deum? 5 *potenes* fertur 6 expleuit Dessau. ita in Prouerbiis 17, 5 *qui despicit pauperem* (multi *despiciam dites* uel *despice diuitias*)

115

Aream at sepulchra cultor uerbi contulit
et cellam struxit suis cunctis sumptibus,
eclesiae sanctae hanc reliquit memoriam.
salnete fratres puro corde et simplici:
Euelpius uos sa[lu]to sancto spiritu.
eclesia fratruum hunc restituit titulum.

CIL. VIII 9585, Renier inscr. Alger. 4025 prope Caesaream Mauretaniae repertus lapis uariis christiani cultus emblematis insignitus. post *titulum* scripta haec *M. A. I. Seueriani c(larissimi) u(iri) ex ing(enio) Asteri* ex quibus prima Renier interpretatur *m(armoreum) a(nno) I* uix recte, Mommsenus Rossiusque *M. A(ntoni) I(uliani)* similiterue cf. add. p. 974. rhythmica mensura producuntur *suis* u. 2 et *titulum* 6, corripitur *aream* 1, obtunsa *i* est in *eclesiae, eclesia* 3 6 quibus in uersibus circa caesuram uocales non coalescunt et in *Euelpius* 5

2 *struit* lapis *x* super addita. *cunctis* nequis dandi casu dictum putet, omnes ille de suo sumptus erogasse se praedicat ut alii *impensa sua omni d. d.* 5 *satos* dederat Ren. eliciendum ex priore uerbo *Euelpius uos salutat* dixeram ind. Gryph. 1870 p. 23. at *sato* lapis, hinc *saluto* Mommsenus 6 uersus exilioribus litteris nullo interuallo adiectus. *fratruum* item scriptum in titulo Africano Renier 1430, sic alibi *mensuum* et *uirtutuum*

116

Africani tituli haud pauci sermonis genus praebent

quod musam pedestrem uocare liceat, quo factum est ut modo probi senarii solutae orationi immiscerentur modo totum epigramma clodo quem Queroli scriptor ait pede procederet

Agbiensem inscriptionem Guérin voyage en Tunisie II 147, 373 (inde CIL. VIII 1557) hanc rettulit: *d. M. s. Arinia Victoria magnis moribus femina, at cúius sectam numquam accedi potest. hic sepulta, set domi es. de ánimo certa es quia numquam discedi[s] meo. Marcus Motasius dicó sepulcrum quod sit tibi idem et mihi. p(ia) u(ixit) a. XXXV h. s. e.* in qua *de animo certa* correxi cum ille descripsisset *dea nemo cert.*, accentibus autem indicaui senariorum aut paene senariorum principia

ibidem I 406, 179 siue CIL. VIII 682 prope oppidum Mactaritanum in mutilato lapide haec leguntur: *Licinius Maurus huius operis conditor | sibi suisque posteris sponte tribuit | muneri ut sémper Man[es,* deinde *Liciniae Vr[bani]cae Licinius [Maurus quon]dam suae hanc operis s[truem,* tum *memoriam piae coniugi[s face]ret lectori inque eo suo tempore [se] simul cum ea concluderet. in anis XIV quibus datum est ut [ambo una] uiuerent* al. in quibus numerorum studium dubium non est. partem suppleui ex eiusdem regionis titulo amplissimo p. 413 ss. (CIL. VIII 645 ss.) trium funerum teste qui cum extra numerum modumque fusis trochaeis et iambis Africanam musam optume inlustret et de senariorum origine creuisse uideatur, etsi pullulante uerborum luxuria propius ad septenariorum trochaicorum formam accessit, satis commode huc transcribitur. nr. 185: *C. Iulio Proculo Fortunatiano pater | filio memoriae titulum sibi erepto reddidit. | in annis uiginti duobus quos Parcae praefinierant edito, | innumeris uitae laudibus omnem aetatem reddidit. | nam puer pubertatis exempla optuma bene uiuendo dedit, | pubertatis initia iuuenili corde edidit, | iuuentutis uitam maxuma exornauit gloria, | sic namque ut in exiguo tempore multis annis uixerit. | puer ingenio ualidus, pubes pudicus, iuuenis orator fuit | et publicas aures togatus studiis delectauit suis. | in paruo itaque tempore uita multis laudibus. | inque isto patrio opere iuuenis [nun]c ut senex | perpetua quiescit requie, conditori [per]grato spiritu.* nr. 186: *Palliae Saturninae Iulius Maximus quondam suae | hanc operi struem dicauit semper ut haberet muneri | simulque memoriam piae coniugis faceret lectori | inque eo suo tempore semet cum ea concluderet. | in annis triginta quibus datum est | sat probe mulier cum uiro uixit suo | nihil potius cupiens quam ut sua gauderet domus. | nam in rebus mariti et suis, mater communis iuuenis, | simplici animo uiuens*

uix muliebrem mundum uindicabat sibi. | in uirum religiosa, in se pudica, in familia mater fuit. | irasci numquam aut insilire quemquam nouerat. | cultu neglecto corporis moribus se ornabat suis | et . . . . pudore solo comitabatur suo. expulso emblemate paenultimum uersum uides senarii simillimum reddi ac si nugari permittitur, totum carmen ilico pertexuero *nam cóniux fida, iuuenis communis parens in sé pudica, in familia mater fuit, irásci nulli aut insultare nouerat, uix uíndicabat muliebrem mundum sibi cultú neglecto moribus se ornans suis, pudóre solo solita comitari foris.* bene admonet Leo Alcmenae Plauti Amph. 930 *comitem mihi pudicitiam duxero.* denique nr. 187 quae pars nimium mutilata est, extrema habet haec: *caelo frui*]*tur quod semper optauit sibi* | . . . . . *uirgo bis denis morata orbibus* | . . . . . *l*]*eues hic sepulta semper uiuit sibi*

117

H]ospes reseiste et aspice ae[ternam] domu:
pro mereitis statui[t] coiux coiugei e[t sibei.

Notizie d. scavi 1893 p. 28 descr. Ciavarini   prope Anconam Piceni in cippo mutilo   supra ad sinistram relictae sunt litterae hae . . . *ma ca* | . . . *us coli* quas excipit calathi figura, ad dextram protome muliebris. finem fecerunt monumenti senarii supra scripti, fortasse etiam reliquiae istae sunt iamborum (uelut *fusus coli*)
2 debuit *meriteis*

118

Hospes resiste et nisi molestust, perlege.
noli stomacare. suadeo, caldum bibas.
moriundust. uale.

CIL. X 5371, Minervini in actis antiq. Casertanis 1874 p. 2   apud Interamnates Lirenates in agro oppidi S. Cosmae et Damiani   praecedunt haec *uiuit Q. Caelius Sp. f. Viui(us) architectus naualis, uiuit uxor Camidia M. l. Aprhodisia*
2 usitatum *stomachari*   Martialis XIV 113 *si caldum potas*, de infrunitis prouerbium *caldum meiere et frigidum potare*   3 exitus senarii alius *noli dolere, cunctis mo-*

riundumst, uale quem Vibius prae suo temeti studio postputauit

119

Heus tu, uiator lasse, qu[i] me praetereis,
cum diu ambulareis, tamen hoc ueniundum est tibi.

CIL. I 1431, V 4111 Cremonae. praecedit *M. Statius M. l. Chilo hic*, sequitur *in f(ronte) p(edes) X in ag. p. X*
2 *diu* ut monosyllabum cum insequente uocali coalescit. *peregrinatio est uita, cum multum ambulaueris* (*diuque* addunt quidam libri), *redeundum est* Seneca rem. fortuit. 2, 2 *inuitus uenio, ueniundum est tamen* Narbonensis titulus quem in septenariis referam, cf. 83, 4

120

Eus tu uiator, ueni hoc et queiesce pusilu.
innuis et negitas? tamen hoc redeudus tibi.

CIL. XI 4010 descr. Bormann in agro Capenati, tum Romae in museo Capitolino praecedunt nomina *M. Vitelius M. l. Theodorus, Baebia Fausta, M. Vitelius M. l. Qursor, Iulia C. l. Rufa* iambica fuit adclamatio *hoc ueni et sta paululum,* exitus autem cum principio uersus 2 aptatus est numeris dactylicis. cf. 119
1 *qu*]*eiesci* uidit Borm. *quiesce* descripserat Sarti
2 *innuis* nutas, ad rem abnuis uel renuis i. redeundumst

121

Viator audi, si libet, intus ueni,
tabula est aena quae te cuncta perdocet.

Gruter 897, 16 ab Scaligero, recentem titulum Hirschfeld dixerat CIL. XII p. 15 ad n. 94, correxit tamen errorem idem add. p. 807 n. 5732. AL. Burmanni IV 243, Meyeri 1348 Antipoli in lapide adnexo foribus aut epistylio
1 *libet* producta terminatione more prisco *ueni* Panuinius et Solerius attestantibus etiam eis qui nuper uiderunt, *ui..i* Gruter. *eo intus* et *intro sum* ut soloeca notauit Quintil. I 5, 50

122

Vi]ator remane, re noua nomen s[cie]s
b . . . . . .

CIL. II 4379 fuit Tarracone. praescriptum *d. M. C. Iul(i) Olympian(i), Terent(ia) Lucentina Terent(iae) Valentines lib. sibi et suo coniug(i)*
1 *lator* alii alii *amator* exscripserant, correxi *scies b* scripsi, *s t s b* tradidere, *sis* manifesta interpolatione Siederus. potuit subiungi *bene notuisse nostrum cunctis ciuibus*

123

Frequens uiator saepe qui transis lege:
natus pro te sum ....s t..io i..co.

CIL. II 3181, Or. 4749 Valeriae Celtiberorum. praecedit titulus Ael. Hermeroti aurigae scriptus ab Hermia patre seruo publico
2 *mox eris* (*dormies, traderis*) *tuto loco* talia conieci ob admonitiones similes, ex quibus haec Muratori 1774, 8 *hospes, quid sim uides, quod fuerim nosti, futurus ipse quid sis cogita* exit in senarium aut septenarium

124

Tu] qui legis [praeteriens be]ne dic[as mihi.

CIL. V suppl. ital. 335 descr. et supplementa praeiuit Pais Aquileiae in museo. infra animal simile cerui apparet. potuit esse carmen

125

Tu qui praeteriens spectas monimentum meum,
aspice indignans hic data morte
Ti.Claudi Aug.l(iberti) [ad]i(utoris) tabulari a ratio[nibus].
Cannutia T.... [co]niugi bene [merenti fecit.
h(ic) s(itus) e]st. s(it) t(ibi) t(erra) [l(euis).

Ephem. epigr. V 1023 Caesareae in Mauretania adsumptus est senarius quasi formula, cetera detorta ex uersibus quales infra leges (*aspice quam indigne sit data uita mihi*) et pedestria, deest uelut ossa Claudi

126

Te qui precor, uiat[or, hunc titulum legas

. . . .

CIL. VIII suppl. 12866 ad ectypum Carthagini in sepulcreto familiae domus Augustae fragmentum cippi. ex praegressis nil superest nisi .. *Cla*]*udius?* .... *feceru*[*nt*. insecutum carmen esse insolitus uerborum ordo uehementer comprobat, *qui* ad mortuum rettuli non ausus referre ad uiatorem. alterius uersiculi pauca circa medium uestigia et inutilia apparent (*perfu-?*)

127

Bene sit tibi qui legis et tibi qui praeteris,
mihi qui hoc loco monument(um) feci et meis.

CIL. X 6616 descr. Mommsen, Or. 4735, Ritschelius anth. lat. coroll. p. 6 Velitris Neapolim delatum. praescriptum *haue Manlia Anthusa*

2 ad sententiam expectari Ritschelius ait *mihique qui*, numerorum et iuncturae causa proposueram *monumentum mihi quod hoc l. feci et meis*

non tanta quanta in Veliterno humanitas in hoc titulo CIL. II 4174 *bene sit tibi uiator qui me non praeteristi, lege no*[*men* aut in hoc VI 2335 *uos uiatores habeatis deos propitios, qui Victorem non praeteritis, salui eatis, salui redeatis*. frequentata in epitaphiis talia *bene ualeas qui legis, bene ualeas quisquis es, bene ualeas religiose qui hoc legis, bene baleas quisquis es qui me salutas, tu quicumque legis sit tibi suauiter, qui legisti uale* paene omnia iambica

128

Bene sit tibi qui iacis intus, et tu qui trasis
et leges hunc titulum, opta 'tibi terra leue'.

Henzen Or. 7396, CIL. XIV 1873 uidit Rossius Ostiae, tum Romae senarios esse tam improbe pronuntiatos quam scriptus titulus est docui mus. rhen. 27 p. 130, offendit *trasis* iambi loco positum, cetera leuitatis genuinae. in exitu *tibi* rursus ad iacentem spectat, cf. 80 133 al.

129

Quod quisque uestrum mortuo optarit mihi,
id illi eueniat semper uiuo et mortuo.

CIL. IX 4816, sumpsi ex Nisseni schedis. AL. Burmanni IV 89, Meyeri 1226 Fori Noui in Sabinis praecedit *T. Flauio T. l. Antiocho Eros et Viola liberti patrono et sibi et suis fecerunt Flauiae T. l. Apameae, T. l. Amphioni, Flauiae T. l. Tertiae.* circa annum Chr. 90
eandem sententiam Muratori 1635, 14 ex Romano monumento sic edidit: *Apusulena Geria uixit ann. XXXIII m. IIII d. V: quot quisq. uestrum optauerit mihi, illi semper eueniat uiuo et mortuo.* similem uno senario comprehensam supra proposui n. 64

130

Quod quisque uestrum mortuo optarit mihi,
id illi di faciant semper uiuo et mortuo.

CIL. VI 6467 contulit Henzen, Brizio sepolcri scop. sull' Esquilino 68, 221 Romae in columbario Statiliorum praescriptum *Heracla Catulli Tauri l(iberti) seruos.* circa annum 50
2 etiam tum pronuntiatum est *illi* correpta syllaba priore

131

A]emilia Prima salue.
et tu [qu]aequae dices, omnia eu[eniant] tibei.

CIL. VI 18938 descr. et suppleuit Mommsen in Palatino monte rep. ista duo cippi quadrati latera implent, in tertio legitur *Gauia P. l. So . .*, in quarto scripta euanuere senarius est, modo restitueris *et tu quae dices* aut archetypum tale *salue: et tu: mihi quaequae dices*

132

Precor, si qui estis Manes, ut [Trebel]liae
sit suauiter: et tibi bene sit qui legis.

CIL. VI 12735 descripsit Henzen quae supersunt, dexteriora perierunt Roma translatum Florentiam praecedunt haec *P. Atti P. l. Hermenis sibi et Trebelliae M. l. Hebeneni coniugi suae sanctissimae quae dum aduixit fuit* traducentia per iambos ad senarium
1 *utibiliae* tradidit qui solus seruauit Donius. *ut ibi illae* fecit Henzenus 2 legitimus senarius si *tibique* substitueris

133

Quisque praeteriens titulum scribtum legeris,
tactus pietate hoc praecor ut dicas: Ianuaria, sit tibi terra leuis.

Renier inscr. Alger. 782, CIL. VIII 3727 Lambaese. praescriptum *d. M. s(acrum)*, sequitur *uixit annis LXV: Iulius Messor coniugi et Iuli Rufus et Ianuarius matri piissimae fec(erunt)*
1 restitue *quisquis* 2 senarius sic potuit concludi *dicas mihi uale*, cf. CIL. II 3266. frequentarunt Lambaesitani *tu qui legis dic sit t. t. l.* uel *si cui titulu legerit, dicat pro pietate: Rogat(ina) tera tibi le(uis) siet* (CIL. VIII 4122) et similia
par isti cippus hic est Lambaesitanus CIL. VIII 4120 *d. M. s. quisq. preteriens titul. scriptu legeris, tactus pietate precor ut dicas: Donate, sit tibi terra leuis*

134

C. Gargilius Haemon Proculi Philagri diui Aug. l.
Agrippiani f(ili) paedagogus, idem l(ibertus)
pius et sanctus uixi quam diu potui
sine lite, sine rixa, sine controuersia, sine aere alieno,
amicis fidem bonam praestiti,

peculio pauper, animo diuitissimus.
bene ualeat is qui hoc titulum perlegit meum.

CIL. VI 8012, Henzen 6293 ex columbario Romano. uersus 7 perbonus senarius, 6 paene bonus

7 *hoc titulum*, *hoc tumulum* sim. plebes maxime Graecula dicebat, contra *Romani uernaculi plurima ex neutris masculino genere potius enuntiant ut hunc theatrum et hunc prodigium* (Fortunatianus rhet. IV 4)

135

. . . sei i . xi . . .
. . . se somnis frequentiam . .
. . t]e quicumque hunc legis titulum
. . . mo Arphocratis discedas

CIL. VIII suppl. 13265 ad ectypum Carthagini in lapide nigro ex superiore parte et sinistra truncato

si non fuerunt iambi (*dixit fore, nostris ut ipse somniis frequentiam praestét. te quicumque hunc legis titulum rogo, ut hínc bono animo Harpocratis discedas memor*), tamen carminis flosculi sunt. post *titulum* quod interpunctum est, id inperfectam magis quam expletam orationem arguit

2 cf. Propert. IV 11, 82 4 *ab aeterna domo* proposuit Mommsen

136

Aeternam ad Ditem uíuos effecit domum.

CIL. IX 3409 descr. Brunn et Dressel Capestrani in Vestinis sub eo uersu in lapide effigies est portae quasi ianuae Ditis

senarios ex scalpturae uarietate colligo in medio fuisse cippo Veronensi CIL. V suppl. 634 *aeternam c*[*oepi facere uiuos hanc*] *domum*, *quam* [*destinaui coniux coniugi et*] *mih*[*i*, praecessit coniugum memoria, post uetari uidetur monumentum heredes ne sequatur

137

Feci quod uolui uiuus monimentum mihi,
ubi ossa et cineres aeternum requiescerent.

CIL. V 6811 e codice Palatino in quo legitur post titulos Eporedienses Galliae cisalpinae
1 *mihi* adhaeret in codice uersui 2 extremum

138

In hoc sepulchro sunt ossa . . .
alibi sunt cineres. struxsi . . .

CIL. XII 916 fuit Arelate in lapide fracto praecedit . . . *arbae surulib* relictum ut opinor ex nominibus propriis (.. *lib.*) iambici uidentur senarii fuisse
1 deest *hominis optumi* uel *Oli Septimi* 2 sic Bimardus Murat. 1771, 5: Seguinus inter *cineres* et *struxsi* hiatum designat tantum quantum *hoc* litterae compleant. potest *struxsit hoc uiuos sibi*

139

Monumentum me uiuo aedificaui et in meo.
monumento

CIL. VI 12668, I 1028 descr. Henzen in museo Vaticano praescriptum *P. Atinius P. P. l. Nicepor.* deest aliquid in fine, itaque cum integra sit tabula, lapidem alterum fuisse subiunctum coniecit Marinius mihi interpungere post *meo* et adnectere imprecationem *monumento nequis huic manum intulerit male* magis placet quam coniungere *in meo monumento poni praeter me uolo neminem*

140

Eg]o adhuc adole[s]cens feci [monumentum mihi.

CIL. IX 4370 ex Lupacchinio fuit in agro Amiternino insculptum litteris prauis mutilatum sinistra parte. post *feci* anaglypta fuisse traduntur ad dextram, a sinistra uersiculi duo exeuntes in *m* uterque uel in *a*

141

D(is M(anibus) s(acrum).
hoc in loco suo conditum est corpus meum
Iuniae Victoriae a Iunio Hyacintho marito rari exempli
quae uixi annis XXVI m. III d. XXIII
iugumque coniugalem pudicum piissimo
marito exhibui in diem uitae meae.
uos superi bene facite, diu uiuite et uenite.

Renier inscr. Alg. 3008, CIL. VIII 5030 contulit Wilmanns Thubursici Numidarum in principio est senarius Plautinorum similis, sub finem paene senarii *iugumque coniugale pia piissimo marito exhibui usque in diem mortis meae: tu dúm licet bene facito, diu uiue et ueni*

142

Diu uiuen]do multa uidi incomod(a),
apto requieui f]essus aeuo tempore.

CIL. V 4445 Brixiae praecedunt haec *L. Naeuidius C. f. Fab. VI uir Aug. sibi et Vitali Faustae Cnomini Fidae libertis t(estamento) f(ieri) i(ussit), deinde hoc elogium breue.* quae uerba non praenuntiant tantum sed secum ducunt iambos
1 *incomod* lapis 2 *fessus* iam Mommsenus reposuit

143

Fatalis, anima m[isera, te uis obruit
et multa es perpes[sa, ut nata ex nihilo es, mala.
quo reccidistí, anima, [a malis requiem petens.
nam quid aliud apstuli[sti uitae nisi malum?

CIL. VI 23107 descr. Henzenus et Rossius Romae uia Appia uel Latina rep. fragmentum, litteris elegantissimis. quae elegantia confirmauit mihi carminis opinionem minus certam. nam u. 4 initium ab iambicis numeris abhorret, demendum erat *nam* aut *alid* scribendum, idque

secutus sum in meo supplemento praecedit *Cn. Numis[i* . . . | *Plagulei a* . . . | *primae* . . ., subsequitur *amici et sodales concordes [monumentum fecerunt*

144

Miseri] parentes qui in spem [t]ollunt filias,
si spes] decepit, cum uiderunt mortuas.

CIL. III 3063 Albonae in Liburnia praecedunt haec *di]s Manibus [Vo]lumniae L. f. [P]roculae* carmen Mommsenus redintegrauit scribendo u. 1 *miseros* et 2 *tum spes*

145

Noli dolere, mater, euentum meum.
properauit aetas, hoc dedit Fatum mihi.

archetypos dedi senarios seuera aetatis Augusteae lege factos in Romana monumenta maxime infantium transcriptos non sine corruptela aut defectu CIL. VI 17196, AL. Meyeri 1207 *Ephebus Aucti f. bimus et mensum III dies XIIII uixit: nolite dolere parentes éuentum meum, properauit aetas, hoc dedit Fatum mihi* CIL. VI 6932 *A. Rusticelius Paratus uixit an. XXX: nolite dolere parentes euentum meum, properauit aetas, hoc dedit Fatus mihi* ibid. 8023 *C. Heluius Speratus u. a. IIII mens. VII d. II: nolite dolere éuentum meum, properauit aetas, hoc dedit Fatum mihi* ibid. 5150 *Valeria* . . . . | *uix. a* . . . . | *nolite doler* . . . . | *properaui* . . . . in his quidem titulis plurali inducto corrupti sunt numeri. *noli dolere mater* legitur in monumento C. Laberii (CIL. III 2722), *noli doleri mater* in monumento Claudiae Protes (CIL. V suppl. 1305), *dolere mater noli* in monumento Sabidiae Fuscae (Muratori 2062, 5), *dolere noli frater* in monumento Tullii Aucti (Bormann nou. inscr. lat. p. 14) quae post referentur, *noli dolere amica* in eisdem uersibus supra relatis n. 81, singularis seruatus est etiam CIL. VI 20182 *Lollia* . . . . | *hic sita* [*est*]: | *noli do* . . . . | *euentum* . . . . | *eraui*(*t*) *aeta* . . . . | *Fatus m* . . .

146

Noli do[l]e[re], mamma, faciendum fuit,
properauit aetas, Fatus quod uoluit meus.

CIL. VI 11592, Bormann nou. inscr. lat. (progr. gymn. Berolin. a. 1871) p. 13 fuit Romae, est Senae Gallicae in monumento a Pedania Primigenia facto Ampliatae uernae quadrimae

1 Plautus Poen. 956 *eum fecisse aiunt sibi quod faciundum fuit* i. obiisse mortem. eandem uersus clausulam Terentius Eun. 97 adhibuit

in monumento Sabidiae Fuscae senarius est *dolere mater noli, faciundum hoc fuit.* hinc sine metro titulus Romanus Muratori 1213, 9 *L. Senti L. l. Cocceti* (an *Cocceii?*) *u. a. I m. VI: nolite dolere parentes, hoc faciundum fuit*

147

Dolere noli matrem, faciundum fuit.

CIL. VI 19989, Gori inscr. Etr. I 358, 79 Romae olim, nunc Florentiae in C. Iuli C. l. Fausti et Caeserniae Tertullae coniugum ut uidetur monumento subscriptum nomini mulieris *mater* corrigebat Burmannus AL. IV 271, in ipso isto titulo non recte

148

Noli dolere, mater, factuí meó,
hoc tempus uoluit, hoc fuit fatus meus.

CIL. X 5153 ex Garruccio et Paniccia Atinae. praescriptum *L. Seppi L. l. Principis, uixit annos XXII*

1 sic Gar. *mater pace uiue* Pan. barbare dolendi uerbum cum datiuo construitur cf. Renier inscr. Alg. 4162 *rarissimae feminae pater dol(ens) casui pos(uit)* uel Rossi inscr. christ. I 140, 315 (anno 381) *quis non doluit etati tuae piasq. lacrimas fudit?* et iambico pede quinto claudum subsidit carmen. *factus* quid ualeat perspicitur ex superioribus *euentum meum* et *faciundum fuit*, hinc uero explicari uidetur indignantis mulionis exclamatio Henzen 7306 *iste mulus me ad factum dabit*

149

. . me]moria . .
. . nium m . .

. mimri quadrieni . .
. dulcissimus maian . .
. o adscindens amimai . .
. mssum noli plorare m[ater,
faci]endum fuit. proper[auit aetas,
Fat]us hoc uoluit m[eus .
. . oiii supe . . .
. . ae tenerae . . .
. . graue sis su . .

Revue épigr. du midi de la France 1893 p. 237 n. 963 ad ectypum Nemausi litteris minutis constrictis difficilibus lectu incertisque. hic posui propter senarios quos agnoui a u. 6 ad 8, quamquam addita uidentur alia quoque carmina iambica (5 *in quinto adscendens animam deposui meam*) et dactylica ut in aliis titulis

2 *monimentum meum?* 3 fortasse *pueri* 4 *matri?* 7 aut *moriendum*: fertur ...*mindum* 8 ...*ius* in principio, in fine *n* editum est 11 *graui* legit Estève, fuit *leuiter super ossa residas, ne tenerae aetati tu grauis esse uelis*

150

Aetas properauit. faciendum fuit. noli plangere mater.
mater rogat quam primum ducatis se ad uos.

CIL. V 5279 Comi subscriptum monumento L. Caecilii Cilonis et filiorum eius et contubernalis

1 tria hoc uersu conuoluta sunt hemistichia *aetas properauit, mater, faciendum fuit* et *noli mater plangere* paria superioribus aut simillima 2 haec quoque ex carmine defluxisse ut suspicarer adductus sum consensu titulorum Cartennitani et Narbonensis qui secuntur

151

Mi fili, mater rogat ut me ad te recipias.

Renier inscr. Alg. 3864, CIL. VIII 9691 Cartennae Maurorum. nihil aliud lapidi inscriptum, nisi quod ultumum uerbum excipiunt *p. q.* notae siue nominis proprii siue ad-

ditamenti talis *bene quiescas.* senarium esse dixeram musei rhen. 27 p. 132 gemellumque titulum Narbonensem CIL. XII 4938 *Lagge fili, bene quiescas: mater tua rogat te ut me ad te recipias, uale* in quo iamborum continuitatem *tua* rumpit adiectum inutiliter

152

Mater monumentum fecit maerens filio,
ex quo nihil unquam doluit nise cum is non fuit.

CIL. V 4113, Or. 4609 Cremonae in basi. iambi antiqui incompti, prior uersus adnominatione ornatus

153

Monumentum maerens mater fecit feiliae,
quae nunquam laesit matre[m

CIL. IX 5629, non extat in agro Septempedano Piceni praescripta perierunt excepto uno uerbo *uixit* 2 lapis non uidetur plus litterarum habuisse. ad senarium deest comma tale *dum in uiuis fuit*

154

Dolens et maerens filieis fecit sueis.

Gruter 674, 11 Pisauri praescriptum *Calpurnia C. f. Maxima mater.* operam deditam carmini in fine conlocatum *sueis* probat *merens* Gruter

155

quae sibi dolorem iripuit et matri dedit
nimium properans ad fratrem Philostercum suom.

CIL. VI 22804 descr. Herzog in museo Kircheriano praecedit *Myrtale uixit annos IX*
1 ita marmor pro *eripuit* 2 potest emendari sic *heu nimium properans fatis ad fratrem suom.* nomen est *Philostergum* Philostorgum

156

Romae inscriptio CIL. VI 16739 *dis Manibus.* | *mater et pater* | *Daphino filio* | *bimulo donum* | *dedit* insolitam sepulcris formulam habet iambicamque clausulam *hoc mater nato bimulo donum d.*

157

Pio parenti statuit aram filius
meritumq. honorem sero quamuis reddidit.

CIL. VIII suppl. 15361 descr. Cagnat prope Thubursicum Numidiae praescriptum *d. M.* [*s.*] *M. Allius M. fil. Arn*(*ensi*) *Viator Optatianus p*(*ius*) *u*(*ixit*) *a. LXX. h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). trimetri graecanici, *sero* enim tum trochaicum factum erat

158

D(is) M(anibus) s(acrum). | Liuiae | Honoratae
fideli | simplici religiosae pi|ae,
qualis nec fuit | nec esse potest, mon(imentum) |
statuit maritus dono me|moris gratia.
u(ixit) a. LVII m . . .

CIL. VIII suppl. 14379 descr. Cagnat non longe ab Vccula Africae in cippo sertorum uasculorumque imaginibus ornato senarium faciunt extrema *statuit* eqs. neque haec inconsulto opinor, nam carminis gratia *memoris* scriptum est pro *memoriae*, μνείας χάριν. *monimentum* his si adiungitur, septenarius existit

finitur iambis etiam CIL. V suppl. 734 *post annu mortis fa*[*c. curau*]*it et statuit pro grati anim*(*i*) *memo*(*ria*)

159

memores pietatis filii parentibus.

CIL. IX 1446 ad Equom Tuticum litteris elegantibus praecedit *h*(*oc*) *m*(*onumentum*) *s*(*iue*) *s*(*epulcrum*) *e*(*st*) *f*(*ac.*) *c*(*urarunt*) *P. Salluuius P. f. Rufus et M. Salluuius P. f. Cogitatus P. Salluuio P. f. Rufo patri et Salluuiai P. l. Italiai matri,* subsequitur exilioribus litteris scriptus iste uersiculus

160

sola in terris omnibus
uno eodemq. in die uitam adepta functaquest.

CIL. VIII suppl. 16674 descr. Farges in uicinia Theuestina. praecedit *d. M. s . . . a . . . . . Paulina u. a. XXIIII h(ic) s(ita) e(st)* et post duos semissemque qui euanuere uersus *karissimae fec(it)*. elogium iambis instructum ad Paulinam si pertinet, stato mensis die significat partam et ereptam, nimias autem ineptias fugiemus plenumque uersum reciperabimus emendatione hac *karissima et eo sola,* ut ab *uno* nouum oratio exordium sumat

161

Táli in coniugio haec uni officium praestitit,
ex qua uir doluit nuncquam nise mortem.

CIL. V 154, Or. 4627 Polae. praescripta nomina coniugum *L. Cornelius Cn. f. Laecania Sp. [f.] Maxsima,* cognomen uiro nullum more antiquo. haec cum *tali* excipiat sine ratione aut mimice, arcessitum carmen aliunde putes

2 *mortem* abscissis numeris pro *cum mortuast*

162

de qua nihil unquam dolui nisi cum mortua est.

addidi superiori carmini ut parata esset emendatio ex Fabrettio 872, 9 *Terentia Secunda sibi et Terentia Chloe, uixit annis IX de qua* eqs.

sententiam hanc uarie mutatam modo parentes liberis modo coniux coniugi aut frater sorori in monumentis inscripsere, CIL. VI 8827 *de quo n[il] uncquam doluit nisi quo[d] mortuus est*, 20153 *de quo nihil dolui nisi quod mortus est*, 9438 *ex qua nihil unquam dolui nisi cum decessit*, 20450 *de qua nihil doluit nisi mortem*, 23176 *de qua nihil aliud dolitus est nisi mortem*, 24243 *de qua nullum dolorem nisi acerbissimae mortis eius acceperat*, 22848 *de qua n. dol. a(ccepi) n. mor.*, 8628 *cuius dolore nihil habui nisi mortis*, Boissieu Lugdun. p. 483 *de qua nemo suorum umquam doluit nisi mortem*, CIL. VI 19100 *de quo questa sum*

nihil nisi unam mortem, 20679 *de qua nihil conqueri potuit nisi quot celeri fato intercepta sit*, 20634 et item II 2994 *nihil unquam peccauit nisi quod* (in II *quot*) *mortua est*, al.

163

Mors mea quoi doluit, posuit hunc titulum mihi.

CIL. V 4170, Or. 4798 Brixiae. praescriptum *Clodiae Laetae.* euidenter metri modo coacta uerba. indidem titulus item Transpadanus emanauit Or. 4799 *C. Sentidi Saturnini*: *sepulcrum mihi hoc posuit, mors mea quoi doluit* transformatus in speciem pentametri de intransitiuo uerbi usu cf. CIL. VI 9141 *de qua doluit nihil nisi mors eius*, Phaedrum III 10, 16

164

Quod par parenti fuerat facere filium,
mors immatura fecit ut faceret pater.

CIL. IX 5407, Burmannus AL. uol. II p. 194 Firmi Piceni praescriptum *d. M. Sp. Saufeius Sp. f. uixit ann. VI mensem I dies quinq.*

165

Quod par parenti fuit facere filiam,
mors inmatura fecit ut faceret infelix parens.

CIL. IX 3845 Antini praescriptum *d. M. Variae Montanae*, insequitur *uixit ann. XXII. Varia* [*An*]*odyne et Montanus populi Antinatium Ma*[*r*]*sor. ser*(*uus*) *arcarius fi*[*liae p*]*ientissimae*

1 corrige *fuerat*, 2 tolle *infelix*

166

Quod par parenti facere fuerat filiam,
mors immatura fecit ut faceret mater filiae.

CIL. IX 5038, Burmannus l. s. Hadriae praescriptum *Terminiae Q. f. Sabinae Brittia Sabina mater p*(*o-*

suit), uix. a. XXVI, sequitur *in f(ronte) p. XV in a(grum) p. XV.* prior uersiculus in hoc titulo mundissimus
2 corrige *faceret parens*

167

Quot par parenti fue[r]at faceret filius,
mors inmatura fec[it] mater faceret filio.

CIL. IX 3321 descr. Dressel Superaequi litteris antiquis praescriptum *L. Aufidio L. f. Plauto*
2 corrige ex superioribus

168

Quod facere fuerat gnatum par parentibus,
genitores eius acerba mors facere impulit.

CIL. X 5798 ad ectypum Verulis Hernicorum praescriptum *Q. Blaesio Q. f. Cor. Rufo Q. Blaesius Q. l. Grupus pater, Vettia M. l. Saluia mater filio* carmen ceteris eiusdem argumenti plerisque antiquius esse ex *gnatum* scriptura et *eius* monosyllabo efficitur

169

Quod decuit facere filiam parentibus,
maesti parentes suae fecerunt filiae.

CIL. IX 1064 contulit Dressel in agro Compsino litteris antiquioribus praecedunt nomina N. Seppii Secun. et Critiae Pollae et Seppiae Posillae
1 *filiai.* lapis dirempta *m*
idem uerbum in titulis Aecano CIL. IX 955 *quod decuit filiam facere, fecere parent(es) infelices* uel Dyrrhacheno fracto CIL. III 625 *quod decuit . . . | matri | id misere m . . . | infe . .* (*mater infelix* opinor) dactylicisque. Cicero in Catone 84 *cuius a me corpus est crematum, quod contra decuit ab illo meum*

170

Quot par parenti dequs facer(et) filius,
mors imatura ademit ut faceret mate[r] filio.

Notizie d. scavi 1888 p. 755 ad ectypum, eph. epigr. VIII 126 Teate Marrucinorum. praecedit *Alexander Maraidi Sex. s(erui)*, sequitur effigies iuuenis cum carmine, his subiectum *Alexandro* uariatur sententia tritissima impendio metri ac sermonis. placet quidem *decus-ademit*, ineptum autem sic erat *par*

171

Quod fas parenti decuit facere f[ilium,
mors inm[atu]ra fecit ut [faceret] pater.

CIL. V 117 Polae praescriptum *d. M.*, subscriptum *Sexto A[p.] an(norum) VI Sex. Apul. Probus pater u(iuos) f(ecit)*

1 debuit *fuerat facere*, mixtae locutiones ut in 170. recte in Histrico titulo CIL. V 312 *quod fas erat filium facere parentibus, morte inmatura Q. Serg. et Sex. R. filio fecere parentes infelicissimi* 2 integer repetitur etiam in Ricinensi titulo CIL. IX 5771 *quod filia patri facere debuer(at), mors inmatur. fec. ut faceret pat. b(ene) m(erenti)* et in Amiternino ibid. 4391 ... *parent]ibus face[re] ... mor[s] inm[atura fecit u]t facer[et parens]: s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*. ibid. 5328 nihil restat nisi *ut faceret p* ..., 6306 transpositis a librario uersiculis sic fertur *matri n | fecit ut fac | uit facere | mors efifc | pat*

172

Diís Manibus Successi fil(i).
Caesia Gemella mater piíssimo filio de suo.
uix(it) ann. IX m. IIII dieb. XV.
fatis peractis mater eode est condita
5 quae post obitum filí uix. ann. III m. XI d. VIII.
quod fas parenti facere debuit filius,
mors immatura fecit ut faceret parens.
pater Successus supremum utrisque praestitit officium.

Gruter 707, 8 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 255, Meyeri 1357 Ameria Romam translatus titulus insertos senarios habet 4 6 7

4 *eode(m)* bisyllabum 6 ss. haec sinistra parte inscripta *fas parenti* Marini iscr. Albani p. 191 de uisu ut uidetur cum Mazochio et Pighio: *eas parens* Gruter debuit *facere fuerat filium* (Schrader epist. crit. p. 72)
8 potuit senarius fieri *pater supremum utriq. officium praestitit,* praelata est propria pentametri clausula quae etiam alias reperitur (Or. 4611 *Epaphras postremum praestitit officium*)

173

Quod parenti facere debuit filia,
id immature filiae fecit pater.

CIL. II 2274 Cordubae praescripta *Egnatia Florentina h(ic) s(ita) e(st): s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*
1 senariis aptus ordo *quod debuit parenti facere filia*

174

Cot debuit facere filius,
scelesta gens fecit ut hoc faceret pater.

CIL. VI 19914 in monumento C. Iul. Crescentiani *quii uixiet anni. XV*
2 non *gens* sed *c.ens* ex marmore enotatum est, utrum scelerati homines an mala genesis scriptori obuersata sit parum liquet. uersus postulabat *gens hoc fecit ut faceret p.*

175

CIL. VI 16059 Romae in monumento Communis bimi et Zosimi anniculi pueri facto ab Stepericho et Tyche parentibus
quod facere nati parentibus debuerunt suis,
mors immatura fecit ut filis facerent parentes.
subsultant fere iambi, iustum carmen efficitur u. 1 *matri d. suae,* 2 *ut faceret parens* si restituimus
ibidem 7479 (Henzen 7379) in monumento pueri bimi defuncti anno Chr. 16
quod debuit filius parentibus officium praestare,
hunc non merito sed fato mors inmaturum apstulit suis carissimum
iambi quasi exuberant, senarius alter potuit esse talis *hunc fato immerito mors inmaturum apstulit*

176

Oppia Calsiane mater feci filiae meae,
quod aequom fuerat filia hoc faceret mih[i.

CIL. X 5745 ex Manutio in agro Sorano. praecedit *d. M. s.*, sequitur filiae nomen *Vitelliae L. f. Talliae q(uae) u(ixit) a. XXI* et mariti eius. *Caesiane* coni. Mommsen. exemplo fuisse putes *quod aequom fuerat filia ut faceret mihi, hoc inmature mater feci filiae*

177

formulae modo relatae uersus 2 potuit permutari hoc
mors intercessit, filio fecit pater.
nam CIL. X 3142 Puteolis Vmbriciae Iustae annorum XV *parentes filiae incomparab(ili): quod fi(li)a parentibus facere debuit, mors intercessit, filiae fecerunt parentes* et Gori inscr. Etr. I 149, 61 Florentiae *M. Vipsanius Sp. f. Latinus uixit anno I: filius facere quod debuerat patri, mors iniqua intercessit, filio fecit pater*

178

frequentantur in monumentis Italicis sententiae tales CIL. XI 4027 *fecerunt parentes huius quot ipse debuerat facere parentibus*, VI 8054 *quod tu mi debebas facere, ego tibi facio mater pia*, 16709 *quod a te mihi fieri, Cyrille, iniqua fortuna inuidit, hoc ego tibi feci mater infelicissima*

Treueris arae sepulcrali inscriptum est, Hettner monum. lap. Treu. 84, 168
quo[d tu neg]asti m(i)hi, Acceptio Artino filio
mater pientissima solicitae feci. uale
ubi 1 potest etiam *parasti* (quamquam distat aliquantum titulus Gruter 669, 4 *cui uota erant ut parentibus ista pararet, set mors immatura fecit ut facerent parentes filio contra ordinem*), 2 *sollicite* scribi debuit. ad similitudinem ueterum iamborum torta esse uerba elucet

rara talia CIL. VI 18282 *quod neptis auiae facere debuit, auia fecit nepti suae*, IX 384 Ias Ianuariae sorori *aego mi aps te speraba(m), nunc tibi feci*, in actis inst. arch. 1862 p. 82 *dignissimo coiux Dafine fecit, ego tibi quod tu mi facere dibuisti, mi qui faciat nescio*

179

Bene adquiescas, Hilara, si quid sapiunt inferi.
tu nostri memento, nos numquam oblíuiscemur tuí.

CIL. VI 6250 contulit Henzen Romae in Statiliorum sepulcreto praecedit *Statíliae T. l. Hilarae Amarantus colorát(or) Philologus atriesis coniugi posuer(e).*
1 tolle *Hilara* nomen et fit senarius. sic *hoc ego feci bene, si quid sapiunt inferi* interpositus solutae orationi quasi senarius (Gori inscr. Etr. I 157, 85) 2 senarius talis *tu mei memento, ego numquam obliuiscar tui* iam excreuit in septenarium

180

Albia Ɔ. l. Hargula uíxit ann. LVI
casta, fide magna, sei quicquam sapiunt inferi,
ut ossa eius quae híc sita sunt bene quiescant.

CIL. VI 11357 descr. Henzen in museo Lateranensi. luxata membra, praecurrunt dactyli iambos. propiora ab archetypo haec *bene adquiescas frater Aucte Tulli, sei quicquam sapiunt inferi* praemissa disticho senariisque (Bormann nou. inscr. lat. p. 14)

181

Alei in uenerieis [rebus uitam conterunt,
mihei contra ri[te partam Venerem mors rapit.

CIL. I 1277 X 5019 descr. Mommsen, PLME tab. LXIX J Venafri litteris antiquissimis senariorum principia agnouit Ritschelius p. 106, ego olim feceram .. *rebus rem perdunt suam, mihei c. rem bene auctam fortuna inuidet.* sed *ri* in u. 2 lapis habet. qualis potuerit esse sententia docui exemplo, exornatam dat Leo *furtis capiunt gaudia* et *mors tulit. alei in u. Chloe, mihi contra rixosa est* Garruccius, quem uersum Saturnium dicit

182

Homo tantum] in uita possidet quantum utitur.

CIL. V 3865 Veronae in fragmento

183

Vsurae uitae sortem morti reddidit.

Ephem. epigr. VIII 334 uidit Iannelli Nolae totus titulus hic est: *L. Mettius L. f. Maximus domo Atria mil. cohor. VIIII pr(aetoriae) hic situs est, uixit annos XXVIII, militauit ann. XI, usurae — reddidit: in fronte ped. XII in agrum ped. XVI*

1 *usurae* genetiuus uidetur adpositus ad *sortem* tamquam usurariam. an *usurae uitae* (fuerunt), *sortem*? datiuum interpretatur Leo comparatque talem *arraboni dedit.* Hense adscripsit Ciceronis tusc. I 93 *ea* natura *dedit usuram uitae* eqs.

184

Ho]mines ego moneo niquei diffidat [sibi.

CIL. IX 3128, Mommsen IN. 5468 Sulmone litteris uetustis infra imagines pastoris et plostrarii scriptum epigramma ut uidetur absolutum et perfectum *ho* et *sibi* supplementa in ipso lapide extant recentia. hoc Mommseno displicebat, tamen nec *suis* aptius nec *deo* probabilius: nolite desperare, imagines enim ostendent me satis bene peruenisse uiuom. in extremo prologo Rudentis *ualete ut hostes uestri diffidant sibi*

185

Fortuna spondet multa multis, praestat nemini.
uiue in dies et horas, nam proprium est nihil.

CIL. I 1010 Romae. praecedit *Primae Pompeiae ossua heic,* sequitur *Saluius et Eros dant*

1 hypermeter, *Fors* Mommsenus pro *Fortuna* (Vergilius *spondet fortuna salutem*), Ritschelius tolli iussit *multa* 2 *nil proprium ducas quod demutari potest* Syri sententia

186

D(is) M(anibus) s(acrum). Maximus et Lascius duo fratres conuenientes in uno hunc titulum nobis posuimus uiuis, ut possemus at superos securius uitam bonam ger(e)re, qua fini fata uolebant. qui qua uita uixi-

mus una, numquam inter nos fecimus uerbum amarum.
uoluptates secuti simus omnes, uitae nostre a nobis
numquam quitquam negatum est. i[t]a tu qui legis,
bona uita niue sodalis, quare post obitum [n]ec risus
nec lusus [n]ec ulla uoluptas erit. haue, Maximae.
menten habae quod legeris, quare uita morti propior fit cottidiae. uale.

CIL. IX 3473 descr. Mommsen et Dressel Peltuini repertum, nunc in museo Aquilano. adposui propter clausulam, inmixta etiam dactylica

1 i. Lasciuus 6 *simus* pro *sumus* Messalla Brutus Agrippa (GLK. VI p. 9, 5) 8 *quare?* Mommsenus in figura anthypophorae, item u. 10. mihi usurpatum uidetur pro *quia* unde Romanenses *quar car* 10 memento, cf. animum aduertere Phaedrus fab. III 20, 10 *nam uita morti propior est cottidie* ubi non dubito quin restituendum sit *fit*. idem igitur IV 1, 18 merito gloriatur sibi partam laudem esse *quod tu* Particulo, *quod similes tui uestras in chartas uerba transfertis mea dignumque longa iudicatis memoria*

187

Dum uixi, uixi quomodo condecet ingenuom.
quod comedi et ebibi, tantum meu est.

CIL. IX 2114 recognouit Dressel, Henzen 7407 in pago Beneuentano. praescriptum *P. Clodius P. f. Ste(llatina) Pius leg. XX[X*, quae legio cum non possit esse Vlpia uictrix, inter ueteranos iste ab Augusto deductos numerandus est. ex senariis ortum elogium, de Sardanapali hac sapientia tam sepulcris quam aedium parietibus inscripta (ἔσθιε πῖνε τρύφα, *es bibe lude ueni*) uide quae collegit Cardinali iscr. Velit. p. 124 *quod edi bibi, mecum habeo, quod reliqui, perdidi* ac similia

1 debuit *quomodo ingenuom decet* 2 deest senario *nam quod c.*

188

Eo] cupidius perpoto in monumento meo,
quod dormiendum et permanendum heic est mihi.

CIL. XII 5102 ex schedis, Or. 4808 fuit Narbone. praescriptum nomen uiri *L. Runnius Pa.* | *Cn. f. Pollio*
1 *eo* uel *hoc* suppleuit Ritschelius. lacunam unus indicauit Muratori 1738, 12

189

Si quit bis facere, te bibo fac dulci[ter.

CIL. XIV 1874 descr. Visconti Ostiae in sarcophagi operculo in quo medio togatus est, adstant puer et mulier
gratius erat *uiuo te*

190

Adeste amici, fruamur tempus bonum,
epulemur laeti, uita dum parua manet,
Baccho madentes, hilaris sit concordia.
eadem fecerunt hi cuncti cum uiuerent,
dederunt acceperunt, dum essent, fruniti sunt.
et nos antiquorum emitemur tempora.
uiue dum uiuis, nec quidquam denegaueris
animo indulgere, quem commodauit deus.

Garrucci in actis inst. arch. rom. 1861 p. 37 ex schedis quas possidere se narrat Zarattini Castellini Romae in tabula marmorea effossa ante portas. sensus a uolgo gentili non alieni, sed iambi insciti et summa uersus 6 recentiorum nugis quam antiquitati conuenientior, itaque diffidebam schedarum auctori
8 *anime* Garr., correxi

191

D. M.
T. Vettius T. f. Pol(lia) Nepos milit . . .
II uir q(uin)q(uennalis) flam(en) Dial. sibi et . .
lib. . . . . [coniugi
sanctissimae, cum qua per mul[tos annos
bene uixit. tu [memento:

sumus mortales, immortales non sumus . .
praesumptio nostra haec est uas . . .
uicturos credimus . . .
sic ergo tu mortal. securam iam nunc . .
casus nostri haec facere relin . .
mortem uiuere semper so . . .
agentes sani ad superos ho . .
quia uiuere n . . .

Muratori 168, 1 inde CIL. XI 856 ubi accessit pars eorum quae adnotaram mus. rhen. 27 p. 137 Mutinae mutilatum a dextra titulum totum proposui, nam cum senarius manifesto uersus 7 sit, tum proxumi saltem imitantur iambos *uotis*] *praesumptio nostra haec est uas* [*tamen, sempér*] *uicturos credimus* [*bene conditos.* sed Muratorii exemplum quod unum superest non satis fidei habet ad redintegrandos illos et siqui plures erant carminis uersus 10 ad sententiam *mortalis, cura iam nunc* [*memor*] *casus nostri haec facere, relin*[*quere tuis, post*] *mortem uiuere semper: so*[*li hoc*] *agentes sani ad superos ho*[*mines*], *quia uiuere n*[*on est sine hoc*

192

ut perferantur, si qua sunt, ad inferos.
date terrae fructum, ut terra possit reddere.
ab alio speres, altero quod feceris.

Gruter 928, 9 Romae. sine capite carmen, tamquam luxata membra

1 lacuna non indicatur. *si qua sunt* quorsum tendat ostendunt ea quae adposui n. 132 et 179 uel Henzen 7382 *impetra si quae sunt Manes ne tam scelestum discidium experiscar diutius* 2 Euripides fr. 757 interprete Cicerone tusc. III 59 *reddendast terrae terra, tum uita omnibus metenda ut fruges* 3 comicus inc. 82 et Syrus 2 *ab alio expectes, alteri quod feceris* ubi uide quae Ribbeckius adscripsit. in sepulcris haec incisa ad tutelam eorum spectant (ut Or. 4786 *quod si nocueris, noceberis ab alio,* 4802 *quod feceris, et tibi alius faciet,* supra adnotata in 95). CIL. X 4972 *alio nemini*

193

Custos sepulcri pene destricto deus
Priapus ego sum. mortis et uitai locus.

CIL. VI 3708 et 5173, Henzen Or. 5756 a Romae in columbario circa Tiberii aut Claudii Caesaris tempora scripti iambi graecanici, custodit Priapus coniunctum cum hortis uineisue sepulcrum, CIL. V 3634, Iahn spec. epigraph. p. 65

194

Ita candidatus quod petit fiat tuus
et ita perennes, scriptor, opus hoc praeteri.
hoc si impetro a te, felix uiuas, bene uale.

Henzen Or. 6975 prope Narniam ad pontem. cf. Henzen 6977 *inscriptor, rogo te ut transeas hoc monumentum... quoius candidati nomen in hoc monumento inscriptum fuerit, repulsam ferat neque honorem ullum gerat.* horum scriptorum operam et assiduitatem muri Pompeiani optume inlustrant

3 *at felix* Henzen, correxi in Fleckeiseni annali philol. 1858 p. 78

195

Ita candidátus fiat honóratus tuus
et ita gratum édat múnus tuus múnerarius
et tu (sis) felix, scríptor, sí híc non scrípseri[s.

CIL. XI 575, Henzen 6976 Foro Popilii. iambi interpolati

1 debuit *fiat aedilis* aut quod est in superiore carmine, iam praue inlatus est anapaestus 2 tolle *tuus*
3 *sis* in confinio linearum omissum a quadratario addidi in ann. phil. 1858 p. 78

196

Ita ualeas, scriptor, hoc monimentum praeteri.

CIL. V 1490, Orelli 4751 in agro Aquileiensi

197

Ita leuis incumbat terra defuncto tibi
uel assint quieti cineribus Manes tuis,
rogo ne sepulcri umbras uiolare audeas.

Fabretti inscr. ant. 283, 181 prope Romam
1 *denuncio* editum est, *defuncto* correxi 2 *quieti* disyllabum cf. ad 90, 3 3 hiatus in caesura, potuit *uiolare umbras*
CIL. VIII 1070 *ita tibi contingat quod uis, ut hoc sacrum non uioles* quasi incisi pariter senarii, cum integri fiant adiuncto uelut *uiuo et mortuo, quisquis praeteris*

198

Rogo per deos Stygios, oss(a) nostr(a), quisquis es
homo, non uioles, non tras(ieris) h(unc) l(ocum).

Gruter 601, 10 a Smetio, Orelli 2998 Romae. non uidentur casu facti uersus, cum praesertim di ornatius uocentur Stygii. in aliis titulis obtestatio praetereuntium fit per deos superos inferosque ut IRN. 6893
2 *non* pro *ne* plebeium (Petron. sat. 74 *suadeo non patiaris*) *tras. h. l.* lapis, prima nota fortasse *traseas* significat. sed *trasieris* uersus requirit, olim posui *trasilias*. si recte expleui, ut legat titulum uiator rogatur, cf. ad 128

199

Illi deos iratos, quos om(n)is colunt,
si quis de (e)o sepulcro (quid) uiola(ue)rit.

CIL. V 3034 contulit Mommsen Patauii sub titulo Sempronii Primi et uxoris Clodiae Secundae et Sempronii Tertii fratris adscriptum manu alia. cuius imprecationis similes extant multae (uelut Iahn spec. epigr. 28, 30 *qui uiolauerit siue immutauerit, deos sentiat iratos*)
1 similiter omisso uerbo *iratam mihi* Martialis IV 43, 5 *omis* lapis 2 *deo sepulcro* | *uiolarit* lapis, *de eo* Puteanus apud Gruterum 826, 7, *quid* et *uiolauerit* metri causa ego substitui

200

ollam seueri flaminis ne tangito

probum hunc senarium antiquae quidem ollae inscriptum esse sed recenti studio sacerdotis cuiusdam Gallici narrat Boissieu inscr. Lugdun. p. 99. cuius sententia siquam recipit controuersiam, antiquitati conuenit *Seueri*

201

senarios quidem faciunt cautiones sepulcrales CIL. VI 4410
huic monumento ustrinum aplicari non licet
et Gori inscr. Etr. I 427, 297
ad h(*oc*) *m*(*onumentum*) *u*(*strinum*) *f*(*ieri*) *n*(*on*) *l*(*icet*)
uerum a poetice uidentur alienae. et alias intertexta iambis legitur oratio ut Viniciae Donatae Gruter 1001, 5 *maceriam clusit circum monimentum suom*

202

. . . . ium a parentibus
. . . o adque arbusculis
. . . as perpetuet domum.

CIL. XII 578 ex Ruardo qui bonas fuisse litteras lapidis tradidit Aquis Sextiis. 'uide ne recens sit' Hirschfeld. sed iambici numeri quos nemo agnouit, ne Rouard quidem cum u. 3 *felicitas* proposuerit, in contrariam partem ualent accepit filius aut filia monumentum eximium *a parentibus* ornatum hortulo *atque arbusculis, secura quam posteritas perpetuet domum.* Hense suadet *pietas*

203

Qualem paupertas potuit, memoriam dedi.

CIL. XII 1036 descr. Hirschfeld prope Auennionem litteris magnis saeculi tertii. praecedit *Cupitiae Florentinae coniugi piae et castae Ianuarius Primitius maritus.* sic CIL. V 4018 additur titulo *pro meritis parum, pro facultáte satis* et ibid. 4020 *si maior auctoritas patrimoni mei fuisset, ampliori titul*[*o t*]*e prosecutus fuissem, piissime pater*

204

Si pro uirtute et animo fortunam habuissem,

magnificum monimentum hic aedificassem tibi.
nunc quoniam omnes mortui idem sapimus, satis est.

CIL. VI 15225 ex schedis, Gori inscr. Etr. I 210, 51 Romae, tum Florentiae, iam non extat praescriptum *Ti. Claudius Ɔ. l. Primus Tonniae Ɔ. l. Primae coniugi iucundissimae* alter uersus bonus est senarius, talis 1 fit sic *animo haberem ditias*, 3 *nunc quoniam idem omnes mortui sapimus sat est*
3 *item capimus sat* Cittadinius exhibet

205

Locus capillo ribus, expectat caput suum.

CIL. X 511 plumbea lammina reperta in sepulcro agri Salernitani inscripta litteris aeui Antoninorum. adscripsi deuotionem ut carminis simillimam, nam *suum* si dempseris, uersus existet trimeter. hominis capillum riuo mandatum mersumque sequatur oportet caput

206

. . . . canes esse ante me
. . . . ín caníbus habeo deditu.

CIL. IX 1020 descripsit Dressel in agro Compsino 'in sepulcro reperto ossibus pleno tegulisque supra clauso ad S. Viti qui creditur homines defendere a canibus rabidis, in lapide longo m. 1, 42 litteris antiquis et bonis'. fortasse uenatoris effigies fuit et epigramma, sententia talis *siquis stupebit hic canes esse ante me, ego nunc quoque animum in canibus habeo deditum.* structura haec *deditus in aliquo* Lucretiana et Catulliana

207

Sabinus praetor magna res formis periít.

Gatti in actis acad. Lynceorum 1890 p. 195 extra Romam ad septimum miliarium uia Tiburtina in marmore praefixo arcae corporis. tota inscriptio cui quasi adclamatio hic uersiculus additur ultimus haec est: *dis genitoribus: L. Plotio C. f. Pol. Sabino praetori, sodali Titiali,*

aedili cur. seuiro eq(uitum) R. quaestori urb. trib(uno) laticl(auio) leg(ionis) I Miner(uiae) p(iae) f(idelis) X uir(o) stl(itibus) iudic(andis), habenti quoq. salutation(em) secundam imp. Antonini Aug. Pii: Sabinus eqs. senarius nescio an arreptus ac demutatus sit ex carmine antiquiore uel ephymnio (ἔρρει τὰ κᾶλα, Μίνδαρος ἀπεσσύα in Laconis epistula, ὤλετο Δώριος Ὀρφεύς in Bionis epitaphio)

1 hic praetor plurimum ualuit aut profuit *formis* id est ut puto iuris legumue per formulas constitutioni ac regulis, quamquam potest uocabulum etiam latius patere ad disciplinam uelut admissionum Caesaris et mores aequos ciuium. Pius *uiros aequissimos ad administrandam rem p. quaerens* (Eutropius VIII 8) fortasse ideo eum adlegerat inter amicos secundos. ergo *magna res* (μέγα τι χρῆμα, prouerbii loco id Martialis aliique dixere) formis periit. *Formiis* eum obiisse Gattius putauit *periít* iambus. eas syllabas inde ab Seneca solitas esse contrahi constat

208

Oculos reposuit statuís qua ad uíxit bene.

CIL. VI 9403, Orelli 4224 nunc Florentiae. praescriptum *M. Rapilius Serapio hic ab ara marmor(ea)* ut Romana tituli origo pateat (CIL. VI 10020) puncto diuisa *qua ad*, orta ex *quad quoad* ut *anima aduertere*

209

poetica quaedam rudimenta Gauii Idonii titulus ostendit Corfiniensis CIL. IX 3193 *qui caliculis lana pelliculis uitam tolerauit suam: tu qui legis uale et cum uoles* [*ue*]*nito*. in mente scriptori tale erat carmen

hic quaestu honesto uitam tolerauit suam,
tu qui legis uale et uenito cum uoles

210

P. Clodi Pulchri | l(iberti)
Felicis | semper qui fuit | dulcis sueis. |
u(iua) Clodia Pulc. l. Athenais.

CIL. VI 15735, I 1043 descr. Mommsen Romae, tum

Senae Gallicae. patronus potest ipse ille fuisse quem Milo occidit

2 numeri quaesiti propter posituram uerborum, etsi titulorum mos non sinat distrahi *P. Clodi Felicis*

211

uerba in modum senarii pergentia aut cadentia aliquotiens deprehenduntur in titulis, ut confirmetur Ciceronis orat. 184 de senariorum comicorum solutaeque orationis similitudine iudicium. CIL. X 6493 *Heliades in quo nunquam indormiuit timor.* Henzen 7233 *M(arcus) Cocceius Hilarus offic(i)is suis hic in horreis Neruae* (uersificator daturus erat *hic optumam fidem et*) *amorem habuit maxumum.* CIL. VI 10103 in unum ne comprehendantur *hic situs est* | *quoius pietas laesit neminem,* lacuna uetat post *est* designata et post *neminem.* IRN. 6784 *hic sita est Propitiae pupa et famula Bacchi cymbalis* Mommsenus *cymbalis(tria)* interpretatur, adcommodatius id quidem sermonis latini ingenio. Orelli 4651 *quae dum nimia pia fuit, facta est inpia,* nilo deterius erat *dum pietate nimia est.* CIL. X 4486 *innocens Onensimus, iam etenim paruulus ipse humanus omnibus erat, qui cum ingentib. luxuriis laetaret, repente raptus est mihi.* pluraque cumulari possunt excedentia numeris senarium uelut CIL. VIII 9686 *uirgo decora et inocens quae prope nouos obi(i)t toros* et VI 17540 *derisori qui uixit bene et consummauit bene* qualia erunt fortasse qui dimetris iambicis et trochaicis septenariis adnumerari uelint. Brambach inscr. Rhen. 1052 *ut primum adoleuit pollens uiribus decora facie* uerba sumpta sunt ex Sallusti Iug. 6 (*ubi primum* codices). monumenta in quibus senarii aliis metris mixti et interpositi sunt infra proponam

---

212

. . . . Numice Lauinas . . . sacer]dote
. . . . u]irecta Pilumni . . . reg]inae
. . . pon]tifex sacris uotu[m . . . .
. . . c]lara sanguis Aenea[e . . . p]risci
. . . m]aximus petitorum . . . I]ulo

. . . p]rosperetis euentus . . . .
. . . . a iura Laurentum . . . .

CIL. XIV 2065 2066, Bormann inscr. lat. nou. p. 17 Lauinii inuenta fragmenta, sinistrum superne et inferne integrum, in dextro sex uersuum exitus punctaue supersunt. litterarum formis Bormannus fere Diocletiani aeuom indicari narrauit, choliambos ego agnoui mus. rhen. 27 p. 142. precatur petitor cuius nomen uersu 5 periit, fortasse imperator deos Lauinates, Numicum aliosque ut prosperent euentum tutenturque sacra iura Laurentum

A 2 *luco Pilumni Turnus sacrata ualle sedebat* Verg. Aen. IX 3. *uirecta* scriptura legitima cf. Verg. Aen. VI 638 Claudiani fesc. 2, 31 Cypriani de resurr. mort. 191 glossas Goetzi IV p. 193 296 402 (*uirecita*) 426 469

B 5 *Iulo* si probatur, idque ex priscorum Latinorum ac Laurentium sacris ueri simillimum fit, bisyllabi nominis exemplum accedit Horatiano carm. IV 2

213

Iuenis Sereni triste cernitis marmor,
pater supremis quod sacrauit et frater
pietate mira perditum dolens fratrem,
quem fleuit omnis planctibus nouis turba,
quod interisset forma, flos, pudor simplex.
dole meator, quisquis hoc legis carmen,
et ut meretur anima, lacrimam accomoda.

CIL. X 1275 ex schedis repertum apud Nolam. praecedit *M. St......o M. f. Pal(atina) P...co Fisio Sereno Rutilio Caesiano II uiro auguri, uixit ann. XXXI mensib. XI diebus XVIII*, subscriptum *ipsius pater miserrimus.* nominum multitudo et *meator* uocabulum non antiquiorem Hadriano esse titulum docet

1 *iuenis* Vetranius, alii *iuuenis* 2 aliter dictum CIL. I 1051 *quius heic relliquiae suprema manent* uel Vergilianum *cineri suprema ferebant* 5 *interisset* Vetr. *interissent* alii 7 choliambos trimeter excipit rectus. sic etiam in graecis inscriptionibus uelut in Memnonis statua imperiti poetae claudos rectosque miscuere uersus. claudo aptum erat *lacrimam adsperge*

214

Alexandream quisque noueras, quaeso,
lege pauca uerb(a), paululum et dolens uad(e),
aut nil doleto. nil mali est ubi nil est,
laboris es]t, ut occubas, t[ibi finis.

Gregorutti archeografo Triest. IV p. 395, CIL. V 8974 et suppl. ital. 151 (uidit Pais) Aquileiae. uitium est in uersus 1 pede secundo sed magna excusatum nominis proprii difficultate

3 *nil est* lapis, primo editum erat *nihil est* 4 sententiam adumbraui, posse alia quoque suppleri (*et tutus est – portus*) ostendi mus. rhen. 32 p. 479. *t* post *occubas* satis clara

215

Per haec sepulchra perque quos colis Manes
his parce tumulis ingredi pedem saepe:
sic nunquam doleas atque triste suspires,
quantum doloris titulus iste testatur.

CIL. VI 17505, Gudi ant. inscr. 272, 1 qui Caracallae aetati tabellam adsignat, Or. 4828. AL. Burmanni IV 180, Meyeri 1302 Romae, iam nusquam apparet. praecedit titulus a Q. Fabio Augurino sacratus filioli cognominis et Careiae Sabinae coniugis memoriae

2 *pedem* ut graece ἐμβεβὼς πόδα 3 pronuntiatur *nunqua* quasi trochaeus. Probi appendix GLK. IV p. 199, 15 *numquam, non numqua,* Or. 4805 *ube nunqua fuit,* supra 31, 2 *nusqua* al. cogitauit scriptor *tantum doleas, tam triste s.* *atque* bis scalptum habuisse uidetur lapis

4 *quamtum* Fabretti 612, 105 ut in tabulis Heracleensibus (CIL. I 206) saepe scriptum est

216

Queri necesse est de puellula dulci.
ne tu fuisses, si futura tam grata
breui reuerti, unde nobis edita,
natiuom esset et parentibus luctu.

semissem anni uixit et dies octo,
rosa simul floriuit et statim periit.

Brambach inscr. Rhen. 1053 Moguntiaci. praecedunt quae in alio lapide ibid. 1054 repetuntur *d. M. Telesphoris et maritus eius parentes filiae dulcissimae.* scazontas binos recti trimetri singuli excipiunt, 6 *perit* pro iambo habere malo quam pro choliambo temere dissoluto, uersus 3 a ceteris etiam quinto pede differt. hiatus in caesura u. 3, *m* non elisa 4 et 5, *rosa* 6 quasi iambus. qui soli bene compositi sunt duo primi uersus, aliunde sumptos esse etiam distractum ostendit proloquium

4 sermo flagitabat *natiuom* i. genitura destinatum *habebas et p. luctu* i. luctui *esse* uel fieri 6 in effigie 1053 florum calathus infanti adstat, 1054 florem infans sinistra manu tenet. *florire floriet* (cf. *fiorire fleurir*) increbruit per biblia sacra, Roensch Ital. p. 284

217

Dea uirago Delia,
uotum fauenti numine
quod [exigor] felix ago.

CIL. III suppl. 8298 ad ectypum apud Delmatas in regione Staueclorum ad ripam sinistram fluuii Lim inter reliquias sacelli Romani. praecedit *D(ianae) A(ugustae) s(acrum): T. Aur. Saturninus eq. R. ex u(oto) l(ibens) p(osuit).* post *ago* eodem uersu colligatae inter se leguntur *l p* (fortasse rursum *libens posuit*), post eum uersum fractus est lapis, ex ima basi *oc . . . . . cus* descriptum est. 'Dalmatiae lucos . . sparsa comam Britomartis agit . . . uenata uirago' Claudianus de cons. Stil. III 302 314. in Hispania Dianae ex uenatione homo senatorii ordinis cum ceruorum cornibus item dicauit dimetros CIL. II 2660, quos quia aliis carminibus adiuncti sunt post referam. hic primus uersus choriacus est neglecta aequabilitate (*o déa*), nisi uero *deá* iste recitari uoluit

1 contulit Hoernes Sen. Phaedr. 54 *diua uirago* 3 *debeo* suppl. Domaszewski, 'potest fuisse *uoueram*' Hirschfeld

218

Gaetula harena prosata,
Gaetulo equino consita,
cursando flabris compara,
aetate abacta uirgini
Speudusa Lethen incolis.

CIL. VI 10082, IRN. 7147 descr. Mommsen, Orelli 4322 Romae olim, nunc in museo Neapolitano. litterae pulcrae alteque incisae. praescriptum *d(is) M(anibus)*. aetate carmen non nimis distat ab eo quod de Borysthene Hadriani ueredo factum est anacreonteis et pherecrateis AL. Riesii 903. corripiebant finalem in *cursando* ac similibus Seneca posterioresque poetae (Iuu. 3, 232), *compara* quod apud antiquos non extat fictum est ut *coniuga* 112, 2 al., *uirgo* in adiectiuorum loco numeratum ut *senectam uirginem* Tertullianus dixit ablatiuum in *i* facit

2 *equinum* neque ecus est neque equile sed germ. *gestuete*. stirpe Gaetula orta esse Speudusa u. 1 praedicatur, 2 Gaetulos etiam habuisse parentes, nam ex stemmate cognoscitur generositas (Stat. silu. V 2, 22 Cyprian. de spectac. 5). de equis Gaetulicis cf. Gratti cyn. 517 uel Nemesiani 259, fortasse ut Lusitani equi ex uento ita illorum proaui attactu harenae concepti credebantur

219

Hoc hoc sepulchrum respice,
qui carmen et Musas amas,
et nostra communi lege
lacrimanda titulo nomina.
nam nobis pueris simul
ars uaria, par aetas erat.
ego consonanti fistula
Sidonius aera perstrepens

hoc carmen, haec ara, hic cinis
pueri sepulchrum est Xanthiae,

qui morte acerba raptus est,
iam doctus in compendia
tot literarum et nominum
notare currenti stilo,
quot lingua currens diceret.
iam nemo superaret legens,
iam uoce erili coeperat
ad omne dictatum uolans
aurem uocari ad proximam.
heu morte propera concidit,
arcana qui solus sui
sciturus domini fuit.

Brambach inscr. Rhen. 323, Orelli 2876. AL. Meyeri 1268 Coloniae effossum periit. prooemium quae sequitur narratio, exorditur a glyconeo uersu 5 et in glyconeum desinit 22 (Conrads l. s. p. 17). neque in orthographicis satis fidei penes auctores est (4 *lachrimanda* uel *lachrymanda* traditur, 10 *Xantiae,* 17 *herili*) et alia nescio an parum accurate excepta sint ex lapide detrito

8 *acris* Crombach uere opinor, neque opus est eo quod olim proposui *auris.* nam periisse patet non paucos post 8 uersus enarrantes Sidonii uirtutem musicam, etsi testimonium de lacuna nemo dixit. potuit *acris perstrepens sonos tubarum et cornuum tibicen in uita fui* 9 ss. in altera parte inscriptos aiunt 14 *notare* absolute tamquam notas facere, notarius esse *stilo currenti in compendia.* cf. Manil. IV 197 Mart. XIV 208 Auson. ep. 146 Bip. 18 *dictatum* ut epistula *uolans ad aurem proximam* i. hominis proximi, familiaris intimi 22 inter *sciturus* et *domini* interpositum fertur signum crucis, incisum fortasse a christianis, fuit enim lapis ad S. Vrsulae, utique alienum a carmine

220

Genitor Iunonem dedicat
Alteque Pompeiae locat.
Leuamen hoc doloribus
Lacrimisque pausam credidit.

At nunc uidendo iugiter
Et fletum et gemitus integrat.

CIL. VIII 251 descr. Wilmanns, suppl. 11405 Sufetulae. acrostichis est *Gallae.* binos dimetros Pompeius in unum coire uoluit ornamento colligante uersus 1 3 5 cum proxumis. in primo et postremo uersu pes secundus ponderosior

1 sacram Gallae effigiem pater alte locatam dedicat

4 s. Marcelli Emp. p. 79, 6 Helmr. *lacrimarum iugitatem* adposuit Hense

221

. . . . . hic sita est] Victoria |
quae pulchra forma tota, pul]chrior moribus |
cunctis de]coris | [antecessit] feminis. |
sed non am]ori liberum, |
non Parca pa]rcit coniugis, |
quae morte] rupit sta[mina |
. . . o septem mu . . |
. . . i quarta ho . .

CIL. VIII 1069 descr. Huebner Carthagine ablatum in museum Britannicum fragmentum. cadunt enuntiata in iambos, iambicosque partim senarios exhibui praeeunte Studemundio partim quaternarios. tamen metrum indiligenter tractatum u. 2 facit ut dubitem an soli fuerint dimetri ad hunc modum *Galla hic sita est Victoria formosa, pulchrior moribus, pudica, plena décoris cunctisque praestans feminis*

8 9 de aetate mulieris scripti uidentur siue de mortis tempore, litterarum simul et metri idoneum supplementum non repperi periclitatus talia *annisq. septem muneri datam mihi quarta hora tulit*

222

Parbi sepulcrum corporis
parentum non botis datu,
quod fata properis cursibus
rapuere lucis usibus.

si nomen queres, qui leges,
mensem priorem cogita.
si qui fecerunt queritas,
parentes dixi, sufficit.

CIL. X 4183, add. p. 976 descr. Boissevain, acceperam a Mommseno   in agro Neapolitano prope Casertam inuentum. litteratura rudis infimaeque aetatis. latina licentia spondeus in pedem alterum admissus u. 2 5 7 8, tanto melior sensus

2 *dat* fuit in apographo unde *dati* conieceram, sed *datu* lapis i. datum   6 comparatiuo et superlatiuo gradu permutato Mommsenus recte putat praedicari nomen Ianuarium, quod in istis regionibus frequentabatur. chronographus a. 354 in regibus Romanis solet dicere *hic prior inuenit*   8 *parentes* lapis, non *parentum* quod ex u. 2 finxerant

223

Hic Teudefredi condita
membra quiescunt arida,
cuius origo fulgida
br]ebe refulsit inclita.
ill]e subiuit funera
. . . senties
. . . super .
. . . . .

Huebner inscr. Hisp. christ. 132, descr. et suppleuit Berlanga   non procul a Corduba   titulo post saeculum sextum facto tamen locum dedi propter inscriptionum talium raritatem

6 *s enties* diuisa feruntur   7 *supera* ut consonet uersus hic cum 5, an *superes* pro *superis*?

224

Carthaginiensis Hispaniae titulus CIL. II 3493 *M. Oppius M. f. foresis ars hic est sita, flet titulus se relictum* dimetrum quidem iambicum bonum habet, meditatum tamen carmen non arbitror, quia simplex patroni mortui nomen

non cadit in eam aetatem qua uiguit uolucripes dimetria, oratorias argutias agnosco

item qui dimetri incohant orationem Orelli 4551 *sacrum quieti corporis Petroniae Glyconidis: M. Vettius Synegdemus coniugi optimae*, casu potius quam consilio compositi uidentur. relege sis etiam n. 211

225

Aeterna domus hec est,
pausum laboris hic est,
aliquid memoriae hoc est.

Renier inscr. Alg. 4099, CIL. VIII 4447 contulit Wilmanns apud Lamasbenses Numidiae. praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *Q. Fonteius Saturninus se uiuo fecit et dedicauit.* dimetri sunt catalectici uel anacreontei accentus modulo exacti

2 *pausa* crebrum apud priscos et Africanos, *pausum* singulare. *paulus requies* glossaria quaedam

226

Iulia Pier|is obstetrix |
hic iacet | nulli gra|uis.

Hettner monum. lapid. Treuer. p. 78 n. 150 Treueris inuentus cippus λῃκύθια duo sunt, certe posterius ad numeros consertis uerbis ex industria. hic posui tamquam acephalos dimetros secutus Terentianum Maurum 2458 et carmen superius 217, 1

1 *obsetrix* lapicida primum sic ut uolgus pronuntiasse tituli codicesque demonstrant, tum *obst-*

227

Memnonem uates canorum Maximus Statilius
audit et donat camena, musa nam cordi deis.

Meas quoque auris Memnonis uox accidit:
nomen cieto quisque uatem Maximum.

CIL. III 47 ad ectypon in Memnonis statua. ibidem T. Statilius Maximus Se[ue]r[us] se testatur Memnonem audisse a. d. XII kal. Mart. anno XX Hadriani (p. Chr. 136) CIL. III 46. eisdem nominibus plures circa id tempus scimus fuisse homines, ex fastis consulem anni 144 (CIL. III suppl. 10336), e grammaticis litteris eum qui scripsit de singularibus apud Ciceronem positis, ex syringe Thebana Μάξιμον Στατίλιον ἴδιον λόγον τῶν λογιωτάτων memoratum cum Philopappo rege. et hic quidem idem uidetur cum uate esse uir equestris nobilitatis, praeterea credibile est non alium esse Maximum eum qui pyramidas uisitarat graecumque inscripserat elegidarion in scholiis Clementis protrept. 4, 49 traditum, cf. mus. rhen. 38 p. 132. trochaei et iambi graeca arte facti

1 *Statilius* non plane certum Mommseno uisum est. *quoque inuocans* substituerat Letronne inscr. Aegypt. II 411 2 *dis pietas mea et musa cordi est* Horatius c. I 17, 13 3 *incidit* fere descripserat Salt, de utroque uide Lachmannum Lucr. p. 242 4 *nomen ciere* Ouidius fast. IV 484 Tac. ann. I 21 cf. Liu. XLV 38, 12 *quisqui* aut *quisqus* Mommsenus legit, hoc repugnat metro

228

Hercules inuicte, Catius hoc tuo donu[m libens
numini sancto dicauit praetor urbis [annuus,
cum pia sollemne mente rite fecisset [sacrum,
tradidisti quod Potitis Euandreo [saeculo
administrandum quodannis hic ad a[ram maxim]am.

Gruter 47, 3 ab eis qui plenius marmor uiderant, CIL. VI 313, Rossi ann. inst. arch. Rom. 1854 p. 32. AL. Burmanni I 39, Meyeri 578 Romae in foro boario inuenta tabula, tum decurtata et delata in museum Capitolinum. supplerunt pleraque antiqui editores (2 *Annius* Gruter), 5 Borghesius Rossiusque conl. Seruio Verg. Aen. VIII 271. ex eadem religione emanarunt iambi n. 22 atque alia carmina, *praetor urbis quotannis Herculi immolat publice iuuencam* Varro l. l. VI 54. trochaei graecanici, semel lex migrata in nomine proprio *Euandreo.* Catius Sabinus cos. II fuit anno 216

4 pro *Potitiis* ut *gratis,* apud Martialem *denaris,* supra 91, 10 *centuris* (Lachm. Lucr. p. 279)

229

. . . . | Chi]onianus dedic[o. |
sed date ut fetura qua[es]tus | suppleat uotis fidem: |
aureis sacrabo carmen | mox uiritim litteris.

CIL. VII 952, perierat lapis cum male transcriptum titulum emendabam in progr. acad. Bonn. 1876 p. 12, deinde rursum inuentus partem emendationum confirmauit, exemplum accepi ab Huebnero Bowness prope occidentalem Pictorum ualli terminum. unius in summo lapide uersus apparuere uestigia, plures interiisse patet. metrum graecanicum

1 *Nonianus* olim posueram, sed enim litterae desunt tres *depic* ferebatur: *ded* clare lapis, quas addidi earum uestigia cernuntur 2 sic lapis, quas inclusi minus certae sunt: *uite iura quartus* ferebatur. precatur ergo deos mercator 3 Plinius VII 119 de pronao Delphico *praecepta consecrando aureis litteris*

230

Futuitur cunnus [pil]ossus multo melius [qu]am glaber:
e[ad]em continet uaporem et eadem u[ell]it mentulam.

CIL. IV 1830 add. p. 212, uersum 1 legit Zangemeister, 2 suppleui ex tabula 23, 6 Pompeis, 'inmeritusque laborat paries'

2 *eadem* ablatiuus per synizesin, *eadem-eadem* Plautus Bacch. 49 (cf. Charisium p. 209), *et* accessit fortasse ut obtegeretur hiatus minus conuenit tabulae ductibus *uelat*

231

. . . fuere quondam Vibii opulentissumi,
non ideo tenuerunt in manu sceptrum pro mutunio
itidem, quod tu factitas cottidie in manu penem tenes.

CIL. IV 1939 tab. 23, 10 Pompeis in pariete

1 primum uerbum antiquitus erasum et plane incertum, fortasse nomen eius qui compellatur. et quod sequitur *Vi-*

bii post demum adscriptum est supra uersum. alioqui potest *uestri aui*, Mommsen cogitauit *reguli. Vibii* gens Pompeiana multis monumentis nobilitata, C. Vibius Secundus II uir i. d. anno 56 (CIL. X 826) 2 *manu* correptum Plautina licentia uersu luxato. expectamus autem *pro sceptro mutunium* uel ut corrigatur uersus *non ideo sceptrum tenuerunt in manu mutunium.* Priapeum 25 de mentula *sceptrum quod quidam cupiunt tenere reges* 3 numerorum causa *in manu* tolli ego iusseram mus. rhen. 12 p. 269, Zangemeister *itidem* *cottidie* recte hic et 186, 11 per duas *t*, licet inprobet Consentius GLK. V p. 392, 1, nam ut ποστός ad πόσοι sic *cottus* ad *quot.* quod docui in progr. acad. 1876 p. 14, deinde alii exposuerunt subtilius. corripuit primam primus Martialis *cotidiana* i. tenens

232

Pupa que bela is, tibi | me misit qui tuus es(t): ual(e).

CIL. IV 1234 descr. Zangemeister in cubiculo aedium Sallustii graphio incisum parieti prope a pauimento i. quae bella es ex tabula 16, 6 plenum *est* effici potest

233

sunt aliae Pompeianorum parietum inscriptiones paucae in quibus singulares suspicari liceat septenarios.

abiat Venere Bompeiiana iratam qui hoc laesaerit

CIL. IV 538 subscriptum picturae gladiatorum.

iu pupa, sic ualeas, sic habeas Venere Pompeianam propytiam

act. inst. arch. Rom. 1874 p. 193 gestientis adloquio nexa uerba coeunt in septenarium.

hominem reddit rhetor: qui emit seruom [doctu]m, os non habet

CIL. IV 1899 add. p. 213 sicut legit expleuitque Zangemeister falsi arguens Garruccium qui *emit os* ediderat omissis quae media sunt graff. 28, 43.

nemo est bellus nisi qui amauit mul[ierem] adules[centulus

CIL. IV 1883 add. p. 213, sunt autem post *amauit* reliqua minoribus litteris notata, cf. Queroli I 2 p. 18, 24 Peip. *nemo gratis bellus est*

alia quaedam Pompeiana tetigi in n. 41. in Germaniae limitaneo agro Dortelweil ad Niddam in uillae fundamentis inuenta est ampla tegula designata a Riesio Westdeutsches

Korrespondenzbl. X 69 cui figulus haec ... *mittet Mattose salutem coniugi carisime et o(p)tat [uenire aliquan]do usque at te* ita inscripsit ut interuallo quasi septenarium distingueret
mittit Mattosae salutem coniugi carissimae

234

.. pra]efectus ..... Quirites	h.m.h.n.s.	bis sex uir factus peregi p... bis populo munus dedí. lib.. prímum est Augusti parem..

CIL. X 4913 uidit Mommsen Venafri in medio igitur cauetur monumentum heredem ne sequatur, utrimque secus reliquiae leguntur carminum. sinistrae quae duos tantum uersiculos implent, non uidentur coniunctae cum dextris sed per se absolutae fuisse, licet optime uerba coeant *o*] *Quirites, primum est.* fortasse illae ad hexametrum reuocandae uelut *ius ego praefectus dixi rexiq. Quirites,* trochaicae autem si sunt aeque ac dextrae, permulti pedes ipsaeque clausulae perierunt. ad dextram supersunt septenariorum unius principium *bis sexuir factus peregi,* duorum clausulae *bis populo munus dedí, prímum est Augusti parem,* periit ergo plus altero tanto

1 post *peregi* fuit *p* aut *r.* uelut *plurimam aetatem domi* 3 *m* uideri fuisse in fine Momms. adnotat, eodemque metrum ducit, non ad *paren[t-.* de sententia haereo, fortasse *liberalitas* Caesaris exemplo commendatur

235

Hic Clearchus, qui dum uixit | graeco magno nomine |
nuncupatus, factis meruit | nomen hoc et litteris, |
infans cap[tus a Brit]annis | felici curi . . . |
fuit nepos i . . . . . | hostium . . . .

CIL. II 4350 descripsit Posada anno 1804 Tarracone praescriptum *d. M. Clearchi.* pars carminis maior absumpta est

1 *magno* ob etymon et quibus id nomen fuit homines ut Lacedaemonium et Solensem 3 supplementum con-

firmari puto sequente *hostium* nomine *felici* prima et postrema intentum mos fert ut una uox sequatur polysyllaba (*cupidine*), non duae (*cura deum, cursu redux*) 4 *fuit*, si hemistichiorum modum quadratarius retinuit, monosyllabum est

236

. . . son[ore, | cum teneret] memoria |
nomin]is multi foratas | musicis arteria[s, |
ipse] caestata can[ebat] | comica Atella[nica |
. . . pas pa . . . .

CIL. XIV 2771, Notizie d. scavi 1884 p. 193 fragmentum tabulae repertae in agro Labicano ubi fuit lucus Musarum (Kaibel epigr. 829). graecanici uidentur septenarii fuisse singuli binos in lapide uersiculos implentes supplementa quam sint incerta non nescio, sed opponuntur inter se *forata* et *caestata*, quod nouum est uocabulum. cf. effecta pugilatu τρυπήματα APal. XI 78, 3, communes pugilum et cantorum μύρμηκας (Meineke com. gr. fr. II p. 330 s.), morbosam palati ἱμάντωσιν. de cantore agitur per ludum

2 postquam de hoc titulo ad Mommsenum rettuli, in additamentis editor CIL. tibias *multiforatas* fecit non recte ante *musicis* initio uersiculi descriptam *s* litteram neglexi ut pertinentem aliorsum 3 *e* litterae uestigium apparuit ante *caestata*

237

Hic sita est Amymone Marci optima et pulcherrima,
lanifica pia pudica frugi casta domiseda.

CIL. VI 11602, Or. 4639 fuit Romae in sarcophago, Hadriani aeuo Gudius litteras adsignauit

1 *Amymone* huic pedi male inlatum, melius erat *hic Amymone sitast* *Marci* filia opinor, non Marci aut Marcii uxor 2 deest syllaba ad septenarium, addideram *fuit l.* in Fleckeiseni annali 1858 p. 74, *et* in progr. Bonn. 1876 p. 14. sed defuisse in arca nemo significauit *domiseda* nouum, contrarium Plautino *proseda*

238

S[iue] apr[os] feroces fudi, ut gratus uenanti s[eni,
seu] ceruos fugaces cep[i, ut er]am [d]elicio domus.
m[ihi] Paterna rura lu[strans] instaurauit me[moriam
quae] mihi post honore[s redd]a[t] continens ueri fide[m.

CIL. II suppl. 6338n, misit mihi Huebner ut acceperat descriptum non bene Cluniae in latere cippi sic inscripti *d. M. i(nferis?) Primitius Sem. Paternae seru. ann. XII. Martialis ann. XXXX, Firmina ann. VIIII. [D]orcas contubernali [pio] et [fili]ae?* melius apographum nacti aut ectypum propiora a uero dabimus supplementa
1 *s...apr...l feroces*, inter *fudi* et *ut* trium litterarum hiatus, denique *uenantes* pro clausula uersus traditur
2 *cer...am elicio domus..* fertur 3 *rura bu.......instaurabit men...* descriptum est, nescio an fallente Horati memoria (*paterna rura bubus exercet*). nunc *rura lustrans* posui, antehac *rure bustum et* uel *cura bustorum*, sed *bustum* dissimile ueri est 4 *m....* ante *mihi* traditur, tum *honore.....a*

239

Benemerenti de me hoc feci ei monimentum animo libens.

CIL. IX 1702, non exstat Beneuenti praecedit *T. Vedianius T. l. Fructus August(alis) sibi et Munatiae Priscae uxsori,* insequitur *et Asiniae C. l. Tarentinae* et quattuor libertorum nomina. inter carmina ponendum censui ob insolentiam illius in sepulcro dictionis *feci f.* aut *fecit* alii legerunt pro *feci ei*

240

Hoc sepulcr[um con]frequentent, a me | qui sint liberi,
c[irc]umuersos quos relin|quam uel manumitti uolam.
at postrema | pateat ipsis quique ex is prou[e]nerint.

CIL. X 3147 recognouit Mommsen quod exstat, nam pars periit Bais subscriptum *Volusia Q. f. Pia Annia A....ena | sic mandaui, sic [fia]t | dis Manibus sacrum,* in quo non audeo septenarii causa sufficere *Volusia*

Annia Antiochena sic mandaui, sic fuat etsi Frontoni id placuit. memorabile profecto tale de iure sepulcri carmen 1 *confrequentent* suppleui, *frequentent* tantum superiores. spatium lapidis si non capit istas omnes, compendi factum erat *sepulcr.* 2 suppl. Mommsenus ex Quintil. decl. 342 uindicta testamentoue manumissos dici adnotans, cf. interpr. Persi 5, 78 3 *postrema* pars cf. *postica*

241

Cogitato te hominesse | et scito: moriendust. uale.

CIL. IX 3821, Garrucci sylloge 1530. fides penes Bucellam est in Marsis in pago S. Sebastiani astrum et serpens, tum *Pacedie Sex. f. a,* tum carmen bifariam diuisum, denique ualuae cum anulis apparebant

242

Hospítium tibi hoc. inuítus uenio. ueniundum est tamen.

CIL. XII 5270 descr. Hirschfeld Narbone in cippo litteris bonis saeculi primi incipientis

septenarius troch. uidetur esse uerbis primis et postremis uiatorem admonens Manium. Muratori 1773, 6 quia spatium quoddam inter *tibi* et *hoc* intermiserat, senariorum reliquias olim suspicatus eram mus. rhen. 27 p. 136. cf. supra 83 et 119. in *hospitium* prior *i* aeque ac posterior in *inuitus* extare ceteris litteris fertur

243

Dum uixi, bibi libenter. bibite uos qui uiuitis.

CIL. III 293, suppl. 6825, Henzen Or. 6674 Antiochiae Pisidiae praescriptum *T. Cissonius Q. f. Ser(gia) uet(eranus) leg. V Gall(icae),* subscriptum *P. Cissonius Q. f. Ser. frater fecit.* stipendiis ad Rhenum factis ueteranus Antiochiam peruenit cum deducta colonia est ab Augusto aut non multo post

bi libenter bibin ferebatur, emendauit Henzen comprobauimusque emendationem ego agnito metro a. 1858, Ramsay nuper recognito lapide

244

quod edi bibi, mecum habeo, quod reliqui, perdidi.

CIL. VI 18131 descr. Nissen Senae in tabella Romae effossa. praecedit *d. M. T. Flauius Martialis hic situs est*, sequitur *u(ixit) a. LXXX* pedumque in fronte et in agrum definitio

iustus septenarius excepto initio quod potest fuisse alicubi *quodque edi* uel *quod enim*, cf. supra 187 s.

245

Viue laetus quique uiuis, uita paruo(m) munus est,
mox exorta est, sensim uigescit, deinde sensim deficit.

CIL. II 4137 ex uetere exemplari uno, Or. 4815. AL. Burmanni IV 43, Meyeri 1191 Tarracone effossum nusquam comparet praescriptum *d. M. L. Alfidio Vrbano trib. mil. leg. VII g(eminae) p. f. Antoninianae, homini in uita sua optimo, ex testamento eiusdem, arbiterio Corneli Rustici soceri.* circa annum 215. ex paucis quae septenarios trochaicos habent inscriptionibus quattuor cum sint in Hispania factae, duae Tarracone, perplacuisse istis hoc metrum putes, in quo epigrammata excellunt Flori AL. Riesii 245 ss., Flori autem de Vergilio declamatio ipsum quoque Tarracone habitasse prodit

1 i. quisque, quicumque. *quisque* substituit Burmannus 2 *orta mox sensim uigescit* correxit Finestres probauit Ritschelius, *dein uigescit* Hauptius, sed prima labat dipodia non seruata lege graeca. *mox ut exorta est uigescit* Leo

246

D(is) M(anibus). |
Lectita, col lis uiator, | h[o]c memor|iae conditum |
M. Aur. Antonio.

Froehner Mélanges d'épigr. V p. 11 ad Perroti exemplar, CIL. III 271, suppl. 6769 Ancyrae in Galatia. bene incisae litterae, septenarium agnouit Froehner

ulator descr. Perrot, emend. Froehner. ita Sedulius *pelagi uiator*, at Martialis semper ad hunc modum *qui Flaminiam teris uiator* *hic* suppl. Perrot. intellego hanc memoriolam Antonio compositam (CIL. III suppl. 10545 *Euhelpistus lib. ob merita memoriae hec meruit*)

247

in septenarium licet componere inscriptiones distributas per sarcophagi Atestini fastigium et antepagmenta Henzen Or. 7398

re[spic]e et crede: hoc est, sic est, aliut fieri non licet.

sententia fere eadem Romano sarcophago inscripta *hoc est, sic est, aliut fieri non potest, hoc ad nos*

item ab his *non fui, fui, non sum, non desidero* (Lambaesi CIL. VIII 3463) uel *non fui, fui, memini, non sum, non curo* (Lactorae Revue épigr. du midi 1882 p. 322 n. 355), quae tam trita epitaphiis fuere ut primae litterae notando sufficerent *n. f. f. n. s. n. c.* (Henzen 7387), non multum abludit uersiculus

non fui, fui si memini, non sum, non desidero

praeeunte Fleckeiseno ann. 1868 p. 214 nescio an septenariis adnumerem uerba nimis mutilata Aquileiae subscripta Diphili nomini CIL. I 1459 V 1191

diues si]ne auaritie [uix]it, ad [Ditem] uenit. uale

in medici cuiusdam titulo CIL. VI 9583 interiecta aliis haec leguntur *haec est domus aeterna, hic est fundus, heis sunt horti, hoc est monumentum nostrum,* unde septenarius ut mihi suboleret error fecerat Garruccii scribentis *monumentum meum* CIL. I 1059

248

De decuma, Victor, tibei Lucius Mumius donum
moribus antiqueis promiserat hoc dare sese.
uisum animo suo perfecit tua pace rogans te
cogendei dissoluendei tu ut facilia faxseis.
perficias decumam ut faciat uerae rationis
proque hoc atque alieis donis des digna merenti.

CIL. I 542, IX 4672, add. p. 684. AL. Burmanni I 34, Meyeri 591 fuit Reate in basi ornata signis sed attrita, unum exemplar complures diuolgarunt satis diligenter descriptum. praemissum est *sancte,* hoc nomine et illo Victoris Hercules appellatur qui cum ad aram maximam a triumphantibus coli solitus est tum a L. Mummio Corintho capta decumam praedae accepit oblatam. cf. supra carmen 3

1 *munius* plerique auctores 2 *promiserat* Mommsen praeclare emendauit: *pro usura* traditur 3 *suo* una

syllaba ut apud Ennium *sis oculis*, in titulo quodam *pro salute sua sorumque omnium*, item *tua* ut scriptum etiam habemus *tis* pro *tuis*   *tuam pacem* interpretantur Bernaysius et Ritschelius opusc. II 638, sed nec *m* finalem in metro cultiores homines qualis Mummius fuit uel in titulo faciendo adiutor eius plane abiecerunt ante consonantem neque idonea uerborum haec structura est *tuam pacem cogendi* quoniam expectatur *tuum in cogendo auxilium.* ego interpretor: quod ipse uoluit fecit te non inuito cf. Plaut. rud. 698 uel Ter. eun. 466 (ubi Donatus *pace* inquit *aut gratia aut uoluntate*)   4 *disoluendei* non nulli *facilia* aut trisyllabum potius *faclia* tuendum censui in annali philol. 1863 p. 776 sicut a uigili CIL. I 1139 *uiglias* et in Peruigilio *peruiclando* deducta, ut *speclaria fecla* al. in Plauti Persa 761 Ritschelius quod trisyllabum *facilia* esse putauit, de metro errauit anapaestos pro trochaeis habens, tamen commode comparauit struem uerborum *quorum ópera mihi facilía factu facta haéc sunt.* deinde *cogendei* si lapis praebuit reapse idemque *dissoluendei*, priscum sermonem dixerit quispiam non abhorruisse ab audacia Taciti qui loco infinitiui uel nominis uerbalis gerundium genetiuo casu posuerit aliquotiens. cuius artificii cum apud antiquiores uestigium nullum repperissem neque potuisse id prouenire existimarem ante neotericos, olim ut mutarem *cogentei dissoluentei* animus inclinauit. nunc cautior retineo ista cum facultate aequiperans *facilia* subaudiensue negotia. coacta praeda dissoluitur ut iuste decuma fiat   6 *doneis* unus auctor, *donis* alius

249

Tu quae Tarpeio coleris uicina Tonanti,
uotorum uindex semper Fortuna meorum,
accipe quae pietas ponit tibi dona merenti
effigiem nostri conseruatura parentis.
cuius ne taceat memorandum littera nomen,
Caesius hic idemq. Titus Primusq. uocatur.
qui largae Cereris messes fructusq. renatos
digerit in pretium, cui constat fama fidesq.
et qui diuitias uincit pudor, ire per illos
consuetus portus cura studioq. laboris,
litor(a) qui praestant fessis tutissima nautis,

notus in urbe sacra, notus quoq. finibus illis
quos Vmber sulcare solet, quos Tuscus arator.
omnibus hic annis uotorum more suorum
centenas adicit numero crescente coronas
Fortunae simulacra colens et Apollinis aras
Arcanumq. Iouem, quorum consentit in illo
maiestas longae promittens tempora uitae.
accipe posteritas quod per tua saecula narres.
Taurinus kari iussus pietate parentis
hoc posuit donum, quod nec sententia Mortis
uincere nec poterit Fatorum summa potestas,
sed populi saluo semper rumore manebit.

CIL. XIV 2852 descr. Rossi, Gruter 72, 5. AL. Burmanni I 80, Meyeri 622 Praeneste in basi marmorea. in latere annus adnotatus est *L. Ceion*[*i*]*o Comm*(*odo*) [*S*]*ex. Vetul*[*e*]*nio Ciui*[*ca*] *Pompeiano c*[*os.* 136 p. Ch. in fronte modii frumenti et spicae repraesentati sunt. Caesius Taurinus Fortunae Primigeniae Praenestinae patris effigiem dedicat ipsius iussu patris mercatoris frumentarii

1 male opinor Beckerus topogr. p. 404 hinc Capitolium fuisse Praenestinis concludit, necesse est enim Iouem Tonantem in Capitolio Romae dedicatum intellegi (Propertius *Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat*). huic autem Praenestina Fortuna non bene dicitur uicina. itaque Wernsdorfium secutus fanum Fortunae Primigeniae intellego a Seruio Tullio positum in Capitolio teste Plutarcho de fort. Rom. cap. 10 11 clausula Vergiliana georg. IV 421 *statio tutissima nautis* 17 *Arcanum* apud Praenestinos Iouem nomen habuisse tituli ostendunt Or. 2391 et 3045 19 Lucanus VIII 608 *qua posteritas in saecula mittet Septimium fama?* Octauiae scriptor u. 359 *facinus uix posteritas, tarde semper saecula credent* 23 *saluum* coni. Cannegieter

250

Magne deum, Siluane potens, sanctissime pastor,
qui nemus Idaeum Romanaque castra gubernas,
mellea quod docilis iunctast tibi fistula cera,

namqe procul certe uicinus iungitur amnís,
labitur unda leui per roscida prata Tirinus
gurgite non alto nitidis argenteus undis,
et teneram ab radice ferens, Siluane, cupressum:
adsis huc mihi, sancte, fauens numenq. reportes,
quod tibi pro meritis simulacrum aramq. dicaui
haec ego quae feci dominorum causa salutis
et mea proque meis orans uitamq. benignam
officiumque gerens. fautor tu dexter adesto,
dum tibi quae refero quaeq. aris, inclute, reddo
ex uoto meritoque libens mea dicta resoluo
ille ego qui inserui nomen in ara meum.
nunc uos o laeti bene gestis corpora rebus
procurate uiri et semper sperate futurum.

CIL. IX 3375, Henzen Or. 5751 in ualle Tritani sub castro Capestrano prope confluentes Aternum et Tirinum. praescriptum *S[iluano sancto sac]rum Athe[nio? An]nii Laterani lib. proc(urator) et Eutyches disp(ensator)*, subscriptum *d(onum) d(ederunt)*, in latere columellae scriptum *Siluano et Augurino cos. XVI k. April.* id est anno 156. rude pastorum rusticorumue carmen undique compilatum, Siluanus cum Fauno et Pane confusus

3 *mellea* sine dubio ablatiuus correpta terminatione ut 5 *unda*, 10 *causa*, 11 *mea*, 15 *ara*. clausula Vergiliana ecl. 3, 25 *tibi fistula cera iuncta fuit* 4 *iugiter* Lachmannus corrigit in Mommseni IRN. 6016, Aternum puto intellegendum 6 hemistichium posterius Ouidi met. III 407 7 totus Vergili georg. I 20 10 *domini* non Caesares sed quorum pascua fundumue libertus seruusque coluere

15 pentameter fortasse ex archetypo uersu deductus tali *ille ego qui inserui Laterani nomen in ara* 16 s. spectare uidentur ad epulum una cum dedicatione factum. Vergilius Aen. IX 157 s. *quod superest, laeti bene gestis corpora rebus procurate uiri et semper sperate parati*

251

Litoribus uestris quoniam certamina laetum

exibuisse iuuat, Castor ueneradeque Pollux,
munere pro tanto faciem certaminis ipsam,
magna Iouis proles, uestra pro sede locaui
urbanis Catius gaudens me fascibus auctum
Neptunoque patri ludos fecisse Sabinus.

CIL. XIV 1 ex schedis. AL. Burmanni I 47, Meyeri 600 Ostiae in columella marmorea   Catius Sabinus consul fuit iterum anno 216, curator aedium sacrarum operumque publicorum a. 210, praetor urbanus tam hoc epigramma dedicasse uidetur quam trochaicum supra editum n. 228. Tiberis *insulam facit inter portum urbis et Ostiam ciuitatem, ubi populus R. cum urbis praefecto uel consule Castorum celebrandorum causa egreditur sollemnitate iucunda* cosmographus p. 83 Riesii, cf. CIL. I fast. VI kal. Febr.

1 *littoribus* Doni IV 55   3 *aequam* Alciatus (Muratori 353, 4), *huius* ex Apiano Gruter 99, 2. intellege naumachiae picturam   6 Neptunalia fiebant X kal. Aug.

252

Hanc aram Nymphis extruxi nomine Laetus,
cum gererem fasces patriae rumore secundo.
plus tamen est mihi gratus honos, quod fascibus annus
is nostri datus est, quo sancto nomine diues
Lambaesem largo perfudit flumine Nympha.

Renier inscr. Alger. 93 (Henzen 5758 a), CIL. VIII 2662 contulit Wilmanns   Lambaese in Nymphaeo. praescriptum *numini aquae Alexandrianae,* hoc nomen 'sanctum' occiso imperatore a. 235 abrasum. etiam Romae quam in thermas nouas Seuerus Alexander induxerat aqua Alexandriana dicebatur (Lampridius cap. 25), Lambaesem Alexander aquas induxit a. 226 cf. CIL. VIII 2658

2 in duumuiratu Lambaesitano. clausula Vergiliana Aen. VIII 90 et Sueiana   4 cf. *nostri inferieis* Henzen 7413 uersu 2. tum *quod* Renier ediderat, *quo* correxi in Fleckeiseni ann. 1858 p. 64 idque lapis inuentus est exhibere

253

Pan]thea cornigeri sacris adiuncta Tonantis,
q]uae Libycis Maurisque simul uenerabilis oris
his] etiam colitur te[rr]is, quam Iuppiter Hammon
inter] utrumque lat[us] m[e]diam cum Dite seuero
dext]er sede tegit: hanc p[u]luinaribus altis
sublimi]que dicat solio diuosque frequentis
Gargil]ianus a militiis de suplice uoto
signa deum] facie renouans dominamque biformem.

Renier inscr. Alger. 3573 qui rupta conexuit, absumpta refecit, iam maxima pars periisse uidetur, CIL. VIII 9018

Auziae in Mauretania. in dextro latere inferiore adscriptum *ded(icatum anno) pr(ouinciae) CCVII* id est cum primus prouinciae annus fuerit annus Christi 40 (Henzen Or. 5337 s.) anno Chr. 246. uersu 5 *tegit* in caesura producit alteram, 7 *a* in formula corripitur

1 *Panthea* scripsi ut titulus Henzenianus 5948 *deo magno Pantheo* dicatus est, item Froehner. *Anthea* Renier proposuerat. uidetur autem designari dea uirgo caelestis per Africam maxime celebrata (u. 2) cum Iunone et Cerere confusa itaque Iouis socia ac Ditis (3 s.), eadem sine dubio *domina biformis* (8). alii Auziae tituli inscripti sunt *Plutoni, Cyriae et Cereri matri* (Renier 3581 3576). 6 *ornatamque* legat cui uideatur adiutorio uerbo opus esse unde *puluinaribus* et *solio* pendeant 7 nomen incertum. *a militiis* dicitur honoratus militia equestri praefecturae cohortis aut tribunatus 8 *renouam* lapis habuisse traditur *a* et *m* inter se conexis, id neque est uerbum neque testimonio tali probatur fuisse. *marmorea facie renouat* Renier coniecit quae referrentur ad *diuos frequentis,* male autem sic intericitur qui post poni debebat uersus 7. itaque construendum est *hanc diuosque dicat Gargilianus.* nec uero signa integra et noua tribunum dicasse inde efficitur sed ornamenta tantum puluinarium ac solii quibus Pantheam consessumque deorum decoraret, ultimo autem uersu addi puto signum Pantheae ab eodem esse renouatum. quod si minus probatur, haec uia ingredienda est ut separato a superioribus infimo uersu scribamus *filius hos facie renouat* aut *hos nati renouant,* deos et dominam biformem

254

. . . .

a]c sceptrum regi cessit, quod solus habe[ret.
tu nimbos uentosq. cies. tibi, Iuno, sono[ros
perfacilest agitare metus, nam fratre c[adente
intonas nubigenam terris largita mado[rem.
forsitan et superis ammossent saecula [letum,
ni tu per teneras discrimen poneres au[ras.
quin etiam caeli moles uix firma man[eret,
haec eadem regina deum ni cuncta pr[ofundo
aëre consurgens fulcires sidera, Iuno.
incomprensa oculis praesens non cern[eris ullis
alternos curans anima redeunte mea[tus,
et sentire iubes quod cernere posse nega[sti.
nesciris tam nota tuis. sic peruia Phoeb[o,
sic pluuiis caelum prohibes concurrere t[errae,
cum lucis non claudas iter, nec noscer[e fas est
cur eadem uirtus pariter contraria s[umas.
s[alue ue]ra deum rectrix, Saturnia pro[les.

CIL. VIII 4635 descr. Masqueray et Farges, et suppl. 16810 ex ephem. epigr. VII 789 ubi primus uersus accessit. suppleuit Maury, pauca ego mutaui Naraggarae in prouincia Numidia. uitia metrica saeculo III adpendas librata cum uirtute ac Iunonis in aerem transformatione principium periit, in fine nihil deesse carmini puto, quamquam lapis ita exire narratur quasi ab altero lapide exceptus 1 ita litteras in lapide dimidiatas legerunt Dessau et IohSchmidt. uidetur Saturnus pater dici qui regno Ioui cesserit 2 Verg. Aen. VIII 354 de Ioue *nimbosque cieret* 10 traditur *presens* 11 dicitur aer quem pulmonibus spiramus. sic Plinius epist. VI 16, 13 *meatus animae* 16 *seruet* in fine coniecit Studemund. sed altera persona praestat cf. uersum 8 17 initium sumpsi ex Aen. VIII 301 et Martiano Capella II 192. hic idem I 67 Iunonem *fulmen dextra, laeua sonorum bombis terrentibus tympanum* sustinentem facit

255

S]alue mille animarum inlustricenare opus salue,
p]ulchri oneris portatrix, inixuperabile donum,
rerum humanarum diuinarumque magistra,
satrix seruatrix amatrix sacrificatrix,
salue mille animarum ínlustricenare opus salue.

CIL. X 3692, IRN. 2601 descr. Mommsen Cumis uel Bais in museum Neapolitanum translatum. praecedit *Veneri probae sanctiss. sacr. Ti. Claudius Marcion.* u. 1 et 5 *opu* pronuntiatur, 2 *portatris*, 4 prima producta *amatrix* 1 mirum uocabulum uim indicare uidetur illuminandi animas. ut a pullo deriuatus est pullicenus, itane ab inlustri istud adiectiua forma auctum increuit ad *inlustricenare*? an cum uocalis antepaenultima corripiatur, *sermocinari* similiterque declinatorum uerborum propaginem comparabis, an haec *unigena clarigenus* quasi c pro *g* sublapsa sit? immo uereor ne cenam respexerit et inlustrem cibatum animarum, quomodo agapen Christiani pro cena usurpant, sic ille Venerem ad cenae uoluptates transformans, siue sacris initiatus arcanis siue philosophorum sermonibus amatoriis inductus, utique negligens metri 2 *in ixuperabile* lapis diuisim 3 Petronius 120, 79 de Fortuna *rerum humanarum diuinarumq. potestas* 4 compar adnominatio et concentio in sacris Graecorum carminibus frequentatur (AP. IX 524). tertium potuit fieri *sociatrix*

256

Incola Tifatae, uenatibus incluta uirgo,
haec, Latona, tuis statuit miracula templis
cunctis notus homo, siluarum cultor et ipse,
laudibus inmensis uitae qui seruat honorem,
Delmatius signo, prisco de nomine Laetus.
credo quidem donum nullis hoc antea natum
collibus aut siluis: tantum caput explicat umbris
. . . .
quae uerum . . . u[o]ti . . .

CIL. X 3796 uidit Mommsen, Nissen in Herme I p. 158 qui cornua ceruina deae dicata esse intellexit Tifatis supra Capuam, quam regionem Dianae sacratam fuisse scriptores (Velleius II 25 Paus. V 12, 3) ac tituli testantur, nunc Neapoli carmen tertio saeculo non antiquius esse ex signi i. uocabuli cognominisue ac nominis compositione u. 5 apparet, quam post Minervinium aliosque Mommsenus in Herme l. s. explicauit. labentis aetatis indicium etiam *antea* pro dactylo positum u. 6

2 debuit *Latoa* (Hor. carm. I 31, 18). in similis argumenti carmine ficticio (Muratori 54, 4) *Latonia sancta uirago* 6 *hoc* idem ualet quod *tale* 7 dubitat Nissenus an possit *umbrae* legi, ut ramosum caput arbori comparetur umbrosae. sed *umbris* certum esse ait Momms. post 7 uersus periere duo 10 *u.ti* Momms.: *um* Niss.

257

A

. . . huc? . . .
. . ma per gentes . . .
. . mihi roganti m . . .
. . .u cuncta uiri . . .
. . . .eo redund . . .

B

. . . ocassi num . . .
. . . c chorte h . . .
. . . d]ucum e . . .
. . . . ofa . . .

C

. . . cant et flum . .
. . . ns plena ru . .

CIL. II suppl. 6333, misit mihi Huebner fragmenta tria unius ut uidetur tabellae reperta in Lusitania apud fanum dei Endouellici (CIL. II 127 ss.). litterae non bonae saeculi II uel III. dedicatio militis promoti?

A 3 in *mihi i* posterior super addita 5 an *-eq.*?

B 1 fortasse *Cassi numero* tale, quamquam potest etiam *inu*]*ocasse* 2 *H*[*ispana*? 4 incerta uestigia

C 1 sociare conabar cum A 2 uelut *fama per gentes dicant et flumina notum, cum mihi roganti mens plena ruboris obesset*

258

Quod licuit Iunianos reparare penates
quodque tibi uoui, posui de marmore signum.

CIL. X 1114 descr. Mommsen, Or. 1587 prope Abellinum. praecedit *Siluano sacr. M. Vicirius Rufus u*(*otum*) *s*(*oluit*)

1 penates *Iuniani* in quo uocabulo altera producitur qui fuerint, quo pacto ad Rufum pertinuerint non liquet. oppidum in titulo anni 240 (CIL. X 1117) colonia Veneria Liuia Aug. appellatur, ubi etiamsi Iuliam substitueris, nulla tamen inter coloniae nomen et penatum istorum sit communitas. et Orellius quod interpretatur 'repetere penates' abusus Horati uersu carm. I 37, 24, in Siluani quidem numen ac uenerationem apte conuenit (cf. n. 19), at leges sermonis uiolat. ego casam a Rufo restitutam intellego

259

Aram cum sig[no] | Siluano uexit [in agros] |
Crispiana dis[posito] | clarissima [luco] |
uota ferens, [soluit quae] | Valerianus [ad aram]. |

CIL. XII 1726, periit aut latet in finibus Vocontiorum ad uiam ducentem Valentia Deam Aug. hexametros fuisse sumpsi quorum indicium in *uota ferens* Hirschfeldius quamuis dubitans agnouerat, adductus maxime insolita locutione *uexit* pro qua *erexit* aut similem expectamus. supplementa sane quam incerta. Siluano nefas erat sacrificare mulieres

2 minus probabile *dis mulier cl. ruris*

260

Flamen, item | dumuir, quaestor | pagiq. magister |
Verus ad Augus|tum legato mu|nere functus |

pro nouem opti|nuit populis se|iungere Gallos. |
urbe redux ge|nio pagi hanc | dedicat aram.

Revue épigr. du midi 1885 p. 110, 537 ex imagine rep. in pago Tarbellorum Hasparren in Nouempopulania ara marmorea, litteris deterioribus et aeque uersibus 2 Aurelianum aut Probum cogitat Mommsen, certe antiquiorem Diocletiano Augustum debuit *legati* 3 i. ut imperator ab his Gallos seiungeret, quemadmodum Mommsen interpretatur, separatis Aquitania et Nouempopulania. alii atque ipse Mommsenus primum contrario sensu *se iungere* legebant. res ex inopia monumentorum et huius infantia parum comperta est

261

Sumptibus e propriis Felix Caluusque gratantes
hanc aram statuere deo [s]antissimo Phoebo
tempore quo patriae fasces [gessere] sacratos.

CIL. VIII 9019 contulit Wilmanns in colonia Septimia Aur. Auziensium subscriptum *feli*]*citer* 2 in *santissimo* partim euanuere *an* litterae, c tamen nulla apparet, cf. VIII 9017 *numini santo Victoriae Victrici* 3 *gessere* duo uiri coloniae

262

Susceptum merito uotum tibi, Mercuri, solui,
ut facias hilares semper tua templa colamus.

CIL. V 6506 contulit Mommsen, Or. 1418. AL. Burmanni II 151, Meyeri 832 Nouariae. praescriptum *Optatus Cassius Optionis f.* 1 *Mercuri* correpta postrema cum prima more Nigidii acueretur 2 i. ut facias ut colamus

263

Somnio praemonitus miles hanc ponere iussit
aram quae Fabio nupta est Nymphis uenerandis.

CIL. VII 998 Habitancii Britannorum in ara rudi litteris non bonis. Fabi coniugem id est fortasse suam ipse miles hanc aram ponere iussit. imperitiam produnt etiam *somnio* (poetae licuit *somno* scribere conl. Lygdamo 4, 12) et *miles* spondeus (ut rustici scribebant *milex*)

264

Vota Fauentinus bis deni suscipit orbis,
ut mactet repetens aurata fronte bicornes.

CIL. VI 504 (Or. 2335). AL. Burmanni II 150, Meyeri 831 Romae in Vaticano. praecedit *dis magnis Vlpius Egnatius Fauentinus u. c. augur pub. p(opuli) R. Q(uiritium) pater et hieroceryx d(ei) S(olis) i(nuicti) M(ithrae), archibucolus dei Liberi, hierofanta Hecatae, sacerdos Isidis percepto taurobolio criobolioq. idibus Augustis dd. nn. Valente Aug. V et Valentiniano Aug. conss. feliciter* anno 376

1 i. uicenum annorum uel uicennalia, de quibus nominibus uide interpretes panegyricorum Mamertini cap. 1 et Nazarii cap. 2. post id tempus iterum taurum arietemque a se mactatum iri sperat. sic Ceionius Rufius a. 390 in eadem regione *iterato uiginti annis expletis taurobolii sui aram constituit* CIL. VI 512

265

Olim Victor auus caelo deuotus et astris
regali sumptu Phoebeia templa locauit.
hunc superat pietate nepos, cui nomen auitum est,
antra facit sumptusque tuos nec, Roma, requirit.
damna piis meliora lucro: quis ditior illo est
qui cum caelicolis parcus bona diuidit heres?

CIL. VI 754, Henzen act. inst. archaeol. 1868 p. 90 ss. ubi cognatos huic titulos ad gentem Victoris cultumque Mithrae Romanum spectantes composuit probauitque monumentum inter annum 382 et 392 factum esse. circa carmen scriptum nomen est *Tamesii Augentii Olympii*

2 *Phoebeia* dei Solis inuicti Mithrae, cui auus regio sumptu fecit sacrarium, nepos suo 4 *nec* hic quoque negationis uim auget: publicam qua auus subleuatus est

pecuniam nepos ne quaesiit quidem 5 μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι ἢ λαμβάνειν Christo adsignata uox in actis apostol. 20, 35 (similia plura Bernaysius me monuit praebere Fabricium in codice apocrypho NT I p. 322 et 323). etiam Libanius epist. 1401 διδοὺς ἥδιον ἢ λαμβάνων

266

Vndis cyaneis donum placauile fecit
Contuccius blandas per aquas aram uenerandam.
hinc oritur pergitque fluens, deinde occidet in se
ripai mox uiridis renouantibus inclyta Nymphis.
numine fontigeno grates ex undique soluens
sospes cum comites praestat renouante liquore.

CIL. VI 555 descr. Henzen. AL. Burmanni I 83, Meyeri 625 Romae ad Appiam, iam in museo Capitolino. numeri pro sermonis barbarie satis culti et si proprium nomen exceperis, nusquam uitiati. principia uersuum 3 5 6 maiusculis litteris distincta

1 *Cyaneis* nomen fuisse undis credunt, fortasse recte, quamquam fons Caeruleus a Frontino, aqua Caerulea a Polemio aliisque commemorata defluebat in Claudiam neque *in se occidebat* 2 uidetur se scriptor captum significare aquarum blanditiis 3 deest subiectum *aqua* uel *unda* uel *Cyane*, eius in uicem *inclyta* cessit. *occidit* editum est a Ferretio mus. lapid. p. 32, ara quod habet tantidem est 4 *ripai* in marmore apparuit, durior autem genetiuus hic siue ad *inclyta* refertur (*inclita leti Lucretia* Silius) siue copulatur cum *Nymphis* 5 *numine fontigeno* noli pro ablatiuis habere et tamquam epexegesin prioribus adtribuere, datiui enim sunt: *numini* fontis *grates soluens* Contuccius *praestat*. uirgines *fontigenas* Martianus Capella dixit, cf. *omnigenus*. tum *ex undique* ut *de intus* uel *in obuiam* apud ecclesiasticos legitur, apud antiquos *exinde*, nisi per tmesin ita diremptum est *exsoluens undique* 6 sic in muris Pompeianis *cum discentes suos* uel *cum sodales* (CIL. IV p. 259). salutem iste liquori acceptam rettulit, qualis perpetua fere laus est in lauacris (*hic senibus uirtus renouatur anhelis* AL. Riesii 211 al.) longe aliter Hauptius sententiam uersuum 3 et sequentium ita enarrauit: hinc fluens i. riuus oritur pergitque, deinde sub terram occidet, mox resurgens grates undique exsoluens

Nymphis quae numine fontigeno uiridis ripae inclyta i. praestantiam et splendorem renouant i. faciunt ut rursus sub diu et inter uirides ripas fluat, cum ipse sospes et quasi ab inferis reductus comites i. iter in ripa persequentes sospites praestat et liquore suo recreat

267

Limen ad hoc, populi, persoluite uota Tonanti.

CIL. IX 1548, IRN. 1375. AL. Meyeri 579 Beneuenti fertur extitisse sub bucranio. *populi* pluralis non redolet antiquam gentilitatem aliique uersus plures tradiderunt illi adiunctos *sed mea Parnassi percipe uota deus, tu defende caput durantis tegmine lauri: sic ego nec tonitru nec metuamque Iouem* quorum nulla est fides antiquitati

268

. . . t]angebat cura ueh[endi

CIL. X 1863 Puteolis, nunc Neapoli. in epistylio magno fortasse uouit aliquis aediculam *per mare cum me angebat cura uehentem* (Licentius carminis ad Augustinum u. 22 *curis grauioribus angor*), at potest etiam *tangebat* fuisse et ad fatalia spectans titulus (Aen. XII 933) ⟨nunc demum dum typos emaculo, animaduerti fragmentum esse carminis 279 uersus 7, illud opinor quod teste Zoega Velitras peruenerat in museum Borgianum⟩

269

Terminus hic custos man]eo pede claudus ut[r]oque
hort]i diu[itis. a]t procul hinc reg[e p]laustra, bubulc[e.
quod si fort[e t]uus non me uitauerit axis,
excutiere rotis [e]t tractus ut He[c]tor Home[ri
debilior nobis i[n]ter tua plaustra iacebis.

Bormann inscr. lat. nou. p. 3 cuius supplementa summam carminis et argumentum scite explicuerant. dedit enim u. 1 *en hic immotus maneo*, 2 *hortorum deus at*, 3 *sin tuus incautus*, 4 *ipse rues praeceps et*, 5 *a bobus propriis inter.* uerba autem ipsa inde a u. 2 plurima recuperauimus

inuento nouo eiusdem cippi fragmento apud portam S. Pauli (Notizie d. scavi 1888 p. 569 descr. Gatti) quod copulatum olim fuisse cum illo quod in Vaticano extat Huelsen perspexit Romae. *i* et *t* litterae difficile discernuntur

1 lapidi terminali haec inscriptio magis quam Priapi Siluanique signis conuenit. Terminum hermae specie figuratum nummi ostendunt. facete scriptum de eo deo aenigma Gellius seruauit XII 6, ne perhorruisse facetias Terminum putes cultoresue eius 2 ..*iidiu*.. lapis, suppl. Huelsen. *Terminus hic etsi sedeo-uis mihi diuina est* proponit Leo

270

Vidi pyramidas sine te, dulcissime frater,
et tibi quod potui, lacrimas hic maesta profudi
et nostri memorem luctus hanc sculpo querelam.
sic nomen Decimi Gentiani pyramide alta
pontificis comitisque tuis, Traiane, triumphis
lustra[que] sex intra censoris consulis exst[et.

Friedlaender progr. Regimont. anni 1869 m. Aprilis, CIL. III 21 et p. 967, suppl. 6625, ex uetusto Boldenseli apographo unde cetera propagata sunt. deprauatam maxime uersus 6 memoriam iure queritur Letronnius inscr. Aegypt. II 517 in pyramide Memphitica. carmen esse integrum uidetur, adiectum fuisse extra carmen sororis nomen. Traiani triumphus alter in annum 106 incidit

2 *quod potui* Catullus 68, 149 Ouidius fast. V 472 (*quod potuit, lacrimas manibus ille dedit*) et alias Iuuenalis 6, 128 *moesta* traditur 3 Horatius carm. III 11 extremo *nostri memorem sepulcro scalpe querellam* ubi ueteres quidam libri *sculpe*, cf. Ou. her. 14, 128 4 *sic* aut *sit* Boldensele nomen corruptum (*centianni* aut *cetianni* Bold.) Mommsenus restituit conlato titulo CIL. III 1463 *Te*]*rentio Gentiano* ... *consuli pontif. cens. prouinc. Maced. colonia Vlpia Tra. Aug. Dac. Sarmazege*(*tusa*) *patrono*. qui uir quoniam intra XXX annum censitor Macedoniae factus est comesque fuit Traiano in bellis Dacicis, diuersus uidetur a Terentio Gentiano quem Hadrianus breui ante mortem suam detestatus est (Spartianus 23) et ab eo quem proconsulem fuisse anno 119 Vlpiani testimonio efficitur (Mos. et Rom. leg. coll. 13, 3, 1). Traiani comitem pro patre habeo, pro filio illum inuisum Hadriano. proxima cognatione Gentianum attingit D. Terentius Scaurianus praeses Daciae

conditorque coloniae Vlpiae Traianae Dacicae a. 110 (CIL. III p. 868 et n. 1443), fortasse Gentiani hic frater est, secundum Mommsenum pater   6 *que* adieci omissum a Boldenselio. idem in fine uersus *esse* tradidit, feci *exstet.* nam indignum poetria tam *sculpo querelam, ut-esset* quam *sit* i. contingat *nomen* in pyramide *esse.* Mommsenus nuper coniecit *ecce*

271

Inuicti ueneranda ducis per saecula uellent
Victrices Musae, Pallas, crinitus Apollo
Laeta serenifico defundere carmina caelo,
Intemerata malas hominum set numina fraudes
Iurgiaque arcanis et perfida pectora curis
Fugere. Hadriani tamen ad pia saecula uerti
Ausa per occultas remeant rimata latebras,
Vt spirent cautes ac tempora prisca salute[nt.
Sacra Mamertino sonuerunt praeside sig[na.
Tum superum manifesta fides stetit: inclutu[s heros
Inachias sospes diti pede pressit harena[s.
Namque inter celsi densata sedilia tem[pli,
Incola quo plebes tectis effunditur a[ltis,
Munera caeli[colum . . . .

Niebuhr inscr. Nubienses opusc. II p. 194 (Orelli 855) CIL. III 77. AL. Meyeri 812   in templo Talmensi. non paucos periisse uersus cum ex argumento apparet, quoniam fontis descriptio extremis uersibus incohatur, tum ex parastichide *Iulii Faustini M-* qui quo officio quaue necessitudine commotus sit Hadrianum Aug. et Mamertinum praefectum ut tanto opere adularetur nescio. Petronius Mamertinus, si Memnonis statuae inscriptionem Letronnius (inscr. Aegypt. II p. 375 CIL. III 44) recte emendauit, praefectus Aegypti audiuit Memnonem (*cautes* u. 8) anno 134, praefecturam eam abdicauit ante Hadriani mortem, praetorio praefectus fuit a. 140 (Hirschfeld hist. administr. p. 225, 36)

2 *crinitus Apollo* Ennius trag. 29 R. Vergilius Aen. IX 635. tum erant Vlpii Criniti   3 sic *frigorificus* Gellius XVII 8, 14 *contemnificus* Lucilius *delenifica uerba* Fronto.

ceterum *serenefico* Gauius descripserat 6 similiter Balbilla cum Hadrianus audisset Memnonem δῆλον παῖσι δ' ἔγεντ' ὥς ϝε φιλεῖσι θέοι. eadem constanter Ἀδριανός tribus syllabis adstrinxit aut pro choriambo posuit, *Hadriano potui* in hexametro tertio AL. Riesi 660 *uerti* non est reuerti sed flecti uel mutare mentem, Verg. Aen. V 466 *conuersaque numina* 8 *tempora pr.* loquentes quasi Deucalionei lapides salutant 9 *Mamertinus* hic prima breui, alias longa, cf. *Mamurra* 10 *manifesta fides* Verg. Aen. II 309 III 375 Lucan. I 524 supplementum Niebuhri minime certum. agitur de praefecto qui Talmin usque processerat 11 *inachias* Bailii apographum et Partheii, *inpachllas* Gaui *n* et *p* colligatas esse testantis. *inplacidas* Niebuhrius temptarat. Meyerus interpretatur Aegyptias cuius translationis exemplum desidero, cum Pharias Niliacas Libycas harenas poetae appellare soleant. forsitan ipsius illius regionis cognomen fuerit ab Iside i. Inachia dea tractum 13 Verg. Aen. XI 462 *sese et tectis citus extulit altis*

272

Memnonis [aetheriam uocem] clarumque sonor[em
exanimi inanimem mi[ssum] de tegmine bruto
auribus ipse meis cepi sumsique canorum
praefectus Gallorum al[ae], praefectus item Ber(enices)
Caesellius Quinti . . A. Barmo . . . .

CIL. III 55, Letronne inscr. Aegypt. II 410 in Memnonis statuae pede dextro imo post Hadrianum ante Seuerum inscriptum. quae secuntur post *canorum*, ex eis prima uerborum collocatio ostendit Caesellium uoluisse pro hexametro quarto haberi, faciunt autem heptametrum

1 *quem signum dulcem* Henzenus adiecerat (potuit *hoc signum*). sed Memnonis uocem φωνὴν ἦχον praedicant qui audierunt, numquam signum statuamue interponunt. adde quod sequitur *de tegmine bruto* 2 *exanimi* an *exanime* parum certum. referendum id est ad *Memnonis,* minime ad *tegmine,* quamquam inaequalis ita declinatio fit *exanimus* et *inanimis.* hoc autem etiam uim nouam cepit, recte enim Leo ἀψύχου ἔμψυχον *misit* Henzenus 3 optabam *sensique*, sed illud fortasse ualet ἀπέλαυσα 4 ala ueterana Gallica prope Alexandream in castris erat a. 199 (CIL. III 14), cf. Henzen Or. 6941 *praef. praesidiorum et montis Beronices* 5 Caesellium Quintillum aut quodcumque cognomen ei erat, excepisse etiam alterius hominis uocabula uidentur

273

Alma lauacrorum de sa[xis deci]do lympha
Et sunt ex lapide perfect[a]e pi[scina]e pulchrae
Laetis inque locis natus la[cus. haec] tamen ipsis
Tunc cum sospes erat coniux, s[acraui]t in usum
Emeritis quondam Alexand[r]e[o] nomine dignae.
Raucisoni lapidoso cadunt [iam fon]te liquores.
Tam laudati operis dominus ue[teranus] et auctor
In suae memoriam uoluit conse[crare] maritae.
Vt tamen et lector nomen [cognosce]re possis,
Singulae declarant exordia [litter]ae primae:
  Aelia cum Tertia subole de coniuge [cas]ta.

CIL. III 6306 et supplem. 8153 (Revue archéolog. 1873 m. Septemb. p. 141 cum Mommseni et Renerii supplementis, Hirschfeld in actis acad. Vindobon. 1874 p. 423) contulit Domaszewski Singiduni (Belgrad) balneum ueterani quo uterentur perfecit sacrauitque coniugis memoriae *Ael. Tertius* cum Aelia Tertia filia. uersus sermoque tam male procedunt ut ne summam quidem sententiam uere restitutam esse spondeam. in lacunis Mommsenianum exemplar elementa fere plura quam Renerianum praebuit, pauca etiam Hirschf. adiunxit et Domasz.

2 *perfecta pes..e* Momms. *perfectae pi...e* Dom. 3 *natiusi* Momms. unde amicus eius *locis nant, ius illud tamen* et *coniux legauit,* cum aeque atque ego *dignae* pro aduerbio haberet. Renier proposuit *locis, natus uerum tamen* ac Tertium natum finxit eo ipso loco. *natusla* legit Domasz. idem clausulam in *ipsis* euanidam significat. an *ipsa?* intellego balneum inceptum uiua coniuge pro eisdem quibus perfectum datur 4 *legionis* suppl. Renier qui quod *legionis quondam Alexandri nomine dignae* construit concluditque post Seueri mortem circa a. 238 titulum incisum esse, hoc praeter necessitatem factum est, quoniam *quondam* cum *emeritis* uel *in usum* potuit comprehendi. quae tendebat in Moesia superiore legio VII Claudia in titulo anni 225 CIL. III 1676 Seueriana cognomen uidetur habuisse. cohortem aliquam ab eodem imperatore nuncupatam Mommsenus intellegi uoluit. *se..* in lapide dignoscere sibi uisus *seruauit* Hirschf. proposuit 6 *raucisoni* uox Lucreti et Catulli, *rauca sonans amnis* Vergili

..*ciste* Momms. qui *cataracte* supplet, *qui fonte* Renier, ...*ste* nec certam *s* Hirschf. 7 *ue..* post *dominus* addit Momms. proponitque *uerecundus*. Renier ex hoc uersu priorem suspendens *concessit*. sed *ue* certum esse, insecutas litteras fere sex testatur Hirschf. 10 sic Renier, ..*niae* atque ideo *liniae* Mommsen. cogitauit iste *nomen singula declarant exordia uersiculorum* aut quod eodem redit *singulae litterae primae*

274

Hic locus est] urbis qui nymphas accipit omnes
e . . . .
..|ri toto octies denis circundatus annis
gratem . . . . . .

CIL. VI 1080 descr. Henzen Romae in tabula marmorea fracta quam *deo imp. M. Aurelio Antonino* fortasse Elagabalo corpus urinatorum dicauit. praecedunt insanae imperatoris laudes in quibus nonnulla uelut *felicia tempora quattor* uel *s*]*uscipias sanctis manibusque suis* carminis similia sunt, carmen tamen non est nisi si in pentametrum rediguntur extrema *Nox dea, fit lux sic, dic mea u...* post autem urinatorum primiceriique commemorationem quae secuntur in fine dactylis composita uidentur, uerum neque sententia aperta est nec quantum desit definire licet

1 supplementum recepi Mommseni 3 ad metrum deest una syllaba uel duae, *ori* (nam potuit limus dici circumdatus toti) uel *puluere* 4 *grate m-* opinor

275

qui nunc Valianus ab isto
dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.

CIL. III 6423 in Issa insula repertus titulus hic *I*(*oui*) *o. m. Aug. sacrum. C. Valius Festus conditor uineae huius loci qui nunc Valianus a Festo dicitur aeternumque tenet per saecula nomen, uoto succepto aram adampliauit et tauro immolando dedicauit* quem cum perierit in suspicionem uocatum defensat Mommsenus l. s. optime

adiecto *fundus* alioue nomine plenum reddere ab *aeternumq.* hexametrum cogitaram prius quam Vergili perspexi imitationem Aen. VI 234 *qui nunc Misenus ab illo dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.* iam Leo Valium scripsisse *ab isto* coniecit, idque haud ambigo quin in ipsa fuerit tabula

276

Vitea quot longis sunt tecta excepta columnis
ac docili libra teretem quot flexus in arcum est,
marmore quot Pareo uiunt spirantia signa
aequo[ris e]t uario quot p[rofluit unda meatu
. . . .

Ephem. epigraph. V 1009 descr. IohSchmidt Caesareae in Mauretania inuentum prope magnam piscinam maceriatam, destinatum nymphaei cuiusdam aut thermarum laudibus

1 quod sic haec exornata sunt omnia debentur uirtuti nescio cuius 2 *flexus* nomen duriuscule positum est pro exedra ita flexa aut porticu 3 *Parii lapides spirantia signa* Verg. ge. III 34 4 formam adumbraui sententiae

277

Sig]num et [der]ectam [p]risca regione co[lu]mnam
Septimius renouat primae prouinciae rector.

Huebner in Hettneri nuntiis German. occidentalium 1891 p. 254 ad ectypum Durocornouii Britanniae in parua basi cuius antica pars habet *I*(*oui*) *o*(*ptimo*) [*m.*] | *L. Sept*[*imius*].. | *u*(*ir*) *p*(*erfectissimus*) *pr*(*aeses*) [*prou. Brit. primae*] | *rest*[*ituit curam agente*] | *C. Iust* . ., sinistra uersum 1, dextra u. 2. litterae dicuntur cum cura incisae aeuo Diocletiani, eodem aeuo prouincia Britannia prima constituta est

1 *et erectam prisca religione* Huebner sententia meliore, fateor, sed tam dissolutum uersum praesidi imputare cunctor spatiaque lapidis ab editore designata supplemento tali minus conueniunt

278

Constantine, tuos sic semper malis iratos
cernimus, Aug(ustis) malis, et pace potimur,
cum et in hoc g[e]nio sese prouincia monst[re]t,
nam [t]o[l]it ille cruces et proelia saeua tyranni.

Eph. epigr. VII 380 ad ectypum, ex peiore apographo V 1477 p. 650 Lambaese in foro

2 *Augg.* lapis 3 *in hoc genio* Schmidtius interpretatur 'eodem animo', opponi prouinciales officialibus imperatoris qui monumentum dedicarint, *ille* u. 4 esse Constantinum. uide ne *hic genius* praeses prouinciae sit monumento honoratus et *ille* pertineat ad eundem sectatorem Constantini 4 *namio..iille* legi potuit, *ponit* Schmidtius interpretans quasi *tollit*, pugnare cum ectypo adfirmans *dolet* et *hodit*, ego feci *tolit* i. tulit, sustulit *tyranni* Maxentii occisi a. 312 cuius aduersus Afros saeuitiam Zosimus II 14 aliique memorant

279

Patris opus munusque [suum] tibi, Roma, dicauit
Augustus [toto Constan]tius orbe recepto,
et quod nulla tulit tellus nec uiderat aetas,
condidit ut claris exa[equ]et dona triumfis.
hoc decus ornatum genitor cognominis urbis
esse uolens caesa Thebis de rupe reuellit,
sed grauior diuum tangebat cura uehendi,
quod nullo ingenio nisuque manuque moueri
Caucaseam molem discurrens fama monebat.
at dominus mundi Constantius omnia fretus
cedere uirtuti terris incedere iussit
haut partem exiguam montis pontoque tumenti
credidit et placido [deuexit per mare flu]ctu
litus ad Hesperium [Tiberi] mirante carinam.
interea Romam ta[et]ro uastante tyranno
Augusti iacuit donum studiumque locandi
non fastu spreti, sed quod non crederet ullus
tantae molis opus superas consurgere in auras.
nunc ueluti rursus ruf[is] auulsa metallis
emicuit pulsatque polos. haec gloria dudum
auctori seruata suo cu[m c]aede tyranni

redditur, atque aditu Ro[mae ui]rtute reperto
uictor ouans urbiq[ue fauens ex host]e tropaeum
principis et munus condi[t decorat]que triumfis.

CIL. VI 1163 e Mercatio et cum supplementis eius, ex Zoega Orellius 38 non indicatis lacunis. AL. Burmanni II 116, Meyeri 816 fuit Romae in basi obelisci quem Constantius erexit anno 357, uide Ammianum XVI 10, 17 et XVII 4. quattuor basis latera senis quodque uersibus inscripta fuerunt ⟨secundi lateris fragmentum superest 268⟩
5 Constantinus Constantinopoli destinauerat 13 *placido* [*uexerunt aequora flu*]*ctu* Mercatius, *uecta est uelocius euro* Fontana 14 *populo* Fontana 15 *taetro* coniecit Vrsinus, *Ta*[*po*]*ro* ceteri incredibiliter. ceciderat Magnentius a. 353 19 *rupes* Burmannus cf. Lucan. VI 34 *auolsaq. saxa metallis.* at *ruf..* traditur. *auulsa* magis feminini generis (*moles*) quam neutri 23 *urbiq*[*ue locat sublime*] *tropaeum* et 24 *condi*[*gnis us*]*que* Mercatius in qua sententia *que* intellegi non posse Meyerus monuit. quae supra scripsi, grammaticae satis faciunt: uictor ouans hostile tropaeum condit, urbi dicans princeps munus suum auget triumphis. *cumulatque* Hense

280

Nectareos succos, Baccheia munera cernis,
quae bitis genuit aprico sole refecta.

Waddington inscr. de la Syrie nr. 2644, CIL. III 188 in agri Apameni aedificio supra muri foramen per quod uuae in prelum effundebantur. de uuis Apamenis editor Lampridium Elagab. 21 testem dat seque nihil gustasse dulcius ait. litterae grandes Constantini temporibus non antiquiores
1 Verg. g. II 454 *Baccheia dona* 2 *uitis* per *u* scribi etiam Adamantius iussit GLK. VII p. 170 sic *domuit* ante uocalem in medio pentametro iam Martialis posuit IX 101, 4

281

Tu modo, Frumenti, domito uirtute rebelli
respicis ac reparas dumis contecta lauacra.

CIL. VIII 10946 prope Tigauam Mauretaniae Caesariensis in thermis opere musiuo

1 nomen rarum, CIL. VII 1074 Frumentius mil. coh. II Tungrorum. iste quis fuerit, quem domuerit rebellem nescimus. hoc uerbum pro substantiuo poeta frequentat Claudianus

282

Haec tam prisca suis longaque origine nolis
curator titulis semper uiuescere lectis.

Ephem. epigr. V 1248 descr. Prudhomme in lapide magno effosso prope Thubursicum Bure proconsularis prouinciae

'recognoscatur necesse est' IohSchmidt, neque mutare quidquam ausus sum, etsi *notis* et *uiuescere fecit* plenam reddunt sententiam. certe titulo signata prisci operis restitutio praedicatur. *molis* uel *moles* Leo, *curator* esse uerbi imperatiuum

283

inuidosque meos ci[ues . . .
et desperantes torqu . . . .

sed nullus fugiat laua . . .
Nympharum lateant d . . .
gaudemus domini uenir . . .

CIL. III 6379 Salonis superiore et dexteriore parte mutilus titulus ad lauacra uidetur pertinuisse

inter 2 et 3 unius uersus spatium relictum est

3 *t* in *fugiat* lapicida postea addidit 4 nullum lateant *dulces?* 5 *uenerandi munere* tale? sed tres postremos uersus quasi Phalaeceios incipere Leo adnotat

284

. . . i uo[t]u . .
. . . ro uaporauerit as . .
. . . qui praebuit horas
. . . f]uriata procella
. . . eri ditatus in aeuum.

CIL. VIII 5357, non uidetur extare   Calamae secuntur tres uersus .....*u*(*iro*) *c*(*lariss.*) *procons*(*ule*) *recto*-.....*nferrende lu* ... *auiino conss.* ubi *P*]*aulino* coni. Mommsen, anno 498?   exitus sunt hexametrorum, argumentum parum dispicio, an de horologio?
2 *astro?*   4 *auriata* traditur

285

Haec loca Theudosius decorat post fata tyranni.
aurea saecla gerit, qui portam construit auro.

CIL. III 735, LeBas inscr. grecques et lat. 2 p. 344 n. 1494. AL. Burmanni II 115, Meyeri 814   Constantinopoli supra portam auream in iano medio infixis uncis circumplicatis litteris prioris uersus intus, posterioris foris, cf. Strzygowski in Waalii actis Rom. trimestr. 1893 (VII) p. 2.   V duobus uncis efficta in *aurea*, in ceteris per ternos ut Y (*Theydosiys, qyi, ayro*)
1 Maximus tyrannus occisus est a. 388   2 *Augustus aurea condet saecula* V. Aen. VI 792

286

Difficilis quondam, dominis parere serenis
iussus et extinctis palmam portare tyrannis —
omnia Theodosio cedunt subolique perenni —
ter denis sic uictus ego domitusque diebus
indice sub Proclo superas elatus ad auras.

CIL. III 737, LeBas inscr. grecques et lat. 2 p. 344 n. 1493. AL. Burmanni II 117, Meyeri 817   Constantinopoli in obelisco hippodromi erecto anno 390 (Marcellinus comes), alteri basis lateri insculpta disticha graeca duo Kaibel epigr. 1061
1 Iulianus obeliscum Constantinopolim arcessere temptarat   sic *fratres serenos* Claudianus Arcadium et Honorium uocat. Serenae pater adoptiuus Theodosius   2 *tyrannis* Maximo et filio eius Victore   3 pronuntiandum ut in graeco epigrammate scriptum est Θευδόσιος βασιλεύς. *cedunt Iouis omnia regno* Ou. met. X 148 cf. 279, 10   4 *uictus eo* Burmannus proposuit. *ego* tum plerisque pro iambo fuit. in graeco carmine ἔστη κίων ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύω

unde *duobusque* Gyllius sumpsit 5 *Proclo* erasum et in litura repositum, item in Graecis Πρόκλῳ erasum et Πρόκλος repositum. praefectus enim urbi CPolitanae ab a. 389 capite damnatus est a. 392 *superas* minus certum, *su...as* cum hiatu exemplaria fideliora nec tamen *sum altas* aut quod Gruter 185, 7 dedit *rursus sum elatus* lacunae reliquiisue respondet. cf. 279, 18

287

Martia Theudosium dominorum Roma parentem
aetherio diuum uenerans sacrauit in orbe.

Muratori 265, 4 a Ligorio, sed anticum carmen nec fictum uidetur, etsi inter falsa relatum est CIL. VI 781*, consentit mecum Rossius. AL. Burmanni uol. II p. 719, Meyeri 813 Romae fuit in S. Petri. Theodosium Arcadius et Honorius filii inter diuos receperunt

1 *mapiia theodosium* codex Neap.

288

Terra [Libyssa colit Roma]ni sidera regni
ia]m de . . . ans armorum fulmina [co]ndit
gra[ta . . . . t]utela Valentinianu[s
. . . . et Theodosius artem.

CIL. VIII 8481, Renier inscr. Alg. 3290 Sitifi diffractus quadrifariam lapis cuius ne illa quidem fragmina iam extant omnia. primum uersum expleui ut ambitus lacunarum cognosceretur. laudantur Valentinianus III et Theodosius II (a. 425—450) ac sententia sane egregie reconcinnata est a Rossio CIL. VIII add. p. 972 *fulgida conscendens terraeni sidera regni, imperium dedicans armorum fulmina condit Placidiae grandis tutela Valentinianus, pace fruens doctam exercet Theodosius artem*, inscriptum esse carmen imaginibus Augustorum anno 425 quo Valentinianus sub tutela Placidiae purpuram sumpserit, Theodosii respici litteraria studia calligraphi. magis tamen tutelam pacis et regnandi artem dictam opinor

2 *mde* fertur, non uidit hoc frustulum Wilmanns. potest *iam deus otia dans*, potest *unde iubar radians pandit* suppl. Renier 4 ..*at* Ren.

289

Theodosii iussis gemino nec mense peracto
Constantinus ouans haec moenia firma locauit.
tam cito tam stabilem Pallas uix conderet arcem.

CIL. III 734 a Mordtmanno aliisque, add. p. 990. AL. Burmanni uol. II p. 718, Meyeri 815 Constantinopoli supra portam nouam secuntur cum signo crucis graeca ἤμασιν ἑξήκοντα φιλοσκήπτρῳ βασιλῆι Κωνσταντῖνος ὕπαρχος ἐδε[ίμ]ατο τείχεϊ τεῖχος. CPolitani *muri olim terrae motu conlapsi intra tres* (corrige *II*) *menses Constantino praef. praet. operam dante reaedificati sunt* Marcellinus ad annum 447
3 V. ecl. 2, 61 *Pallas quas condidit arces*

290

Subductos olim latices patrieque nega[tos
restituit populis puro Flauiolus am[ne.

CIL. X 7542 recognouit Mommsen in Sardinia rep. Norae, iam Caralibus in museo praescriptum *saluis ddnn. nn. Theodosio et Placido Valentiniano s[emper Augg.* annis 425—450, subscriptum *cu[r]ante Valerio Euhodio principale ac primore eiusdem urbis*
2 *Flauiolus amore* Muratori 466, 4

291

Condidit Antigonus haec moenia fortia Poenis
surgentemque dedit rauiem contemnere ponti.

Acta acad. inscr. Paris. 1869 Octobr. p. 183, CIL. III 6037 Sidone Parisios delatum praecedit crucis signum et subsequitur. *que* sic notatur ut *e* minuscula ad *q* se applicet. quinto aut sexto saeculo Chr. titulus adscribitur, pertinet autem ad aggeres mari obstructos ab Antigono Demetrii patre qui regionem illam cum ante parumper suo imperio coercuisset tum paene continuis annis 314—306 ante Chr. tenuit

292

Maximus has olim therm . . . . .
diuinae mentis ductu cum o . . . .

Visconti in ann. instit. arch. 1864 p. 181 in museo Vaticano. litteratura inferioris aetatis, de Maximo et thermis quaerere distuli, cf. Iordan topogr. II p. 222

1 potest *thermas extruxerat, urbem* et 2 *ornaret*

293

Honestam praebens ornatui publico laudem
forum praefulget rerum sub strata emeatu.

CIL. VIII 1584 descr. Wilmanns in oppido Musti. cloacae monumentum scias esse, editor enim uereor ut satis intellexerit, licet merito increpet barbarismos

2 *emeare* ex Ammiano et Augustino, *emeatus* non relatum est in lexica. *strata* uia, aliter opinor ac ueteres dixerunt *per strata uiarum*

294

. . . . . namari indusira
qui piia tr . . . . dona pertegi miliori
auspi[cio, flu]men cum pontis munere iuncxit.

CIL. VIII 8692 descr. Poulle in tractu Sitifensi nimio peius tradita quam ut restituas. uidetur de traiectu uiae mentio facta

1 *industria* si subest, clausula uersus periit. *feruidus ira?* 2 *bona perfecit meliori?* 3 *t* extrema figurata in speciem ancorae inuersae, prima persona (2 *pertegi*) minus probabilis

295

Hinc ab al[to] | aquosos amara ... | campos,
in ar[ce]m ins|tructam cernimus tec[ta] | domorum,
classes nauium, | certantur aequora remis |
aquarum multarum, aiium|tur multitudo pomorum. |
Romani proles excitat fas|tigia tectis.

Revue archéolog. 1890 m. Iulio p. 137 n. 74 ed. Cagnat, inuenit et descr. Pacquetau Cartennae opere musiuo orbiculato. pars litterarum iam effracta dicitur, sententia uersuum obscura, plurimi describere uidentur uillae situm aut picturam musiui

1 fortasse *Am-* aquarum uel camporum nomen 2 *ar*[*ce*]*m?* in breuiario Cagnati. melius hoc quam *arcum*. tum *instructa* interpretor 3 *certantibus aequora remis* V. Aen. III 668 4 *altum tur?* Cagn. intellegerem *arborum m. aluntur* 5 *Romani* non credo eius qui comes per Africam a. 372 Firmi ac Maurorum rebellionem concitauit *fastigia tecti* Vergiliana clausula

296

Siccum utiq]ue campum et uiantib[u]s sat[i]s inuisum
ob mala] prolixa ob[scae]ni mortis euentus,
sort]itis famem qua non aliu[d] grau[iu]s [t]um,
c]astrum reddidisti comes ornatum sumo decore,
Siluine, limitis u[ius f]ortissimae custus,
dominorumque fide [la]u[datu]m toto per orbe,
et lumfis polle[r]e ca[mp]os [ho]s ita parasti,
Caereris ut i[am] co[pia u]bique posse teneri.
hospes u[ad]e laetus, itineris perage cursum,
et boni po[rro l]aetus cum laude cane[nd]o
m]agnanim[i du]cis pace belloque b[ale]ntis,
quem praecor super[os] altiori [sed]e subnixum
gr]a[t]ia domini uel ardua [toll]ere in [ast]ra
et natis gaudere deco[r]antibus fa[c]ta parentis.

CIL. III suppl. 6660, ex ectypo Eutingii descripsit summo labore Dressel prope Palmyram. in marginibus litterae christianae ☧A et ☧ω. supra integer lapis uidetur. Mommseni supplementa in hoc et illo uersu auxi uel correxi

2 aut *facultate prol.* tale 3 *grau*[*iu*]*s* [*mal*]*um* Momms. sed unius ante *um* litterae spatium capax 5 *huius* posui. spatium fortasse maius, 'non uidetur fuisse *orientis*' Dressel 7 *cae..os b..sita* ectypon, *campos et sata* Momms. 8 *uti..goba..*(*a* dimidiata paene) lectum est, *ut negotium* Momms. 9 *uade* Hirschfeld, *uale* Momms. 10 *potens laetus* dubitanter Momms. fortasse *pota*

11 spatium recipere uidetur *magnanimiq. ducis*, sed plenis litteris *que* hic scribitur   12 *super.baltiori...isub* ect.   13 *palia* hoc fere lectum est: *talia* Momms. opto *palatia*   *arduae.......epeen..fra* ectypon, uidetur longius uerbum fuisse ut *extollere* aut si *superi* non regunt hunc infinitiuum, *escendere*

297

Vna et bis senas turres crescebant in ordine totas,
mirabilem operam cito constructa uidetur.
posticius sub termas balteo concluditur ferro.
nu[ll]us malorum poterit erigere man(um),
patrici Solomon(is) insti[tu]tion(em) nemo expugnare ualeuit.
defensio martir(um) tuet[u]r posticius ipse,
Clemens et Vincentius martir(es) custod(iunt) in[t]roitum ipsum.

Renier inscr. Alg. 2746, CIL. VIII 5352   Calamae 'pertinere ad moenia ea quae nostra aetate superfuerunt inde intellegitur quod ea turres tredecim habuerunt, cf. Procop. b. Vand. 2, 19' Mommsenus. anno 539

1 confunduntur in hac barbarie nominatiuus et accusatiuus casus, cf. 2 et 6   3 *posticius* (unde *posticiarius* ianitor) porta postica legitur etiam in alio titulo quem adtulit Georges lex. *posticium* παραθύρα uel *latens ostium* in glossariis II p. 154 et 394 V p. 235 Goetz. et Tironianis p. 100,60 Schmitz. hunc exitum balteus murorum habebat ferratum

7 uterque martyr apparet in kalendario Karthaginiensi, Ruinart act. martyr. p. 694 s.

298

Obtullit imperio praefect[us opem Theodorus.

CIL. VIII 10498 ex ectypo Tissoti   apud Macomades prouinciae Byzacenae. praecedunt graecorum hexametrorum trium principia Χριστὸς Ἰουστίνῳ Σο[φίῃ τε]... Τιβερίῳ τ' ἐπὶ τοῖσιν ὅλ[ης χθονὸς ἔτραπεν ἀρχήν], νεῦσεν ἀναστῆσαι τάδε [δώματα ... siue aedem siue moenia. curauit faciunda praefectus aliquis, adsumpsi nomen breuius quam a Mommseno propositum *Zosimianus*, ut adiungerem *opem*. intra annos 575 et 578

1 i. obtulit

299

Quis quis ardua turrium miraris culmina
uestibulumq. urbis duplici porta firmatum,
dextra leuaq. binos porticos arcos,
quibus superum ponitur camera curua conuexaq.:
Comenciolus sic haec iussit patricius
missus a Mauricio Aug. contra hostes barbaros
magnus uirtute magister mil(itum) Spaniae.
sic semper Hispania tali rectore laetetur,
dum poli rotantur dumq. sol circuit orbem.
ann(o) VIII Aug(usti) ind(ictione) VIII.

Huebner inscr. Hisp. christ. 176 ad ectypum   Carthagine Hisp.   crucis signo quod initium est inhaerent litterae singulares incerti significatus *q. r. a.* annus indicatur 589/90. Comentiolum scribonem comitem ducem exercitus historiae uelut Theophylacti (p. 332 s. de Boor) memorant, Hispanicam eius expeditionem ignoramus. hexametri sine dubio uersus 8 et 9

4 *superimp.* mala pronuntiatione mutatum   8 pronuntiandum *Spania*   9 ex Vergiliano *polus dum sidera pascet* uel Claudianeo (II in Ruf. 527) *dum rotat astra polus*

300

Quod duce te mundus surrexit in astra triumphans,
hanc Constantinus uictor tibi condidit aulam.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 345, FPiper de duobus Constantini M. titulis (Gothae 1874) p. 41 ss.   fuit Romae in arcu basilicae S. Petri Vaticanae opere musiuo

1 *te* Christo. mundum triumphantem non ad salutem olim a Christo monstratam sed ad profligata per Constantinum Romana numina Piper rettulit   2 *hinc* apographa antiquissima, *hinc* corr. in *hanc* Einsidlense. imitatus est Desiderius abbas a. 1071 apsidi basilicae in monte Casino inscribens *ut duce té patria iustis potiatur adepta, hinc Desiderius pater hanc tibi condidit aulam* (Rossius p. 20)

301

Constantina deum uenerans Christoque dicata
Omnibus impensis deuota mente paratis
Numine diuino multum Christoque iuuante
Sacraui templum uictricis uirginis Agnes,
Templorum quod uincit opus terrenaque cuncta,
Aurea quae rutilant summi fastigia tecti.
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui uincere mortem
Inuectus caelo solusque inferre triumphum
Nomen Adae referens et corpus et omnia membra
A mortis tenebris et caeca nocte leuata.
Dignum igitur munus martyr deuotaque Christo
Ex opibus nostris per saecula longa tenebis,
O felix uirgo, memorandi nominis Agnes.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 44 adhibito codice saeculi VIII Parisino pleniorem promittens recensionem, Orelli 1097 fuit Romae in apside basilicae quam *Constantina deo* in honorem S. Agnetis condiderat uia Nomentana. Constantina creditur esse Constantini Aug. filia primum Hannibaliano Regi nupta deinde Gallo Caesari (a. 351) cf. Ammianum XIV 1, 2

3 *nomine d. multumque Christo iubente* Paris. 4 *sacrauit* Or. 5 *quae uicit* Or. 6 *aureique* Paris. *rutilat* Or. 9 *inuictusque caelo solus ferre* Paris. 10 *adae* Rossius e codice alio: *adde* Paris. *adhuc* Or.

302

Felix militiae sumpsit deuota Iouinus
cingula uirtutum culmen prouectus in altum
bisque datus meritis equitum peditumque magister
extulit aeternum saeclorum in saecula nomen.
sed pietate graui tanta haec praeconia uicit

insignesque triumphos relligione dicauit,
ut quem fama dabat rebus superaret honorem
et uitam factis posset sperare perennem.
conscius hic sancto manantis fonte salutis
sedem uiuacem moribundis ponere membris,
corporis hospitium, laetus metator adornat,
reddendos uitae saluari prouidet artus.
omnipotens Christus, iudex uenerabilis atque
terribilis, pie longanimis, spes fida precantum
nobilis eximios famulis non imputat actus,
plus iusto fidei ac pietatis praemia uincant.

Le Blant inscr. christ. Gall. I 443, 335 ex Flodoardo qui aureo decore titulum inscriptum fuisse basilicae S. Agricolae Remensi narrat Iouinum credunt fuisse Fl. Valentem cos. a. 367 identidem memoratum ab Ammiano Marc. 6 foedus uersus, insitiuus aut commutatus opinor 10 et 11 in carmine christiano Treuerico saeculi V (Le Blant ibid. 347, 242) sic repetuntur *sedem uicturis gaudens componere membris fratribus hoc sanctis ponens altare Cyrillus corporis hospitium sanctus metator adornat*

303

Deuotione uigens augustas Pontius aedis
restituit praetor longe praestantius illis
quae priscae steterant. talis, res publica, quere.

CIL. XII 138 contulit Mommsen, inscr. Helu. 10, Or. 250 Seduni. pone uersum 1 insigne apparet Christianum (Xρ mediae inter α et ω) cuius publica inscriptio nulla antiquius habet exemplum, ut Mommsenus et Rossius adnotarunt. carmen secuntur haec *d. n. Gratiano Aug. IIII et Mer(obaude) cos. Pontius Asclepiodotus u(ir) p(erfectissimus) p(raeses) d(e)d(icauit).* annus est 377
1 *religione* Rivazius corrigendae causa prosodiae

304

Militiae nomen dederant saeuumq. gerebant

officium pariter spectantes iussa tyranni,
praeceptis pulsante metu seruire parati.
mira fides rerum: subito posuere furorem,
conuersi fugiunt, ducis impia castra relinquunt,
proiciunt clypeos faleras telaq. cruenta,
confessi gaudent Christi portare triumphos.
credite per Damasum, possit quid gloria Christi.

Rossi inscr. christ. Rom. II 101, 20 ex syllogis antiquis tribus elogium Damasianum Nerei et Achillei martyrum quod fuit in coemeterio Domitillae uia Ardeatina, cuius fragmina nuper duo eruderata sunt. *Nereus et Achilleus martyres* praescriptum. papa Romae Damasus sedit ab a. 366 ad 384

6 *et tela* emendabat Gruter 1171, 6 sed ..*aq.* apparuit in marmore

305

Extremo tumulus latuit sub aggere montis.
hunc Damasus monstrat, seruat quod membra piorum.
te Protum retinet melior sibi regia caeli,
sanguine purpureo sequeris, Yacinthe, probatus.
germani fratres, animis ingentibus ambo,
hic uictor meruit palmam, prior ille coronam.

Rossi inscr. christ. Rom. II 30, 72 et 104, 41 ex codd. Einsidlensi et Palatino fuit in crypta Proti et Hyacinthi uia Pinciana, dimidia fere pars extat litteris Philocalianis marmori incisa in ss. Quattuor Coronatorum

4 etiam loculo Hyacinthi inscriptum est *Yacinthus martyr*, qua de scriptura cf. GLK. VII p. 23 et 81 5 s. cf. Vergiliana *ambo animis, ambo insignes praestantib. armis, hic pietate prior*

306

Hic habitasse prius s(an)c(t)os cognoscere debes,
nomina quisq. Petri pariter Pauliq. requiris.
discipulos oriens misit, quod sponte fatemur:

sanguinis ob meritum — Chr(istu)mque per astra secuti
aetherios petiere sinus regnaq. piorum —
Roma suos potius meruit defendere ciues.
haec Damasus uestras referat noua sidera laudes.

Rossi inscr. christ. Rom. II 32, 77 et 105, 44 ex Einsidlensi aliisque syllogis et medii aeui marmore, cf. p. 459
fuit uia Appia in sede ss. Petri et Pauli sepulcrali ad catacumbas
1 *habitare* pars antiquorum 4 *Christum qui* aut tantum *Christum* plurimi 5 *regnumque* Turonensis
7 num Auienum taxat sidera canentem uetera?

307

Eutychius martyr crudelia iussa tyranni
carnificumq. uias pariter tunc mille nocendi
uincere quod potuit monstrauit gloria Christi.
carceris inluuiem sequitur noua poena per artus,
testarum fragmenta parant ne somnus adiret,
bis seni transiere dies, alimenta negantur,
mittitur in baratrum, sanctus lauat omnia sanguis
uulnera quae intulerat mortis metuenda potestas.
nocte soporifera turbant insomnia mentem,
ostendit latebra insontis quae membra teneret,
quaeritur, inuentus colitur, fouet, omnia prestat.
expressit Damasus meritum: uenerare sepulchrum.

Rossi inscr. christ. Rom. II 105, 45 conlato lapide qui extat integer ad S. Sebastiani uia Appia
2 Aen. VII 338 *mille nocendi artes,* AL. Riesi 4, 52 *mille nocendi uias* 9 Petronius sat. 128 *nocte soporifera ueluti cum somnia ludunt*

308

Illustri Pau]lus gener[e ortus itemque Iohannes
. . . .
. . an]imam casto semper [pietatis amore
caelest]is regni regi ae[terno famulati,

quos terri]s tenuit fratres do[mus una fidesque,
nunc caelu]m accipiet iungit[que in saecla coronis.

com]posuit lau[des Damasus, cognoscite, rector,
ut pleb]s sancta [nouos discat celebrare patronos.

PGermano in Waalii scriptis Rom. trimestr. 1892 p. 63 ss.

carminis Damasiani destinati ss. Iohanni et Paulo Caelimontanis fragmenta alia in foro reperta ad aedem Romuli nuper, alia ab Aldo Manutio olim lecta, illa quidem Philocaliana specie litterarum inscripta. supplementa sunt Rossii (bull. archeol. crist. 1889 p. 143, 1890 p. 147), in primo uersu Germani l. s.

2 *pro Christo sanguine fuso dant an*]*imam c. s.* [*seruatam amori* Rossius proposuit 7 sic in ss. Chrysanthi et Dariae *ornauit Damasus tumulum, cognoscite, rector* (Rossi inscr. christ. II 135, 9)

309

Marmoribus uestita [nouis ueneranda sepulcra,
quae intemerata fides [decorat Christiq. corona,
hic etiam paries iusto [distinguet honore:
omnia plena uides [diuino lumine caeli.

Notizie d. scavi 1889 p. 274, acta arch. Rom. municip. 1889 p. 442 descr. Gatti Romae in campo Verano fragmentum marmoris calligraphia Philocaliana incisi testantis Damasi auctoritatem. suppleui ut adumbrarem argumentum

3 *iustorum nomina pandit* Rossius proposuit in Waalii actis trimestr. Rom. 1890 p. 287

310

Cingebant latices montem teneroque meatu
corpora multorum, cineres atque ossa rigabant.
non tulit hoc Damasus, communi lege sepultos
post requiem tristes iterum persoluere poenas.
protinus adgressus magnum superare laborem
aggeris inmensi deiecit culmina montis.
intima sollicite scrutatus uiscera terrae

siccauit totum quidquid madefecerat humor.
inuenit fontem, praebet qui dona salutis.
haec curauit Mercurius leuita fidelis.

Rossi inscr. christ. Rom. II 56, 14 et 411, 5 prodiit marmor pone basilicam Vaticanam, extat in cryptis Vaticanis. hoc carmen ex Damasianis primum rediit in lucem saeculo XV, mihi qui nec Damasiana nec christiana omnia percensere uolo, nunc postremum esto

8 *umor* PSabinus adnotans hinc disci quomodo id uerbum scribendum sit. at *humor* qui extat titulus. an renouatus?

311

Qui peccatorum sordes abolere priorum
terrenisq. optas maculis absoluere uitam,
huc ades ad Chr(ist)i fontem sacrumq. liquorem,
corpus ubi ac mentes pariter sensusq. lauantur
aeternumq. datur casto baptismate munus.
hanc autem fidei sedem construxit ab imo
militiae clarus titulis aulaeq. fidelis
Romanaeq. urbis praefectus Longinianus.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 150, 19 ex codice Palatino in S. Anastasiae in Palatino fuit 'ad fontes'. Longinianus (*longimanus* cod. quo solet id nomen mendo deformari) praefectura urbis functus est non a. 394 (ita Rossius calami lapsu) sed a. 402/3 (CIL. VI 1188, Seeck Symmachi p. 347)

4 *minies* codex, em. Gruter 1164, 7 5 *aeternamq.* codex

312

Culmen apostolicum cum Caelestinus haberet
primus et in toto fulgeret episcopus orbe,
haec quae miraris fundauit presbyter urbis
Illyrica de gente Petrus, uir nomine tanto
dignus, ab exortu Christi nutritus in aula,

pauperib(us) locuples, sibi pauper, qui bona uitae
praesentis fugiens meruit sperare futuram.

Rossi inscr. christ. Rom. II 24, 27 et 111, 71 extat in S. Sabinae in Auentino opere musiuo. sedit Caelestinus papa ab anno 422 ad 432

6 contrario acumine Iuuenalis 5, 113 *diues tibi, pauper amicis*

313

Theodosius pater Eudocia cum coniuge uotum
cumque suo supplex Eudoxia nomine soluit.

Rossi inscr. christ. Rom. II 110, 66 ex codice Palatino, Gruter 1174, 6 fuit Romae in S. Petri a uinculis. Eudoxia Theodosio II et Eudocia nata circa annum 422 Valentiniano III pridem desponsata et a. 437 Constantinopoli nupta in Italiam aduenit a. 438 (*facta domna Eudoxia Augusta Rauennae VIII id. Aug.* Agnellus)

2 *cum suo nomine* idem fere ualet quod *suo nomine*, abundat praepositio aut quam sententia edidit communitatem clarius enuntiat, ut apud Sedulium *tres una cum mente uiri*, in heptateucho *femina sordet corpore cum toto* similiaque multa. nec sine argutiis composita sunt *supplex* et εὐδοξίας nomen. *coniuge* suppositurus erat Dessau inscr. select. 819

314

Theodosius coepit, perfecit Honorius aulam
doctoris mundi sacratam corpore Pauli.

Placidiae pia mens operis decus omne paterni
gaudet pontificis studio splendere Leonis.

Rossi inscr. christ. Rom. II 81, 17 et 98, 5 in basilica S. Pauli musiuo opere extant instaurata. prius carmen Rossius ipsius Honorii iussu apsidi inscriptum esse putat, posterius certe post a. 440 ortum est quo Leo pontificatum suscepit

315

Iustitiae sedis, fidei domus, aula pudoris
haec est quam cernis, pietas quam possidet omnis

quae patris et fili uirtutibus inclyta gaudet
auctoremq. suum genitoris laudibus aequat.

CIL. VI p. X n. 10, Rossi bull. arch. crist. 1879 p. 164 et inscr. christ. Rom. II p. 21, 10 et p. 47
inscriptionem anonymus Einsidlensis aliique ex apside basilicae S. Petri Vaticanae descripserunt, eadem in Numidia reperta est prope Theueste fracta quidem et mutilata sed ut nobile carmen in illa ecclesia sexto saeculo repetitum fuisse constet CIL. VIII 10698 (ubi extrema ..*udibus e*...)
1 *sedes* pars apographorum. *haec domus est fidei* incipit epigramma fontis quod fuit in basilica S. Pauli

316

. . arias defendit in antro
. . s conserbat in alt[o.

CIL. VIII 1654 Siccae Veneriae christianum puto, 2 *deus?*

317

Martirib(us) sanctis promissa Colonicus insons
soluit uota sua laetus cum coniuge Cara.
hic situs est Iustus, hic atq. Decurius una,
qui bene confessi uicerunt arma maligna,
praemia uictores Cristi meruere coronam.

CIL. VIII 8631, Rossi bull. crist. 1876 tab. 3 prope Sitifim. martyres hos Rossius bull. 1875 p. 171 ad Diocletiani tempora rettulit quibus Florus in Numidia Christianos persecutus est (Optatus schism. Donat. 3, 8)
1 *Colonicus* fortasse non magis quam *Cara* nomen proprium, hoc ut suppresserit mendicus Christi

318

Munera quae cernis, quo sancta altaria fulgent,
his sumptusq. l]aborq. inest cura[que Pot]enti,
creditum [sibi qui gau]det perficere munus.
martyr] hic est Salsa dulcior nectare semper,

quae meruit caelo semper habitare beata,
reciprocum sancto [stu]dens [mu]nus inpertire Potenti,
in]teritumq. eius celorum regno pro[babi]t.

Geffroy in actis menstruis academiae Gall. inscript. 1891 p. 193 delineatum edidit ex Gsellii apographo, suppleruut Gsell Duchesne Rossi   Tipasis Maurorum in basilica sanctae Salsae in musiuo. Potentius notus est in historia Africae christiana legatus Leonis Magni a. 446

2 initio praestat fortasse *ornatus*   4 luditur in etymo (*salsipotenti multipotenti* Plautus)   6 cogitasse uidetur scriptor *quae meruit et* Potentium remunerans *probabit*. praetuli *studens*, ceteri *reddens*. nec pro datiuo *Potenti* positum credo sed subaudimus *sancto* muneri *Potenti*

319

Si quis ut uiuat quaerit addiscere semper,
hic lauetur aqua et uideat caelest[ia regna.

Ephemeris epigr. V 1304   Tipasis in Mauretania Caes. in baptisterio pictura musiua ornata auibus

2 ita suppl. editor, nec praeferemus *signa* aliudue, quoniam stabiliuit illud consuetudo christiana (uelut Rossi inscr. chr. Rom. II 117, 96 *uos equidem nati caelestia regna uidetis*)

320

Cede uetus nomen, nouitati cede uetustas,
pulcrius ecce nitet renouati gloria fontis.
magnanimus hunc namque Neon summusque sacerdos
excoluit pulcro conponens omnia cultu.

CIL. XI 255 ex Agnelli libro pontificali de S. Neone qui Rauennati ecclesiae praefuit anno 458   Rauennae in baptisterio quod Neon musiuis auro lapidibus exornarat, cf. elegiacum carmen incipiens ab eodem uersu *cede prius nomen, nouitati cede uetustas*

alia carmina christiana Rauennatia idem Agnelli liber seruauit satis multa ac longa partim hexametris partim elegis conscripta repetita in CIL. XI 258—307

321

. . poteris [co]gnoscere lector
itibnmtus qu[i] me forma[ue]rat auctor
sii ti n mperfecta manebo
se.i.eteni n.subqperegi
..ome..sicut erat ss pone figuras
..mbo sperarit d(omi)n(u)s te seruet in euum.
..ridus sc[rip]tor scripsit sculpsitq. lapillo.

Kraus inscr. christ. Rhen. 38 ad ectypum Moguntiaci in lapide magno fracto pessime habito male inciso (*per* ut in codicibus notatum est *p* in uersibus 3 4 6) 2 *sit tibi laudatus? monitus qu(a)e* coniecerat Becker 3 *imperf.* Becker, *qui perfecta* probabilius dicit Kraus legentibus 4 *ubique peregi?* 5 *pro me* Kraus *erant* idem cum *at* conexae sint in figuram *n* litterae *ss* pro *sanctorum* cepit Becker 6 *ambo sperarint* Becker 7 *Sifridus* coni. idem

322

Praecursor domini martyr baptista Ioannes,
posside constructam in aeterno munere sedem,
quam deuotus ego rex Reccesuinthus amator
nominis ipse tui proprio de iure dicaui
tertio post decimum regni comes inclytus anno
sexcentum decies era nonagesima nouem.

Huebner inscr. Hisp. christ. 143 ex Morale in Callaeciae regione Baños in ecclesia S. Iohannis Bapt. aera 699 aequat Christianum annum 661, si tamen 699 significatur uersu 6, in quo *sexcentum decies* Huebnerus pro *sexies centum* positum putat, ego uereor ne emendandum sit uelut *dege(n)s*

323

pinxit et ut decuit diuerso fulxit honore

CIL. X 4540 ex schedis fuit Capuae in ecclesia maiore. anticumne an aeui Langobardi sit aut recentioris, Mommsenus dubitat, Rossius inscr. christ. Rom. II p. 393 quia maior ecclesia fundata sit anno 856, antiquius fuisse saeculo nono negat

1 *fulcio fulxi* habet Priscianus p. 539 H. at tanto usitatius est *fulgere honoribus* ut nescias an uoluerit iste *fulgida fecit.* Romae in aede S. Stephani Caelimontana musiuo opere expressum epigramma saeculi septimi (Rossi ibid. II 152, 31) *aspicis auratum caelesti culmine tectum astriferumq. micans praeclare lumine fultum* non dubium est quin ad structuram apsidis respiciat ac fulturam

---

324

ordinibus Scythicis curas qui sustulit aegras.

Henzen Or. 5289, CIL. III 768 Tomis in basi statuae cuius uestigia supersunt fortasse praesidis prouinciae

325

Hic bis praefectus patriae, praefectus et idem
hic Libyae, idem Libyae proconsul et ante,
ter uice qui sacra discinxit iurgia iudex
consul et aeterno decorauit nomine fastos.
cetera quid memorem tanto sub iudice gesta,
cum Proculum uideas toto qui natus honori est?

CIL. VI 1693. AL. Burmanni II 141, Meyeri 829 Romae. periit subscriptum *collegium suariorum patrono prestantissimo.* Q. Aradius Proculus Populonius de quo uide titulos urbanos 1690 ss. Henzenique expositionem p. 367, fuit bis praef. urbi a. 337 et 351, praeterea procos. prouinciae Africae et qui per dioecesin Africanam officio praefecti praetorio perfungeretur, uice sacra iudicans semel iterumque in urbana tertium in Africana praefectura, cos. a. 340

6 cf. CIL. VI 1692 *ille ego sum Proculus totus qui natus honori*

326

. . . . . . imbuere fabentis,
hic nunc Campanas moderator sublebat urbes,
unde ordo et populi statuam tribuere Suessae.

CIL. X 4759 et add. p. 1012 ex schedis. AL. Burmanni III 23, Meyeri 887 Suessae Auruncae. quarti saeculi, ut puto. supra periere plures uersus, subscriptum *l*(*ocus*) *d*(*atus*) *d*(*ecurionum*) *d*(*ecreto*)

1 emendandum *tribuere* uel *exibuere*

327

Florentem meritis Crhysanti nomine famam
patria concelebrant cuncti populique patresque
uocibus [et] claros titulis consignat honores
teque tuosque manet longos mansura per annos
felix prole uiri, dignos quesitura nepotes.
ad tu, summe deus, Crhysanti respice gentem.

CIL. X 1813 (IRN. 2507) uidit Mommsen sed in alto positum lapidem minus quam optarat commode describere potuit Puteolis. praescriptum *Tanno*[*ni C*]*rhysanti u*(*iri*) *c*(*lariss.*) *patroni*, eodem modo Chrysanthi nomen scriptum est uersu 1 et 6. corrupti sermonis aetatem uel unus u. 5 ostendit, *curante Tannonio Crysantio u. p*(*erf.*) Aemilianus consularis Campaniae thermas Seuerianas Literni ornauit CIL. X 3714, Tannonio Boionio *Crhysanti* siue *Crhysantio* puero egregio statuam Puteolani posuerunt ibidem 1815

2 *concelebrat* correctum est in apographis 3 *et* omisit in uersura dum a dextra laeuam petit lapicida 4 *manet* erratum opinor, fortasse *canet* ut Ou. trist. II 562 *teque tuosque canam* 5 Verg. A. VI 784 *felix prole uirum*

328

. . . .
inco]lumem . . i ei . . .
leg]atusque animi incertus, [cum tristis ad aures

nostras acciderit def[uncti fama patroni,
d]ansque fidem et precibu[s motus communibus illi
supr]emum posita merced[e dedit monumentum,
et nar]rare palam prouinci[a iussit honorem.

CIL. X 1719 descr. Mommsen Puteolis inuenta tabula aerea, nunc in museo Vindobonensi subscriptae duae litterae apparent, prior fortasse *m(ille)*, altera *x* (i. denariis) honoratus est in illo emporio primarius aliquis uir a prouincialibus transmarinis, id supplementis significare uolui. longe aliis et amplioribus ac militaribus (3 *deficit a me, 6 milites comp]arare palam prouinci[am ad arma uocare*) quasi pedestrem orationem circumiecit Mommsenus 6 *a* fuit aut *r* ante *-rare*

329

Tantis pro meritis felix | prouincia per te |
que tribuit tabulas, | statuas decernere uellet. |

Pectora si resecet scrutans | Aurelianorum,
gratos sentiat] | hoc opus [et fecisse lubentes.

Revue archéologique 1881 m. Febr. p. 83 ss. cum imagine in tabellis aereis christiano signo ornatis repertis apud Aquitanos in loco Touron inlatis in museum oppidi Agennensis prima tabella haec scripta sunt: *Cl. Lupicino u(iro) c(larissimo) consulari Maxime Senonie ob inlustria merita ciuitas Senonum patrono suo dedicauit*, altera *Cl(audio) u. c. consulari Maxime Senonie Autissiodurensium ciuitas* cum hexametris 1 2, tertia nihil nisi 3 4 carmen euanidum aut inperfectum nomine ciuitatis Aurelianensis oblatum. hunc Lupicinum cum Fl. Lupicino cos. a. 367 et quem Ammianus memorat magistro equitum in Gallia constituto editores compararunt, prouinciae nomen exitum saeculi quarti ostendit, locus quo tabulae prodiere extra prouinciam situs est
1 *perti* aes 3 s. informaui sententiam, Claudius scilicet. magis in usu erat quod adscripsit Hense *reseret*

330

Vrsulus illustris meritis et sanguine clarus
Naisso gaudet patria, genitore Lauino.

CIL. III 461 e Cyriaci copiis in Rhodo insula in patera pretiosa gemmea

---

331

Conrigi uix tandem quod curuom est factum [c]rede.
Credis quod deicunt? non sunt ita. ne fore stultu.
De incerto certa ne fiant, si sapis, caueas.
De uero falsa ne fiant iudice falso.
Est equos perpulcer, sed tu uehi non potes istoc.
Est uia [p]er [c]liuom. qua ui[s] sequi, non [datur ista.
Formidat omnes. quod metuit, id sequi satiust.
Hostis incertus de certo, nisi caueas.
Iubeo et is ei si fecerit, gaudebit semper.
Laetus lubens petito. quod dabitur, gaudebis semper.
Mendaces] homines multi sunt. credere noli.
Non sum(us) mendacis quas dixti. consulis stulte.
Nunc me rogitas, nunc consulis? tempus abit iam.
Permultis prosum. ubei profui, gratia nemo.
Postquam ceciderunt, sei sum, consulis tun me?
Quod fugis, quod iactas, tibei quod datur, spernere nolei.
Qur petis postempus consilium? quod rogas, non est.

CIL. I p. 267 ss. n. 1438—1454 incertae originis sortes ahenae singulis carminibus inscriptae. Praenestinae olim Antiatesue dicebantur iure nullo, Mommseni coniectura Patauino oraculo uindicantur. non extant hodie nisi tres, reliquae ex Vaticani codicis sylloga promptae sunt. tractauere eas diuinandoque uersus et uerba redintegrare studuere complures homines quorum temptamina referre omnia nolui, praecipua autem diligentia Ritscheli commentariolus eminet opusc. IV 395 ss. antiquissimam carminum originem produnt metri licentia syllabarumque correptio, quibus rebus hi hexametri Plautinos fere anapaestos aemulantur, deinde elocutio (uelut 9 uel 10 concinit cum Marcii uaticiniis a Liuio relatis XXV 12 *hoc si recte facietis, gaudebitis semper*), denique ipsa menda. nam cum uetera exemplaria homines indocti postea imitarentur ac describerent, non negligentia solum multos sed nonnullos etiam quod scripta prorsum non intellegerent commisisse errores uidentur. factum hoc esse circiter Ciceronis aetatem Mommsenus statuit, nescio tamen an ad inferius aliquot decenniis tempus descendendum sit propter *abit* perfectum u. 13 positum (Lachmannus Lucr. p. 209). neque uero hodie licet diiudicare quanta licentiarum pars poetae primori quanta posterioribus sortilegis debeatur, qui potuit fieri ut etiam ordine inuerso uerborum iustum hexametrum talem *de incerto caueas ne fiant si sapi' certa* in captiosam speciem mutarent

1 *rede* tabella, correxit Ritschelius. *curua corrigere* quasi prouerbium fuit (Seneca apocol. 8 Plinius epist. V 9, 6), ἰθύνει σκολιόν Hesiodus τὰς καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθύνειν ἀμήχανον Plut. de lib. educ. 4 2 debebat scribi concinnius *non est* aut *quae.* infinitiuus pro imperatiuo aut pro *sis* receptus sicut in graeco germanicoque sermone, in latino caret exemplis, cf. tamen lusoriam tabellam Or. II p. 447 *domine frater, ilaris semper ludere tabula* 3 *certum* et *fiat* poetae adscribit Mommsenus, item 4 *falsum ne fiat* 6 *fertiliuom qua ui* | *sequi non* tantum traditur. *per cliuom* ego correxi, nam cliuos in prouerbiis difficultatis ac laborum imago. *qua uestigas sequi non est* aut *qua uis sequi, non adipisces* Ritschelius. cf. sortes Sangallenses quas edidit Winnefeld 2, 10 *ubi uades, paenitebit te* 7 concinnum erat *omnia formidat* 8 una deest syllaba (*de certo fit* Ritschelius), sententia stulta. proposueram pridem *peior certo* ex Syri uersiculo *inimicus grauior qui latet sub pectore* 9 ita aes. *iubeo ut iussei, si faxit* Ritschelius, *iubeo oeti, sei sic* Mommsenus 10 aut *quod* delendum cum Ritschelio aut scribendum *pete* 11 *mendaces* uel *fallaces* praeponendum

uidit Ritschelius 12 *sum* lamna, id recte interpretatus est Stollius. sortes hic locuntur cunctae, saepius singulae 13 *nuncine* Ritschelius. minus bene praemiseris pronomen aut particulam 14 *gratiam nemo habet* in prosa, in uersu *gratia nullast* requiritur. fuit fortasse olim *gratia noenu* 15 *ceciderunt spes omnes, consulis* Ritschelius. *sei sunt mala, consulis* Mommsenus. potest *sei odio sum* 16 *quor fugis quor* Mommsenus (idem ualebit *quid fugis quid*). contra *quom datur* Ritschelius. *iactas* est fastidiose reicis 17 *roges* maluit Mommsenus

sunt aliae sortes item aeri inscriptae sermone prisco, Foronouanae musei Parmensis CIL. XI 1129 act. inst. arch. Rom. 1883 p. 101, quae nullum habent metrum et siquod antea habuere, facilius ad septenarios reuocantur: *quid] nunc consoltas? quiescas ac ui[ta fru]ari[s]* | ..... *mo[rt]em procul apste habe* .. | *non potest prius m[o]rtem adficier quam uenerit fa[tum]* | .... *ndus, ualetudo ostenditur [m]agn[a,* ceterae de negotiis ac nuptiis quas duci oportuit nimis mutilatae sunt, inter illas duae ..*frau]de lucrum quaesiuit su[um* et ..*p]rotendit turbam [m]agnam*..., inter has ..*fe]ret quae ante sterilis fuit* et ..*fu]giesque eam semp[er*

332

Artis opus queritur scriptori [quod uac]et esse.

Mau in actis inst. arch. Rom. 1877 p. 207, descripsit mihi a. 1876 Leo Pompeis in muro spectante ad postica insulae VI 13 pictum atramento. deridentes carmen alii a laeua *nouitas,* a dextra *uidemus* adiecere. dolet artis opus scriptoris iniuriam collinentis loca uacua, cf. supra 194 .....*ii et* ita fere Mau, ut praeferendum uideatur quod Birtium supplesse nunc ex Leone comperi, *scriptoria cuilibet esse*

333

Otiosis locus hic non est, discede morator.

CIL. IV 813 Pompeis adscriptum serpentium ingentium picturae, cf. Persi 1, 113. *otiosis* in tres coactum syllabas

334

Aemule, si qui potes, nostros imitare labores.
si maleuolus es, geme; si beneuolus es, gaude.

CIL. VIII 2521 contulit Wilmanns in oasi Symmachi non longe a Lambaese in duobus lapidibus angularibus quorum unus hinc *aemule-potes* illinc *si-geme*, alter cetera inscripta habet. litterae infimam aetatem indicant. in uersu 2 metri uicem tenet uerborum concinnitas. cf. CIL. VIII 2524 *liuide n...quid duc...*

335

Siliqua frequens foueas mea membra lauacro.

Ephem. epigraph. V 1308, VII 535 p. 166 ex imagine photographa Orléansville prope Tigauam Maurorum in pauimento balnei ornato picturis uenatoriis *siliqua* pro sedili balneari habuit Mowat. aut nomen fontis est ad lauacra adhibiti aut siliquis aquae in illa balnei parte medicabantur, ut hodie furfuribus utimur

336

Qu]isq. sitit ueniat cupiens aurire fluenta.

CIL. XIV 1941 Ostiae, nunc Romae in marmore ad quadriporticum siue puteal aptato in parte quarta. in secunda et tertia apparuit *atrium cum quadriporticum sed et columnas cum..*, in prima nomen eius fuisse putes qui dederat 'hunc uersum posuit Hieronymus in carmine quod dedit ad Damasum papam (Damasi op. ed. Merenda p. 245), idem legebatur incisus in labro marmoreo Romae ante ecclesiam S. Bartholomaei in insula (Murat. 489, 7)' Rossius qui inscr. christ. Rom. II p. 450 et 464 ex schedis edidit et diligenter commentatus Damaso uindicauit tetrastichum *quisque sitit ueniat cupiens haurire fluenta, inueniet latices seruant qui dulcia mella: sordibus expositis purgant penetralia cordis pectora cum renouant Christo seruire parati*

337

CIL. VI 22863 urbanae originis tabella marmorea, nunc Bononiae, sic descripta ab Zangemeistero *da. pur. as. hic nais. inest*, quae num sepulcralis sit uereque antiqua Henzenus dubitat, lacui labroue destinata uidetur. supplere licet

da puras, hic Nais inest, [*urnasque manusque*

338

Accipe me s[i]tics et trade sodali.

in lagoenula reperta Moguntiaci a. 1888. litterae bonae, in extremo uerbo *o* et *li* minutae. depinxit deditque mihi ErnRiess metrum compleas sic *sitiens et potus trade*

339

Inuida punct[a] iubent felice ludere doctum.

Renier inscr. de l'Algérie 2295, CIL. VIII 7998 Rusicadi (Philippeville) in tabella marmorea lusoria eius generis quod post Bruzzam aliosque tractauit exemplisque inlustrauit Ihm stud. Bonn. p. 230. cf. duodecim scholasticorum poetarum monosticha AL. Riesi 495—506

felice tabella, quod senario opus erat litterarum numero, siue pro *felicem* siue pro aduerbio ut *perspicace* apud Afranium: qui felix esse uolet ludat docte. *nullus ubique potest felici ludere dextra* Vomanius AL. 503, *idiota recede, ludere nescis* et *si tibi tessella fauet, ego te studio uincam* tabellae aliae. puncta tabulae fallentia, aduersa, uulnerantia AL. 82

340

Semper in hanc tabula hilare ludamus amici.

Muratori 661, 3, Orelli 4315 Romae in tabella lusoria qualis est 339 *ludere in tabulam* certe ab usu abhorret, sola igitur necessitas senas componendi litteras (*inhanc* et *tabula*) barbarismum genuisse censenda est. similem sensum alia tabella praebet *domine frater, ilaris semper ludere tabula* item semibarbare dictum (Murat. 661, 5)

341

duabus eiusdem generis tessellis Romanis inscriptum est
ueloci uel *beloci lusori dicite laudes*
Rossi Roma sotterr. III p. 389, Ihm p. 235. utrique prima uerba desunt atque carminis principium uelut *ludite, laetas, semper*

342

Pallados en studio didicisti, Marsya, cantu(m),
dumque tibi titulum quaeris, mala poena remas[it.

CIL. XII 5687, 9, Froehner les musées de France p. 14 difficilem lectu inscriptionem esse testatus in lagoena quae in Prouincia reperta in museo Sangermanensi adseruatur Apollinis Marsyaeque certamen repraesentante. ab altera parte artificis nomen legitur *Apollinar(is) cera*

1 *Marsya* usitata Romanis etiam nominatiui forma (Hor. sat. I 6, 120 Ou. met. VI 400 AL. Riesi 173, 1): *Marsyas cantu* uasculum 2 Ouidius met. X 602 *quid facilem titulum superando quaeris inertes? mecum confer* remansit Froehner, *remas* apparuit

343

Respi[ci]t ad malum pernicibus ignea plantis
quae pro dote parat mortem, quicumque fugaci
uelox in cursu ces[s]asset uirgine uisa.

Froehner médaillons rom. en terre cuite p. 9 seq. in diariis archaeolog. Gallicis a. 1890 Arausione in urceo scriptum circum imaginem qua repraesentatur hinc *Atalante* malum dextra manu tenens et *Schoeneus* pater quasi meditans, illinc *Hippomedon* (ita figulus pro Hippomene) laurum palmamque gerens et *Palaestra* adsidens. infra legitur *Felicis*] *cera*, nam *Felicis* nomen in altera eiusdem urcei imagine integrum extat. saeculo III carmen Froehner adsignat neque illi ipsi scaenae conuenire adnotat quam artifex expressit, in hac enim puella uoltu auerso a malo iuuenem aspicit adsistens contra

1 Aen. XI 718 *haec fatur uirgo et pernicibus ignea plantis transit equom cursu* Camilla

344

Centauro uehitur rapta Deia[n]ira marito.

Muellenbach in museo phil. Rhenano XLI 1886 p. 320, contuli Coloniae Agrippinae, nunc Bonnae orbiculatim scriptum in catillo figulino quo Nessus cum Deianira fugiens et Hercules arcum ei intendens repraesentatur. sub Herculis figura *Hercul* apparet, in medio opere *Primianus fecit*. saeculi fere tertii. ad metrum quasi *ra(p)ta* breuiatur

345

Iuppiter in cycno cu]m Leda iunxsit amorem.

IosKlein in annali antiq. Bonnensi LXXXVII 1889 p. 84
Coloniae rep. nunc Bonnae in museo prouinciali
in fragmento uasculi figlini quod Ledam a cycno compressam repraesentat adstante puero alato. huic adscriptum est *Cu]pido*, pone Cupidinem *Primianus fecit.* cetera circum effigiem extrinsecus scripta continuo. suppleui

346

Armiger ecce Iouis Ganymede(m) sustulit alis,
porrigat ut ciatos dis conuiualibus apto[s.

Legibus inferni motis Proserpina reddi
Eurydicen iussit, sed eam Mors atra reduxit.

Mater larga Ceres miserata fame pereuntes
Triptolemi manibus commisit seminis usus.

Scilla metens crinem mercatur crimine . .
. . . .

Monthly Magazine a. 1825 (uol. 59) p. 218 auctore sincero ut mihi uisus est, etsi nomen celauit magis quam professus est subscribendo Iacobus, inde Bulletin des sciences historiques 1827 Nouembr. p. 370, inde Orelli 4311. in CIL. VII non inueni relatum, ne inter falsa quidem in uasculo aheno caelato reperto a. 1824 in Britannia in alueo fluminis Sabrinae. caelatura quo modo per areas distributa sit pluribus narratur, figurae in sua quaque areola indices fabularum, uersus circum figuras scripti. omnes uersus leonini eique nisi merae nugae sunt, ex primis eius generis
1 *Ganymede* editor. de hoc Vergilius *rapuit Iouis armiger uncis,* idem alibi *sustulit-Iouis armiger* 2 *cyathos* Or. 7 Scyllae haec imago in area fuisse principali fertur. deest uelut *amorem*

347

Est homo non totus, medius sed, piscis ab imo.

Acta inst. archaeol. Rom. 1851 p. 203 in pauimento ecclesiae Pisaurensis Tritonis imagini adscriptum non ante saeculum septimum. Triton semihomo semipiscis symbolicam ut ἰχθύς habuisse uim uidetur. *medius* ut in libris sacris pro dimidio

348

Non homo, non pecus, et pro p[arte uidetur] huterque.

Pisauri in opere tessellato eodem in quo uersus legitur superior adscriptum Centauri figurae. edidit suppleuitque Engelmann ephemeridis inscriptae 'in nouo regno' 1872 p. 410

et pp...... musiuum in quo notae uerborum sunt complures. *huterque* sic scriptum ut in eodem opere *haper* pro apro

---

349

. . misit iter . .
. . m]agnas s . .
. . o sinplex cima .
. . ni impius . .

Notizie d. scavi 1879 p. 44 descr. de Petra Herculanei in pariete infossum stilo, *e* per binas *i* scripta
3 in fine latet *cyma?* cf. Non. p. 195, GLK. V p. 574, 1
4 potest legi *-nem pius*

350

Barbarus aere cauo tubicen d[ed]it [horrida si]gna.

CIL. IV 1069a, REhwald Philologi uol. XLVI p. 640 qui pariter mecum expleuit Pompeis in aedibus Cuspii in imo margine picturae repraesentantis rupi adfixam liberatamque Hesionen *dicit . . . cuia* legerat sed incerta esse dixerat qui euanidum titulum descripsit Nissen. adposuit Zangemeister Ouidiana met. III 704 *cum bellicus aere canoro signa dedit tubicen*, accedunt Vergiliana *dat signum* Misenus *aere cauo*

351

Barbara barbaribus barbabant barbara barbis.

Acta inst. arch. Rom. 1892 p. 23, 8 descr. Mau Pompeis in pariete cubiculi dextra tablinum nugatorium carmen aut nullius sensus aut talis: *barbara* emplastra nigra de quibus Celsus Scribonius Galenus (XIII p. 555 ss.) dixere, *barbabant barbara* ora uelut gladiatorum *barbaribus barbis.* notabant in Vergilio grammatici quod pluraliter barbas dixisset hominum *stiriaque inpexis induruit horrida barbis.* certe metrum doctura barbarolexis

352

Creder[e u]ix d[u]bito, set amicum amittere n[ol]im.
si tibi credidero, non te tam sepe uid[e]bo.

CIL. III suppl. 11411, eph. archaeol. epigr. Austriaca II p. 15 cum imagine et Gomperzii supplementis Sauariae in tegula stilo scriptum. Martialis VIII 25 *male, saepe te uidebo*

353

Quaenam digrediens magnis a laudibus Oppi

CIL. IV 1856 Pompeis in basilica *quaenam* descripsit Mommsen, *qu[o]nam* Wordsworth. deest uelut *nunc alium memoret?* panegyrici resonat imago, fortasse amasius ridetur scaenicus Pompeianus, confert Zangemeister parietariam 1949 *Oppi emboliari fur furuncule*

354

Candida me docuit nigras odisse puellas.
Odero si potero, si non, inuitus amabo.

CIL. IV 1520 Pompeis in atrio aedium quarundam *scripsit Venus Fisica Pompeiana* subsignans pro altercatore

1 Propertius I 1, 5 de Amore *donec me docuit castas odisse puellas* 2 restituit Ouidique uersum esse amor.

III 11, 35 intellexit Zangemeister. *se* pro *si* utrobique ut uidetur paries principium carminis identidem ibidem repetitum, n. 1526 quattuor uerba prima, 1528 tria, 3040 *canda me docu*, 1523 *candida m*

355

Restitutus multas decepit | sepe puellas.

Notizie d. scavi 1891 p. 262 descr. Sogliano Pompeis in pariete adhaerente triclinio. *Prisci Restitutus* legitur in casa eadem *Restutus* forma alias usitata (supra 109) hexametrum redintegrat

356

inclinabilite[r] ceuentinabiliter

Notizie d. scavi 1887 p. 37 descr. Sogliano Pompeis in pariete *que* si addes, habebis hexametrum. aduerbia talia in deliciis fuere uolgo Pompeiano (eph. epigr. I p. 177, 271). *inclinare* obscaenum ut Iuuen. 10, 224, concentus causa a ceuendo tractum est quasi *ceuentinare*

357

A

. . rumpit ami
. . ṛṭus du

B

fit puer Atti
Att[i] uxor fiat
. . et du

C

at tạ . .
quid f . .
u . .

CIL. XII 5681, 3 descr. Hirschfeld tegulae magnae infra Viennam repertae fragmenta quattuor quorum duo

cohaerent (B 1 *fi t* 2 *Att*|. *uxor*). uidetur epigramma lasciuum a figulo translatum in argillam, litterarum forma cursiua dicitur *corrumpit amicum expertus* dubitans Hirschf. proposuit, in C rursus *Att-* nomen latere opinatus. ego numeros cogitabam tales *ilia rumpit amici Hirtus dum fit puer Atti: Atti uxor fiat*

358

Victoria: Balbus pedico uicit et gesatus
Actius erniacas qui ducet sa(e)pe choreas.

CIL. XII 5695, 3 Allmer inscr. Vienn. III n. 421 tab. 205 in tessera eburna rutunda rep. prope Viennam quae altera parte priorem, altera posteriorem uersum exhibet fortasse poetae alicuius parodia natum

1 *gaesum* sic adhibitum puta ut *hastam* in Priapeis

2 *actus* fuerat primo. nomen proprium uidetur, quod cum Apollo quoque habeat, fingitur iste choros ducens quasi Phoebus, sed herniarum. *herniacus* fictum graece ut coeliacus al. nouum uerbum est

359

commata dactylica ex parietariis Pompeianis memoro haec: act. inst. arch. Rom. 1876 p. 22

·quis amare uetat? | quis custodit amantis?

subscripsit aliquis *nil ais cunil(ing)us*

ibidem 1889 p. 122

aureus est Dana[e

contulit Mau Ouidium met. VI 113 *aureus et Danaen, Asopida luserit ignis*, cf. ibidem 1893 p. 59, 31 *esurit Danne, eco sum a[ureus?*

CIL. IV 1698

gemma uelim fieri

adiectum est *hora non(a)*, uide mus. rhen. 49 p. 175

360

alia inscripta leguntur supellectili uasculis anulis fibulis lamminis:

uror amore tuo

CIL. XII 5698, 18 cf. Ciris 259 in exitu *uror amore*

cape pignus amoris

Brambach inscr. Rhen. 2031

pignus amoris habes

Orelli 4313, cf. Aen. V 538 et 572 *monimentum et pignus amoris*

aue mea uita

CIL. VII 1306, iam Plautus *o mea uita* inquit *salue*

tam bene fictilibus

CIL. XII 5687, 54 in figlino generis lautioris, cogita sis illuc *quam auro potatur et estur*

ultima forsan

act. arch. municip. Rom. 1888 p. 383 in horologio fracto, *hora ultima* Ouidius Ib. 196, plures *extrema* uel *suprema*

tu placidus

CIL. V suppl. 1077, 161 in amphorae operculo, puto infutura nequis turbet

utere felix

361

Protogenes Cloul(i) suauei heicei situst mimus,
plouruma que fecit populo soueis gaudia nuges.

CIL. I 1297 IX 4463, PLME tab. IL G Amiterni. distincta sunt sic ut supra in lapide uerba interiectis lineolis uel punctis. carmen Enniana aetate non multo posterius. *p* rectis angulis, *l* bis recto bis pressiore angulo figurata est

1 *Cloul* lapis in quo nouus deinde uersiculus incipit. fuit Protogenes eius hominis seruus *suauei* pro *suaueis suauis?* Plauti Stichus ad puellam *mea suauitudo, salta*, cf. *suauis homo, lingua, uersus* *heicei* quod praeter fidem lapidis nec bene in *heic ei* dirimi Ritschelius iusserat duplici uidetur locatiui casus nota signatum. ne *hice* quidem aduerbium apud scriptores reperiri Lachmannus animaduertit *situst* alteram corripit tamquam in scaenico carmine. potuit scribi *situs* sine copula (supra 9, 4, Lucilius apud Martialem XI 90, 4) 2 *soueis* monosyllabum ut *suo* 248, 3

362

Eheu heu Taracei, ut acerbo es deditus fato.
non aeuo exsacto uitai es traditus morti,
sed cum te decuit florere aetate iuenta,
interieisti et liquisti in maeroribus matrem.

CIL. I 1202 X 4362 descr. Mommsen recognouit Brunn, PLME tab. LXXX C. AL. Meyeri 1522 Capuae praescriptum *Cn. Taracius Cn. f. uixit a. XX, ossa eius hic sita sunt,* infra adiecta protome iuuenis aetatis carmen est Lucretianae, apice notatum u. 1 *fáto,* sine apice tamen editum CIL. X. continui hexametri in lapide interstitiis eminentibusque principalibus litteris distinguntur

1 *Taracei* non anapaestus sed molossus. scribitur etiam *Tarracia* 2 pronuntiabatur *uitai's* (Lachm. Lucr. p. 159) 3 *floreri* CIL. X

363

L. Sulpicius Q. f. Q. n. | Col(lina)
hic situs est | ille probatus
iudicieis | multeis cognatis atque | propinqueis.

CIL. I 1480 II 3504 Noua Carthagine Hispanorum

2 particula carminis *hic situs est fortis uir et integer ille pr.*

364

Carfínia M. l. M[a] uíxit an. XX[V?] |
iucunda sueis | gratissima amiceis |
omnibus officiosa | fuit.

CIL. VI 14397 descr. Henzen in museo Capitolino

adde *haec mulier* et hexametri decurrere incipiunt

365

Hilara minor Midaes ministra simitur cum Mida sita est in eadem olla Quartio gratiam rettulit merentei Hilarae, quod uiua rogauit sepulta est a. d. VI k. Apriles Ti. Claudio Ner(one) P. Quinctil(io) Var(o) cos.

Mida cubicularius III uir hic situs est Hilara minor uiua rogauit ut ossa sua in olla Midaes coicerentur cum mort(ua) esset

CIL. VI 9290 uidit Henzen Roma Florentiam auecta tabula. sinistra additum est *u(iuit) Quartio textor III uir quaestor trib(unus).* annus supra scriptus est ab u.

c. 741. φράσεις ex carminibus repetitas puto *ministra simitur* et *quod uiua rogauit*

366

Parcitis heredi et uos insentibus dedite morti.
si quid mortui habent, hoc meum erit, cetera liq(ui).

Henzen Or. 6457, CIL. XIV 3945, Huebner exempl. n. 8 Nomenti rep. nunc in museo Laterano praescriptum *T. Titius T. f. Ser(gia) Tappo XXVI uir, T. Titius T. f. Ser. Poppalenus pater, Gessia M(ani) f. mater, Titia T. f. Rufa soror,* subscriptum *arbitratu Q. Vmbrici Q. f. Cla(udia) Flacci, h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equitur).* uiginti sex uiros qui memorant tituli aeuo inscripti sunt Augusteo (Mommsen iuris publ. II 1 p. 579). numeri uitiati

1 prima uerba sine dubio ad Manes dicta *parcite heredi.* tum Mommsenus Manes respondentes facit: *et uos* uiatores, heredes *insentibus* i. eis qui in sepulcro insunt *dedite morti* debita. dubito quia hoc deest uocabulum grauissimum. uide ne *uos* accusatiuus sit, uerba ad eosdem Manes data: dedite uos sepultis ad mortem, habitate loca mortis. *insens* nusquam legitur alias; potuit is quidem esse etiam ἀνύπαρκτος. an priscae hoc et abstrusae religionis ut consentes? improbabile *in sentibus*

367

Aspicite hanc speciem, iuenes, miserabilis hora
quoi lucem eripuit caroque uiro dedit luctum.
hic uobeis dignis una mecum dedit hoc monumentum.
haec a uobeis merito data nobis praemia laetor,
quod species nostras titulo dignas esse putastis.
nunc rogo quod sequitur, semper nostri meminisse uelitis.
ho]c quoque cura uelit uestra laude tributum,
cu]m fatum tulerit, una eius mecum condere ossa loco.

CIL. VI 30120 descr. Henzen olim ad urbem, nunc Florentiae tabula marmorea iuuenes quos adloquitur

mortua, filii familias uidentur aut liberti esse. hexametri interpolati aut curtati

2 debuit *luctumq. uiro dedit acrem* 3 tolle *dignis* aut *una* 4 debuit *a te* 5 numeri restituuntur restituto singulari *speciem dignam* 6 debuit *rogo uos semper* 7 fac *cura uelit pia uestra* 8 fac *mecum illum condier una* uel *una eius mecum condatis ut ossa sepulcro.* iste exitus quasi elegorum

368

Hic est illa sita pia frug(i) casta pudic(a)
cui pro meriteis ab coniuge gratia relatast.

Gruter 826, 6 ab Smetio (Or. 4641), schedas Henzeni contulit mihi Kaibel. AL. Burmanni IV 168, Meyeri 1471

Romae in marmorea tabella. nomen mulieris inter duos hexametros intercalatum legebatur *Sempronia Moschis*

2 *cui* monosyllabum loco spondei, olim fuit *quoiei.* nisi cum Conradsio p. 33 legere mauis *cui(us)*, nam *cuius pro meritis* habes in christiani carminis cui principium est *nomine quae Solida* uersu 9. sed melior datiuus, *gratia candori siqua relata meost* Ouidius

369

Cernis ut orba meis, hospes, monumenta locaui
et tristis senior natos miseranda requiro.
exemplis referenda mea est deserta senectus,
ut steriles uere possint gaudere maritae.

CIL. V 2435, post Maffeium periit. AL. Burmanni IV 265, Meyeri 1365 in agro Ferrariensi in ualle Trebiae

praescripta nomina *T. Truppicus T. f., Papiria T. f. Tertia*, subscriptum *T. Truppicus T. f(ilius) f(ecit)*, nominibus tres adiectae circum carmen effigies. loquitur Tertia

370

Occius hic situs est Maní prosapia Festus.

CIL. X 8089 ad ectypum prope Metapontum rep. cippus, nunc Potentiae notabilis usus uocabuli obsoleti (Cic. Tim. 11, Quintilian. I 6, 40) pro filio

371

Impensae causam, titulum qui perlegis, audi
et iustam quaeso pietatis percipe curam.
quis uera ut cupiant concorde uiuere mens est,
hos animos spectent atq. haec exempla sequantur.
haec loca, dum uiuent, libeat bene cuncta tueri
post obitumq. suum tradant tum deinde futuris,
ne deserta uacent ignotis denia busta,
sed tuta aeterno maneant, si dicere fas est.

CIL. VI 10237 descr. Wattenbach, Orelli 4517. AL. Meyeri 898 prope Romam uia Labicana rep. nunc Stockholmiae praecedit ampla descriptio earum rerum quas T. T. Cocceii Gaa et Patiens quaestores collegiarii liberalitate T. patroni faciundas curarunt sic desinens *idemque uitium pomorumq. et florum uiridiumque omnium generum seminibus ea loca quae T(itus) p(atronus) decurionibus suis adtribuerat ex pecunia publica adornauerunt Sisenna Tauro L. Scribonio Libone cos.* qui annus est christianus 16

3 *concorde* aduerbium simile eis quae Nonius exhibet capite undecimo de indiscretis aduerbiis, *memore futtile celere* al. idem in titulo Romano Henzen 7382 legitur (*quae mecum uixit tan concorde ad fatalem diem*). producitur *e* ut in *abunde* (adserit IulRomanus, dissimulat Priscianus), non corripitur ut in *facile* 4 Verg. g. IV 219 *atq. haec exempla secuti* 5 *cuncta* cippus: *culta* edebatur

372

Natus sum summa in pauperie, merui post classicus miles
ad latus Augusti annos septemque decemque
nullo odio, sine offensa, missus quoq. honeste.

CIL. V 938 ex schedis prope Aquileiam repertum. praecedunt haec *L. Trebius T. f. pater, L. Trebius L. f. Ruso fieri iussit*, sequitur de circumitu monumenti notatio *l. p. q. XVI* etsi pater cognomine caret, aetatem haud nimis uetustam prodit classiarius ad latus Augusti merens Romae ut uidetur in castris Misenatium Rauennatiumue. debebat scribi u. 1 *natus sum pauper*, quod Mommsenus proposuit, 3 *nulla offensa*

373

Viuite felices quibus est | data uita fruend[a.
nam m[ih]i | non fato datum est felice | morari.
hic ego nunc iac[eo] | fatis compostus [i]niqu[is. |
crudeles superi, nis[i me] | fortuna iniqu[a tulisset, |
mea iam . . . . . . | ap . . . .

Brambach inscr. Rhen. 1154 qui descripsit, Becker metrica sepulcr. Rhen. 2, 5, Henzen Or. 6843 prope Moguntiacum inuentus lapis tam difficilis lectu, ut antiquiores carminis non descripserint nisi prima uerba (*data uita* . . .) praescriptum *T. Caecilius T. f. Gale*(*ria*) *Ausoni*(*us*) *mil. leg. IIII Mac.* (*centuria*) *Munati anno*(*rum*) *XXXVII aer*(*um*) *XVII hic situs est. L. Sempronius Auso* (*centuria*) *Iuli Martialis exs testamento fecit.* legio quarta Moguntiaci castra habebat a Claudio ad Vespasianum (a. 43—70) 1 hephthemimeris Vergiliana Aen. III 493 *fruenda* coniecit magis quam uidit Bramb. *fruendi* Beck. 2 i. felicem 4 debuit *mala fata tulissent* aut sim. 5 absumptum lacuna opinor *et* ante *mea* *ap* uel *ar* quas excipiat hasta obliqua Br. sic ut possis *arm*[*a.* contra *non* Beck.

374

Flete] coaequales, mors haec | [mea fletibu]s apta est.
uit[a] fel[i]ces q[u]i[bus . . | . . .
patria dulcis | . . se se sua . .

Brambach inscr. Rhen. 218 ex Crombachio apud Vetera repertum periit praecedunt haec *haue Caluenti, Caluentius te resalutat. C. Caluentius Omuli fil. Ouf*(*entina*) *Med*(*iolaniensis*) *hic situs est ann. XLIIX mil*(*es*) *leg. V stip. XXIIX, et coniugi et filio frater pro pietate.* sine cognomine homo, legio V Alaudae post annum 70 nusquam apparet, *coaequalis* uerbum primis receptum Columellae et Petronio (primum exemplum CIL. XIV 2485 circa imp. Augustum)

2 maxime dubia haec traduntur *uit. fel. ces. q. i. f. l.* unde *uita felices* Bramb. ac potuit sane ita continuari oratio *quibus* hoc datum est *patria dulcis et ut uirtus sese sua seruet.* uide tamen ne prior sententia ea fuerit quae recurrit in titulis militaribus ex Verg. Aen. III 493 deducta *uiuite felices quibus est fortuna beata*

375

Ossa T. Quincti hic sita sunt: | Stabilio cognomine uixit. |
multiplici curá defessus | nunc securus quiesco.

CIL. VI 6821 uidit Henzen Romae in uinea uiae Latinae ad dextram marmoris haec sunt *Quintiaes* | *Helladus* | *ossa hic* | *sita sunt.* illa dactylicos numeros referunt, hexametri sic fiunt *ossa Titi Quincti hic sita sunt cognomine Firmi: multiplici cura fessus securu quiesco*

376

Manlius hic situs est Montanus raptus iniqua
femineaque manu. insperans incidit aetas.
fas erat ut potius natus pia funera nobis
penderet et dignos coleret Manesque patresque,
si Fortuna pie seruasset uota parentum.

CIL. X 5495 (IRN. 4392) ex schedis, plenum uiderant Augustinus et Pighius. AL. Burmanni IV 286, Meyeri 1382 Aquini praescriptum *diis Manib. sacrum, L. Manlio L. f. Ouf. Montano, L. Manlius Glaucio sibi et Animisiae C. l. Restitutae ux(ori), L. Manlio L. f. Ouf. Apro*
2 *femineam manum* Vergilius Camillae, Ouidius Hypsipyles contra fortem ac bellatricem inducunt *concidit* emendabat Hauptius. sane aliter Cicero et Nepos *incidit aetas in ea tempora* scribentes 4 eidem scilicet di manes et di parentum

377

Bis de]nos annos Proculino fata dedere,
p]ro quibus hoc illi [perfe]cit uita parentum.

CIL. X 5662 ex schedis Frusinone praecedit *d. M. N. Clodi N. f. Pal. Proculini, decurioni coloniae Frusinatium,* subsequitur *N. Clodius Nymph*[*ic*]*us et Vargunteia M. f. Procilla et N. Clodius Numerianus frater et sibi posterisque suorum fecerunt*
2 *hoc* monumentum *illi* fecerunt uiui parentes. *perfecit* quia *r* post *illi* enotata est a Giovenazzio, praestabilius puto quam *suffecit,* illud Iosephus de Matthaeis proposuit

378

Omine susceptus primo notisq. parentum
cum iam bis senos explesset floridus annos,
quinque etiam menses numero superante dierum
uiueret innocuus, blanda pietate colendus,
occidit. heu nimium celeres in funere Parcae,
uitali trepidos nato priuare parentes
audetis maestosq. graui circum dare luctu.

CIL. X 5665 ex editis Frusinone praescriptum *N. Clodio N. f. An. Sabiniano filio piissimo N. Clodius Sabinus et Flauia Hesperis parentes*

1 i. primigenius filius. Propertius III 20, 24 de prima nocte coniugali *contineant nobis omina prima fidem* 7 *mestosq.* uel *moestosq.* edebatur

379

Florentem speciem rapuere nouissima fata,
forma rudi puerum Priscum agnomine quondam,
quem genitor, ciues, cuncti fleuere propinqui.

Gruter 680, 8 e Smetio, Bormann inscr. Sassinatium nr. 26 a (in libro saeculari gymn. Leucoph. Berolin. a. 1874 p. 380). AL. Burmanni IV 229, Meyeri 1339 Sassinae subscriptum *L. Destim*[*i*]*us Epigonus pater*

1 *specie* Burmannus. uidetur species quasi ἰδέα opponi formae uerae, haec rudis ut in puero, illa florens spe optima *ad fata nouissima* Ou. met. XIII 478 2 *cognomine* Burmannus inter alia quibus metrum correcturus erat

380

Eutychis, u[t] pa[r e]st, [trib]uit tibi natus [hono]res
iuxta quem dulcem [deder]ant tibi fata ma[r]itum.

Nisseni ex schedis sumptum redintegraui apud Tifernates Tiberinos (Città di Castello) cippus marmoreus a lateribus arboris florumque effigie ornatus. praecedit *Arruntiae Eutychidi Certus* [*fil.*

1 ..*tuit* Nissen descripsit, *statuit* non aptum censui 2 i. sepelit te iuxta maritum tuum. *dulcemr*.. Niss. an *rapiunt?* nam exitus *-ant* an *-unt* fuerit in contignatis litteris haud satis liquet. *reddunt* Leo

381

Vixi uiro cara custosq. fidelis
supremaq. die uir me decorauit honeste.

CIL. IX 3622, IN. 5991 in agro Aquilano, periit praescriptum *Caesiene T. l. Nape*

1 sumptus ex huiusmodi carmine *cara uiro uixi coniux.* ceterum non *cara* sed *casta* Fabretti 611, 90 ex schedis Vaticanis

382

Coniugis officium paret tribuisse maritum.
sic tulerat Fatus, non exsuperasse parentes.
hec docuit matres miseras non tollere natos.
(quinque) et (uiginti) ann(os) sine crimine uixit.

CIL. III 3196 uidit Mommsen in cista ex Dalmatia adlata in museum Vindobonense

1 *paret* apparet 2 scriptor uoluit ut opinor hoc, mulierem prius quam parentes eius mortuam (*non exsuperauit parentes*), non illud, maritum cum non superessent parentes mulieri officium praestitisse (*non exsuperarunt parentes*), cf. uersum 3 et aliorum monumentorum formulas 4 *V et XX ann.* cista. si legeris *bis denos,* prorsus nihil relinques uitii

383

Ereptam e gremio qum ia[m sibi posceret Hymen
finissetque] diem nuptis, faxs altera morti[s]
inluxit prior et sponso matrique puella est]
erepta atque patri. namqe infan[dum heu cito uolnus]
hic quoque inauditu sentiet ips[e procul.
sed luctu raptam] desiderioque tenentes
conceleb[rauerunt funus pro patre propinqui

muneribusque] ipsi certant titulum hunc celeb[rare.
at uos, o Manes, his] parcite: [ni] parcetis,
credite mi, ne[mo referet sollemnia uobis.

CIL. IX 6315 descr. de Petra Ortonae in Marrucinis praescriptum *Sex. Ninnius M. f. Buticus aus,* subscripta sex nomina (tres Ninnii quorum duobus cognomen est Buticis) cum sestertiorum summis quas singuli contulerant funeris causa. medium est carmen cuius cum pars dimidia desit, elucet alterum lapidem iuxta hunc fuisse positum superiore et inferiore parte alia nomina tenentem, in his mortuae puellae

2 i. nuptiis 5 *inauditu* quamuis alibi nondum repertum praestabilius puto quam *in auditu.* parum credibile *inauditum* 9 in fine *parcites* cippus: malus uersus, cf. pentametrum 5, nec tot syllabas periisse ueri simile est quot opus fuit inferri metri causa u. 3

384

Samnis sum genere, Proculam dixere parentes,
Firminum genui Firmino iuncta marito.

CIL. X 5106 ex Palumbo. AL. Burmanni IV 87, Meyeri 1224 fuit in agro Atinati

385

Hic sita sum quae frugiferas cum coiuge terras
has colui semper nostro dilecta marito.
Myrsina mi nom[en fuerat. quinquennia quinque
uixi et quem de[derat cursum Fortuna peregi.
care marite m[ihi et du]lcissima nata ualete
et memores nostris semper date iusta sepulchris.

CIL. XI 3752 ex ms. Amati, Orelli 5070. AL. Meyeri 1513 repertum Lorii in uia Aurelia

3 s. supplementa imitatus sum Petri Visconti qui 3 *celeresque per annos* et 4 *natura* dederat 4 sumptus est ex V. Aen. IV 653, in 3 licet etiam talia inferre *nomen fuit et sine crimine semper* 5 ambitus lacunae suadet ut *et* addatur: omiserant alii Meyerusque

386

Liuia me tellus aluit geminamq. sororem
egregio de patre satam sancta genetrice.
kara fui casto bene iuncta pudica marito,
inuida set fati lex reddidit inrita uota
et tantum miserae solacia linquit amanti,
coniugis in manibus licuit quod reddere uitam.

Gruter 823, 1 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 171, Meyeri 1296 Galeatae in radicibus Apennini in Flaminia praescriptum *d. M. Rubriae Tertullae, u(ixit) a. XX m. IIII d. IIII, coniugi optimae C. Refanius Macrinus* 1 i. forum Liui 2 *genitrice* fertur 5 *haec tantum* coni. Meyer traditur *solatia* 6 *ponere* AL.

387

Hi]c sita quae uixi duodetriginta per annos
unanimi Calpurniano sociata marito,
no]mine Matura. Tuderest mihi nota propago,
Au]fidius genitor, genuit me Plautia mater.
quadraginta duo mecum fero flebilis annos,
rap]ta meis fatis, superi sic namque iubebant,
null]a penetrali Lucinae sacra petenti.
adcla]mate, precor. superest generis mihi proles,
nam patri] similes uno de coniuge nati
tres sunt flo]rentes iuuenili robore uitae
et uirgo ten]era gestans aetate iuuentam.

CIL. VI 12845 ex Iucundi apographo. AL. Burmanni IV 156, Meyeri 1285 Romae in S. Mariae de monte Iordano, periit. Aufidiam Daphnen Tudertinam Calcei Perperniani coniugem habes CIL. VI 12837 1 et ss. uersus expleuit Sabinus 3 *Tuder est* uolgo, uelut si propago patria sit: coniunxi 4 *Plania* Sabinus tradidit 7 *nulla* dedi, id est erepta thalamo iam nullos partus desideranti. *ima* Sabinus ut uidetur de con-

iectura (*ima petens* Vergilius). hoc quid hic sit non capio, bene *digna*, id si ad mulierem refertur et *petenti* pro ablatiuo habetur. *rapta* Leo puerperio mortuam intellegens 8 ss. sententiam monstraui. *ma te* diuisae traduntur syllabae. *ne lacrimate* Hense 10 numerus incertus, sed plures pepererat Matura filios, filiam unam

388

Voto sum compos: supe[rest mihi plurima proles,
coniugis ut uolui sum [munus nacta supremum.

CIL. II suppl. 5965 descr. Fita Dianii in ora Hispaniae Tarrac. in tabella marmorea praescripta *C. Iul. H[ermadio] sibi et Co[rneliae] Sphr[agidianae] uxo[ri* 1 s. *superest mihi cara sepulcro coniugis ut uolui summaq. et alta quies* Fita. sed alter uersus quia non scriptus est ἐν εἰσθέσει, item uidetur hexameter fuisse, de priore cf. 387, 8

389

Fortuna]ta fui et uixi te digna [marit]o,
set nimium subito fatali[s me abstul]it hora.
hic ego secure iace[o consump]ta per ignes.
et tu mortal[em te sic na]tum esse memento,
nam [nulli fas est] uotis excedere fata.
nec mea plus i]usto sit mors tibi [causa doloris.

ediderunt expleruntque Bormann inscr. lat. nou. p. 8 et Rossi act. inst. arch. 1877 p. 56 Romae lapis sinistra parte et infima fractus. praescripta sunt trium hominum nomina Tertii Eutychi Fortunatae, ex quibus hi duo eiusdem domini liberti fuere et ut ex carmine efficitur coniuges 1 *uxor casta* Bormannus 2 *fatalis sustulit* Borm. *fatalis contigit* Rossius 4 *mortalis uicinum orcum esse* Borm. qui *c* post lacunam legit (inde ego *fatum hoc aecum*), *mortalem tete natum esse* R. 5 *nulli licuit* Borm. *fas haud hominist* R. 6 *ne grauior iusto* Borm.

390

Tu secura iaces, ego | ioiiiciiuisiiui . . . . . . iici |
iibenii . . cuu . o . . . . or | iunctus . . . . lucri do.

CIL. IX 2780 contulit Dressel Bouiani Oscorum praecedit *d. M. s. M. Ennius Pudens Magiae Telesphoridi coniug(i) benemerenti posuit* post *ego* litterae per tres lapidis uersiculos dispositae parum certae omnes. *pollicitus feci libenti* [*animo* coniecit Mommsenus, magis placet *ego sollicitus.* tum *iuncius* fertur. potest *uolucri*

391

. . rri
. . . .
cum qua uixissem melius, nisi fata uocassent,
sed praescripta dies unam non distulit horam.
corpus quod uíxit, facta est uindí leuis umbra.
hic simili casu qui pendes, commoda uisus
et lacrimas titulo noli moriture negare.

CIL. V 6714 descr. Bruzza Vercellis
5 *facta* Mommsenus coniecit: *facia* traditur, *Faciam Vindi* appellari mulierem Bruzza putarat, in hoc latet aliud, puto *uiridi* i. uiridarii sepulcro circumdati

392

. . . . . . [p]er [a]nnos.
nam] dum uita mihi, dum claram cernere lucem
contigerit, te, cara mihi, nomenque requiram.

Bormann inscr. Sassinatium nr. 80, Notizie d. scavi 1885 p. 315 rep. apud Sassinam candidi marmoris fragmentum cui subscriptum legitur *b(ene) m(erenti)*
1 istas Borm., incertas litteras Not.

393

Condita Nebris habes titulum quem sola mereris,
Octaui Memoris coniux quae uera fuisti.
Elysios precor ut possis inuadere campos
matronamque colas Ditis Di[tem]que preceris,
det sedes ut [honorat]as meritosque [recessus
. . . tus tu . . . . .

CIL. VI 23295 descripsit Henzen, Muratori 1383, 1. AL. Burmanni IV 176, Meyeri 1474 · Romae in museo Capitolino tabula marmorea infra effracta praecedit *dís Manibus piís s(acrum). C. Octauius Memor Octauiae Nebridi coniugi libertaeq.*

4 sic Henzen ex marmore: *Ditis placidamque* Bonada qui in 5 *ut amica pias* dedit 5 finem expleuit Bonada sextumque uersiculum cuius reliquiae minus recte lectae erant hunc fecit *ac sinat umbrarum d]eus ut [loca sancta frequentes*

394

Inplesti pia uota: peracto tempore uitae
felix Elysiís merito leuis umbra moraris.
restituent nomenq. tuum famamque nepotes.

CIL. X 1309 uidit Mommsen Nolae praecedit *dís Manibus Iuliae Rhodines, Castus pater coniugi optimae et Castus filius matri optimae*

395

Secreti Manes qui regna Acherusia Ditis
incolitis, quos parua petunt post lumina uite
exiguus cin(i)s et simulacrum corpo(r)is umbra:
insontis gnate genitor spe captus iniqua
supremum hunc nate miserandus defleo finem.

CIL. VII 250 uidit Huebner Eburaci in cippo in quo pedes puellae supersunt. praescriptum *d.] M. Corellia Optata an. XIII,* subscriptum *Q. Core(llius) Fortis pat(er) f. c.*

3 *cins* et spisse conligatis litteris *corpois* lapis 4 *gnatae genitor* cum praesertim subsequatur *natae* ex antiquiore exemplo uidetur propagatum, ipse Fortis suppar Agricolae? *spe multum captus inani* V. Aen. XI 49

396

Fatalem hanc sedem Hippolite dedit ob pietatem
in commune sibi et gnato collibertoque.

CIL. VIII 10533 ex codice Vatic. periit ex regione

uidetur Carthaginiensi oriundus titulus. praescripta θ. *C. Fidiculanius C. l. Abdacus*, θ. *C. Fidiculanius C. f. Arn(iensi) Rufus, u(iuit) Fidiculania C. l. Hippolithe*

archetypon fere 1 *mater dedit* et 2 *gnato simul atque marito*

397

Rapta sinu matris iacet hic miserabilis infas
ante nouem plenos lunae quam uiueret orbes.
hanc pater et mater maesti fleuere iacentem
paruaque marmoreo clauserunt membra sepulchro.

Gruter 717, 13 ex Smetio. AL. Burmanni IV 241, Meyeri 1346 Romae non procul a circo Flaminio. secundum ueteres schedas (Mommsen act. inst. arch. 1890 p. 91) conexum erat carmen titulo Flauiae Athenaidis puellae quae uixit *annis VIII m. I d. XVII* facto a Flauia Hor(a)ea matre CIL. VI 18290

1 *infans* in schedis Henzeni quas Kaibel a. 1874 meo rogatu contulit testimonia plurima

398

Quae nondum septem compleuerat annos,
quae caruit luce et tenebris se miscuit atris,
Lasciua nimium fatis crudelibus orta est,
liquit et orbatos miseros fidosque parentes:
uberibus pressis nutricem liquit amantem,
coniunx nutricis infelix ille relictus
maeret et ad cineres plangit sua pectora palmis
nec satis ereptam lucem sibi . . . .
. . . . . .

CIL. VI 21151 ad exempla Ferrarini et Iucundi et anonymi, Gruter 944, 6. AL. Burmanni IV 348, Meyeri 1434

Romae fuit in urna, insculpta imago puellae erat iacentis in toro eique imminentis Cupidinis praescriptum *Lasciua uerna Q. Sulpici Abascanti*

1 *septem uitae* Iucundus suppleuit, *septem totos* Ferrarinus 2 *cum* Burmannus 3 *Lasciua heu* et 6 *nutricis coniunx* uolgo metri gratia. nutrix mater est, cf. Non. p. 343 423 7 *manet* anonymus 8 morte puellae nunc oculis haurire placet?

399

Florus ego hic iaceo quondam bigarius infans,
qui cito dum cupio currus, cito decidi ad umbras.

CIL. VI 10078 ex schedis, Gruter 656, 1. AL. Burmanni IV 326, Meyeri 1416 Romae in Caelio. repraesentatus erat puer in bigis palmam praeferens praecurrente equite. subscriptum *Ianuarius alumno dulcissimo*

1 *hic iaceo bigarius* uolgo, hexameter curtus. at plenus fuisse in monumento uidetur, inter *hic* et *iaceo* quattuor fere litterarum spatium Ligorius reliquit, post *iaceo* notam aliquam codex Moroni exhibuit unde Schraderus *quondam* fecit, idque ipsum ex Ferrarini codice elicuit Henzenus aut prompsit potius. *raptus, necdum, rector* inserebant alii 2 *umbras* aut tantum *umbr* schedae

400

Musica cum cantu resonares carmina mire,
Adtas parue puer, dulci celebratus amore,
morte graui raptus taetra defungeris (h)ora
immeritus decimo praegressus nobilis anno.
set te noster amor memori pietate reformat,
at quanuis te terra tegat, miserabilis, ima,
sic dolor in paruo crescit referente sepulcro.

Gruter 658, 10, Henzeni schedae. AL. Burmanni IV 327, Meyeri 1417 Romae in uinea repertum praecedit *d. M.*, insequitur *Q. Bucusus Cresces et Mindia Fortunata alumno benemerenti fecer. filio Martialis.* nomen pueri uersu 2 scriptum barbare imitatur ἄττα τὴν φιλοφρονητικὴν προσφώνησιν νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον ἢ τροφέα

3 *ora* lapis 4 *praegressus* altores an quod gloria praecucurrerat annos? 6 *et* coniecit Meyerus. fortasse *ac quamuis* codex Pighii 7 *hic dolor* Heinsius coniecit. fuit Attae in sepulcro imago

401

Egregius puer atque Titi lib]ertus habebar,
omnia successus habu]erunt uota patroni.

quod si scire cupis tulerim] quid tríste, uiator,
hoc est, in uita numquam qu]od noxia féci,
namque pios tarde sper]aui uissere Parcas:
frustra, pro domini tamen hoc qu]od sentio uítá est.

CIL. VI 30123 descr. Henzen et Bormann, Gori inscr. Etr. I 61, 164 Roma Florentiam tralatum marmor subscriptum ..*At*]*ticus* | ... *T. lib. an. IIII* | ...*in*] *agro p. III* suppleui

402

Paruo conte]ntus iuenis, reuerentia ple[nus,
nobis gra]tus et [in diu]os pietate replet[us
. . . .

designatum accepi a Barnabeio a. 1889, Notizie 1889 p. 282, ephem. epigr. VIII 148 Corfinii titulus mutilus hic est *L. A*]*posolen*[*o L. f.*] *Augusta*[*li qui*] *uixit ann. .. mens. IIII d. X*.. [*Apos*]*olena Fort*[*unata*] *et Italicu*[*s pare*]*ntes infelic*[*issimi fi*]*lio piissimo ..posuerunt*, secuntur duorum uersuum istae reliquiae

1 fin. *pie* apographon. satis certa uidetur ablatiui in *a* exeuntis ut supra 379, 2 correptio, ergo uolgaritas prosodiae 2 initio infra *-ntus iu-* apparuerant talia *iuiit*, feci *-tus et* fin. suppleuit Barnabei cf. Lucret. II 1170 *antiquom genus ut pietate repletum*

403

Quicumque es puero lacrimas effunde uiator.
bis tulit hic senos primaeui germinis annos
deliciumque fuit domini, spes grata parentum,
quos male deseruit longo post fata dolori.
nouerat hic docta fabricare monilia dextra
et molle in uarias aurum disponere gemmas.
nomen erat puero Pagus, at nunc funus acerbum
et cinis in tumulis iacet et sine nomine corpus.

CIL. VI 9437 descr. Bormann, Henzen Or. 7252. AL.

Burmanni IV 103, Meyeri 1236 Romae in aedibus Barberinis marmorea tabula praescriptum *d. M.* subscriptum *qui uixit annis XII mensibus VIIII diebus XIII ho(ris) VIII*

2 *germinit* lapis 4 *deseruit* ut reliquit, tradidit coniunctum est datiuo 7 *nunt funus* tabula 8 V. Aen. II 557 s. *iacet ... et sine nomine corpus*

404

XXXX annis uixit . . . . a . . . ll . .
his duo iunguntur, quos menses quattuor augent
u]igintique dies. felix, si longior aetas
mansisset, quam dura sibi Fortuna negauit.
o miseros homines: uiuont qui uiuere nolunt,
uiuere qui debent, fato moriuntur acerbo.

CIL. V 7917 et p. 931, periit prope Cemenelum Alpium maritimarum in altera parte eiusdem monumenti uidetur fuisse *memoriae sanctissimae C. Subri Secundini flaminis et patroni prouinciae, pietatis eloquentiae morum magistri. C. Subrius Seuerianus frater inmatura eius morte deceptus.* antiquioris aeui colorem quam titulus uersus duxerunt, *sibi* in 4 ad mortuum refertur liberius quod licentiae olim fuit (Cic. pRosc. Am. 6 *qui se stimulat*), post sordium

1 titulus Romanus VI 19407 sic incipiens *XXXX et III ann(os) uixi cum Hermete coniuge Flau[ia] Optata quae ho[c in tum]ulo iaceo* fortasse dactylicum imitatur exemplum. in hoc uersu potuit extremum esse tale: ne carmina fallant 2 *bis duo iungantur* alii *quatuor* Solerius testis optimus 3 *.igintique* Solerius ut coniecerat Bormannus, ... *mortique* alii

405

Abstulit una dies | anima corpusq. | sim[it]ur
arsit et in | cineres iacet hic | [uersum] adque fauilla.
su premum munus mi sero posuere | sodales.

CIL. X 174 ex Viggiano et Gatta (Or. 6063) Potentiae de superiore parte reliqua sunt haec ... *iata ann. XX men. VIII dies VIIII*, post *sodales* adiunctum est *Fortunes[e]s*

1 prius hemistichium Ouidi est ex P. I 2, 4. uoluit scriptor *abstulit una dies animam corpusque*, hoc tamen simul conexuit cum altero enuntiato   *simitur* Ritschelius anth. lat. coroll. p. 11 conlato titulo Or. 2863 (supra 365 *simitur cum Mida sita est*): *sim..ur* Viggianus testatus erat, Gatta *simul*   2 *uersum* in fine uersiculi sui a quadratario omissum magis quam ab exceptore addidit Ritschelius

406

Ereptus fato est Aquileiae, Tíburi natus.
fráter defunctum uoluit uenerare sepulchro.

CIL. V 1027   repertum in agro Aquileiensi praescriptum *Cn. Coponius Felicio* quem ex imagine adiuncta cornicinem fuisse putaueris

1 debuit *Tibure*   2 *de functum* lapis diuisim. *uenero* Plauti est et Appulei

407

D. M. | et bonae memo[riae]. |
quid stantes | . . . . . .
. . . ⌈mil. ann. XXIIII probit|tus hic in leg(ione)
VII C[laud.] | lectus in praetor[io] | factus eq(ues)
promot[us] | ex b(ene)f(iciario) praefectoru[m] ⌈natus
prouincia M[oe]|sia superiore reg[io]|ne Scrina.
Dadan[a] | me genuit, tenuit G[erma]|nia colonum.
C. O. . . ⌈Ser(gia) Valens primus [he]|res et consobrinu[s f. c.

Brambach inscr. Rhen. 1077 ex Huttichio, Or. 3589 Moguntiaci, periit. supra militis imago ficta erat. in Germania legio Moesiaca tetendit paucis annis ab a. 70, Moesia superior ab inferiore prouincia diuisa est circa a. 86

3 exordium hexametri uidetur. post *stantes* sex in lapide uersiculos interiisse ex symmetria conlegit Hutt.

10 i. probatus, ut *uocitus* al.   17 ss. rursus hexametrum imitantia uerba. *Dardaniae* coni. Lehne, idem *Colonia* quia c ultima fertur

cf. Bonnensem titulum (Brambach 163) praefecti cohortis *quem genuit terra Mauretana, p.* (interpretantur *peregrina*) *obruit terra* similesque aliorum militum

408

Ortus in alta Ephyra . . .

CIL. III 615 ex Cyriaci copiis Dyrrachii praecedit titulus admodum corruptus unde Calocaero fortasse gubernatori coniugem et amicos monumentum fecisse perspicitur. quae supra scripsi, extrema Cyriacus tradidit reliqua euanuisse testatus

alta Mommsenus Acrocorinthon intellegens: *alia* traditur

409

De genitore mihi domus Vmbria, de genetrice
Ostia: Tybris ibi uitreus, Nar hic fluit albus.
ille ego qui uixi bis deno circite solis,
flore genas tenero uernans et robore pollens
miles eram. sum deinde cinis de milite factus.
nec solum hoc quia me rapuit Fatum male fecit;
quod pater et mater plangunt, hoc plus male fecit.
actumst, excessi, Spes et Fortuna ualete,
nil iam plus in me uobis per saecla licebit.
quod fuerat uestrum, amisi, quod erat meum, hic est.

Fabretti 191, 443 Reinesius 854, 141 ille ex Barberinis hic ex Langermannianis schedis, ille in Vmbria alicubi hic in oppido Stronconis i. in agro Interamnati extare tradens, CIL. IX 4756. AL. Burmanni IV 274, Meyeri 1373 praeposuit Fabrettius haec: *L. Licinius Priscus et Fabia Euplia L. Licinio Seuero filio pientissimo parentes.* ubi grauissima est auctorum discrepantia in u. 8 et 9 Fabrettii exemplar probatum in CIL. ego quasi ex peiore lectione tituli procreatum postputaui

1 *genitrice* plerique 2 *Hostia Tibris* Rein. 3 *circite* Burmannus: *circile* Fabr. *circine* Rein. circen pro circino aut circulo non habet quo firmetur exemplum

5 *ciuis ex* Rein. 6 *hoc solum hoc* Rein. 8 *actum est* Rein. *hac luce si* Fabr. in fine *uolebant* Rein. sententia uersa ex graeco AP. IX 49 et 134 Ἐλπὶς καὶ σὺ Τύχη μέγα χαίρετε, 172 Ἐλπίδος οὐδὲ Τύχης ἔτι μοι μέλει mox redibit

9 *nil amplius* Fabr. *secla* traditur 10 cf. supra 366 *hoc meum erit, cetera liqui*

410

Hic dominus tituli nótá [celeberrimus arte
. . . .

CIL. V 5931 Mediolanii. apparet uir uas ansatum manu tenens, legitur *C. Pomponius C. l. Pal. Sacco copo,* post *nótá* nihil certi

411

. . . .
lau]datus populo, solitus mandáta referre,
adl]ectus scaénáe, parasitus Apollinis idem,
quar]tárum in mímis saltantibus útilis áctor.

CIL. VI 10118 ex schedis. AL. Burmanni IV 356, Meyeri 1440 Romae fuit fragmentum marmoreum. u. 1 Metellus, 2 Smetius, 3 Henzenus restituerunt

1 *mandata referre* clausula Ouidi met. VI 449. partes sibi mandatas quaslibet an tamquam nuntius in fabulis? 3 de actore quartarum cf. CIL. XIV 4198 *L. Faenius Faustus quartar. par(asitus) Apol.* mimi saltantes sic dicuntur ut fabulae salticae

412

Heu iuuenis tumulo qualis iacet a[bditus isto,
qui pisces iaculo capiebat missile dextra,
aucupium calamo praeter studiosus agebat
. . . .

CIL. II 2335 ex Moralis schedis. AL. Burmanni IV 236, Meyeri 1343 in oppido Baeticae Peñaflor praescriptum *d. [M.] Quintus Marius Optatus* cf. epigramma Cordubense quod sequitur

1 suppl. Morales 2 post *capiebat* priores distinguebant missilem calamum intellegentes. *misso iaculo* Ouidius 3 *pariter* Mommsen, *praedae* Heinsius continuatum carmen fuisse puta parte lapidis dextra quae periit

413

Inspice qui tra[nsis . . . .

uenator studio ma . . .
lucorum cultor . . .
iungere qui uallis . . .
adque nouas scrobi[bus . .

CIL. II 2314 ex schedis Velasquez aliisque. AL. Burmanni IV 44, Meyeri 1465 Cordubae similis est qui praecedit titulus, neque tamen alter cum altero potuit coniungi

1 uelut *iuuenis lacrimabile fatum* 4 uelut *cursu montisque solebat adque nouas scrobibus fallendi nexuit artis*

414

Hic positus iuuenis quondam uirtute beatus,
aetate et genere in primis, et honoribus auctus.
qu(e)m pietas matris seruat, dea protegit ipsa,
fratris amor fecit socium matrisque dolore
sustulit, ut maneat genus et par gloria semper.

CIL. XI 1791 descr. Bormann aliique apud Volaterranos praescriptum *d. M. Q. Spuri Firmini.* ad dextram titulus est Squaetiniae Maximinae a Grapto lib. positus incisus alia manu

2 Hor. sat. I 6, 11 *amplis et honoribus auctos* comparat Hense 3 *qum* lapis 4 frater uterinus uidetur diues ignobilem in generis rerumque societatem adoptasse atque ita dolorem matris sustulisse

415

Magna hom[i]nis hic ossa teg[it] saxsus

CIL. X 4431 uidit Mommsen Capuae litteris bonis et magnis. ex prioribus haec supersunt .. *C. f. Frugi*

post *saxsus* (Henzen 6406 *nunc recipe me saxe libens*) nihil in lapide fuisse uidetur amplius, ad hexametrum requiritur *male paruus* sim.

416

Hic miser Antheros posuit duo corpora fratrum.

Fabretti 189, 435 ex schedis in fine tituli dedicati Q. Pompeio Rhodoni annorum XVIII et Q. Pompeio Marciano *fratri qui uixit ann. V, quos nouem dies eripuerunt* *Antheros* pleraque testimonia ab Henzeno collecta, *Antherus* Sirmondus. et hoc nomen quadrat in metrum, non quod Fabrettius posuit *Anteros*, consonatque cum fraterno Rhodonis

417

E]dideram munus m[irabile m]ense [N]ou[embri
a]nnonaq. meo su[mptu est lax]ata [p]er an[num.
solliciti insonte[s] proponi magna put[antes
sperantesq. mihi se munera ferre fere[bant
funera. set sanctus deus hic felicius i[lla
transtulit in melius. sic denique fata tuler[unt:
a]uratam faciunt generatis undique nummi[s,
i]nuidia creuit de nomine magna, patronu[m
si]c tamquam domini ciues expellere temp[tant,
plebi] praecisus pudor e[s]t. ut forte lucus[tae
pal]a[nt]es timidae neque[u]nt defendere ses[e,
agmi]nibus iuncti[s q]uae pabula saepe seca[ntes
inpa]uidae campis hominum pecudumque [recumbunt,
sic pop]ulus fuerat constans, disiunctus [iniquis
cedit] quisque sibi timidus, ut protin[us erret

CIL. V 5049 inter Ausugum et Tridentum in lapide fracto cuius ante hos centum annos maior quam nunc pars extitit, litteratura autem Mommseno non abhorrere uisa est ab saeculo Chr. primo inperfectum sane carmen est, atque iuxta illud positam periisse alteram uersuum paginam Mommsenus statuit quattuor qui uersum 15 excipiunt lapidis uersiculos maioribus litteris incisos in hanc sententiam redintegrans: *H(erculi)] i(nuicto) Claudia S[uccessa Ti. Iuli Classi] ci pia casta f[idelis* ... | *in]sos proba u[ouit* ... | *u(otum)] s(oluit) a(nimo) [l(ibens) m(erito)*. itaque quae carmine exponuntur de sese Claudiam omnia narrare putat corrigitque in u. 8 *patrona[m*. qua de re me fateor eo magis dubitare quod etiam in imo lapidis segmine quae apparent uerba certa numeros continuant dactylicos

(*hoc mih*]*i Claudia s*[*ola*]*ci pia casta f*[*idelis*) nec laudibus mulieris liquido confirmatur ipsam deo donum obtulisse aut titulum subscripsisse. funebre elogium quo minus credamus, sancti dei in uersu 5 intercessio non impedit. supplementa Mommseno pleraque debentur eiusque amicis Hauptio et Bormanno   ter syllaba breuis dum feritur producitur (u. 2 8 15), *lucustae* nomen cuius prima in 10 corripitur ut a Prudentio, non certum est idem fuisse cum proprio *Lucustae* quod productam habuit

1 et 2 lacunas in medio uersu testes prodidere non tantas quantis ad complendos numeros sensusque opus est. deinde 2 *ter an* .. traditur, an *ter ante?*   6 *rettulit in melius* V. Aen. XI 426, *transfer felicius* Ou. her. 7, 151

7 auratam statuam mihi faciunt collata pecunia   10 *exin praecisus* Mommsenus. post quattuor litterarum spatium apparuit rectae litterae uestigium   11 *palantes* Bormannus, *f* tamen aut *e* quinto loco esse Mommsenus ait

12 *secat.* traditur. poteram etiam *secabant* ac deinde *potitae*   13 *mox auidae* Mommsenus   14 s. *disiunctus eorum exim* et *protinus esset* Mommsenus. sententia non absoluta

418

Attica dis data sum turba comitata meorum.
Roma mihi tellus, genus inde, set hospita sedes.

Ephemeris epigraph. V 36, miserat proxenus quidam Anglus ex Kurdistania, CIL. III suppl. 6744   apud Satala Armeniae ubi castra fuere legionis XV Apollinaris a Traiano ad Augustos CPolitanos. antecedunt talia *C...* | *Iun...* | [*femi*]*nae d*[*ilectae*

1 similiter gloriatur Cornelia Propertii u. 98, *turba comitante suarum* Ou. met. VI 594, *turba .. comitata* V. Aen. II 580

419

. . . h]aec quoq. nomine Kar[a
. . . post lustra peremptam
. . . es]t tradita morti
. . . po]mpa comitante beata
. . . iunguntq. fauil[las
. . . m]emorabitur hu[ius
. . . t . . inusol . .

CIL. III 3338 multo melius quam qui omisisse hoc carmen Mommsenum commentus est Desjardins in 'Desiderata du CIL. tom. III suppl. I' Intercisa ex Pannonia inferiore asportatum in museum Pestinense

1 *kari* an *kara* lapis habeat parum liquet. nomen id fuisse mulieri conieci 2 praecedit hasta recta, tot *aeui post?* 3 exit ut 362, 2 4 de funere scilicet, *pompa comitata* Ou. met. IX 686 5 praecedit *g*: uir et mulier cubant *hic*? 6 et nomen semper natis memorabitur?

7 utrum carminis pars fuerit (uelut *sinum soluit* aut quod Leo adscripsit *minus olim*) an prosaicae subscriptionis incertum

420

Qui] legis hunc titulum, quid no[men] scire laboras,
qua]é fuerim, quo nupta uiro [libe]rtaue quoius,
an]nos quod tulerim mec[um]? miserábere certe,
si] scieris. ergo ne sit dolor, hoc precor audí:
o]mnia cum uita pereunt et inania fiunt.
qu]átinus hoc uolgo persuasum credimus, hospes,
in]dicia ut uítae titulo conscripta relinquat,
ne] graue sit, quaesso, paucís cognoscere casus
quo]s tulerim dubios et quam sit díra cupído
ulter]ius nascentem aliquem procedere horá.
terti]us á decimo cum me produceret annus,
coni]ugis adsumpsi nomen gremiumque resoluí.
at n]on ut uotís pepigi, me fata tulerunt.
temp]ore nam exiguo felix haec omina tráxi
Coeran]i et Blandae opibus decorata prius quam
saeua] per opscurum serpens mors cuncta resoluit.
terti]us insurgens mihi sol cum coniuge uísus,
non t]amen omníno, et quintae uix deinde kalendae.
hinc me] igitur nosces sextum decimumque tulisse
annu]m quem uítae finem mihi [fata dederunt.
condidit] hanc sedem coniunx m[aerensque diemque
expectans] mihi quo felix [societur in aeuom.

CIL. X 2311 (IN. 6482) descr. Mommsen Puteolis, nunc in museo Neapolitano praescriptum *C]occeiae Thallusae annos natae XVI Cocceius Coeranus uxori*, tum ad dextram *Cocce[iae] L. l. Bland[ae.* aliquotiens *i* longa, apex raro adhibitus est. mire consuta carmina, uide u. 6. suppleuit quae desunt Hauptius

2 i. quoi nupta 6 *quatinus* pro quoniam, *quatenus* pro qua fine scribi testantur Verrius atque adseclae 9 exitus Vergilianus g. I 37 Aen. VI 373 IX 185 10 *ulterius* ego scripsi: nota graecorum poetarum sententia *non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori* (Cic. tusc. I 114). hic damnat igitur qui cupiunt nascentem ultra horam natalem uiuere, debuit *procedere uita* 15 *Coerani* proposuit Nohl, nam *i* certa est. *largis* Hauptius. nomina corrupere uersum 18 *non* ego: *sed* Hauptius. hemistichium Vergili Aen. IX 248, *omnino* contrarium est insurgenti soli. II annos V menses Thallusa cum marito uixit, nupserat tertio decimo anno (u. 11) ut puto exeunte. itaque sextum decimum (u. 19) agens mortua est potuitque non expletus annus supra ubi *annos nata XVI* dicitur pro pleno numerari 21 s. sententia quae fuerit exemplo demonstrare uolui, uersus alius nullus deest

421

Condita sum Nice, quae iam dulcissima patri
ducens aetatis tenera quattuor annos
abrepta a superis flentes iam liqui parentes.

CIL. VI 19331, Muratori 1171, 9. AL. Burmanni IV 288, Meyeri 1384 Romae in columbario uiarum Appiae et Latinae, periit. praecedit *d. M. s. Herenniae Nice, u(ixit) a. III m. VIII d. XVI, Anicetus pater fec.*

1 *qua* codex quo Henzenus usus est 2 *tenerae uix quattuor* emendauit Burmannus, *tenerae* fortasse ex fide lapidis (422, 15) 3 *abrepta superis* Muratori. quam addidi praepositionem habet codex

422

Hóc ego sum tumulo Marcianus redditus aeuo.
nón dum Persephonés spérábam uisere régna.
consulibus tunc natus eram iteróque Seuero
et Fuluo pariter, quo coepi dulcis habéri.

sextus ut excessit, coepi languescere in annum.
apstulit ó saeua lux nona parentibus orta
planctibus heu miserae matris patrisque simitu.
spés mihi quam magna fuerat, si me mea fata tulissent.
Musae mihi dederant puero facundus ut essem.
inuidit Lachesis, Clothó me saeua necauit,
tertia nec passa est pietate rependere matri.
quam pie quam crébré uenit sacra uia tota
fleuit et inmensa turba funusque secuta.
dixerunt ferale diem stationibus atris,
quod tenerae aetati spes fallax apstulit annos.
nec nón omnigena passim uicinia uenit,
ut mecum florem fato moriente uiderent.
tu reddas, aeterne, piís solacia semper
et uitam serues cunctis generisque piorum.

CIL. VI 7578 uidit Henzen, Fea framm. di fasti 10, 26 (Iahn spec. epigr. p. 134). AL. Meyeri 1615 Romae in Vaticano puer qui septuennis mortuus est natus dicitur Seuero II Fuluo II coss. qui annus uidetur esse 120. nam eo anno L. Catilius Seuerus et T. Aurelius Fuluus (Antoninus Pius) consules fuere, ille quidem iterum hic tamen primum (Borghesi op. IV 157 s. V 75). an *pariter* u. 4 nil significat nisi una tum consulem Fuluum fuisse cum consul II Seuerus? an interpungens aliter hoc scriptor uoluit pariter natum esse puerum pariter dulcem habitum? apicibus syllabae multae distinguntur in quibus producta *o* aut *e* aut *a* est, rarior *i* longa. centonibus hinc inde arreptis carmen contextum puto. *redditus aeuo* 1 et postrema nouam dei imaginem exprimunt, ueterem media, nec languisse in annum et nono die ablatus esse idem tam angusto uerborum ambitu bene narratur

3 *itero* ut *secundo, tertio* (Gell. X 1). sic in nummis Hadriani *cos. itero* 6 *saeua* producta terminatione ut 8 *magna*, 12 *sacra*, 13 *inmensa turba*, 16 *omnigena*, pleraque in caesuris 7 *simitu* Plautinum (Ritscheli opusc. II p. 258) cf. supra 365 8 *me mea* deleri oportuit aut scribi *spes quam magna fuit* 9 legendum opinor *Musae mi* 11 i. pietatem, item 14 feralem et 17 morientem 12 *sacra uia* pro sacrouianis 14 constituerunt feralia ad modum

publici luctus iustitiique 16 s. similiter Adonidis uel Daphnidis fata poetae exornarant 18 *me cum* marmor diuisim 19 *generisque* nisi mendum est pro *generiq.*, haereas utrum ad *cunctis* an ad *uitam* reuoces. fortasse uita ea quae generi piorum conueniat intellegenda. *parce pio generi* V. Aen. I 526. *generesque* copulandum cum *serues* censet Leo

423

Exemplum periit castae, lugete, puellae.
Oppia iam non est, erepta est Oppia Firmo.
accipite hanc animam numeroque augete sacr[atam
Arria Romano et tu Graio Laodamia.
hunc titulum meritis seruat tibi fama superstes.

CIL. X 5920, Gruter 394, 8 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 54, Meyeri 1201 fuit Anagniae in marmorea tabula praescriptum *L. Cominio L. f. L. n. Pal. Firmo pr(aetori) q(uaestori) aer. et alim. Oppiae Sex. et Ͻ. l. Eunoeae*, subscriptum *sibi suis posterisq. eorum.* tempus non multo inferius Traiano statuo qui alimentariam curam instituit

3 *numerosque* Pithoeus sic ut Ouidius dixit am. III 9, 66 *auxisti numeros culte Tibulle pios.* sequentia uero adiectiua cum non sinant illud substitui, *numero* sic dictum putabimus ut *honore augere* uel *nomine* *sacr[ato* Mommsen: *sacri..* testis bonus, *sacrorum* Smetius, uolgo 4 Arria Paeti uxor cum marito mortem oppetiit a. 42. praedicarunt eam maxime Plinius minor et Martialis I 13, Laodamiam etiam plures ac uetustiores Romani. mortuo aduersum uenientium umbrarum imaginatio uetus ac frequens (Culic. 261 Iuuen. 2, 156) 5 *fama superstes erit* Ouidius

424

Salue care mihi coniunx, dilecta propago,
condite perpetuis tumulis, sine lucis hiatu
defleo te, puto, nec satis est decerpere crinis.
nunc neque te uideo nec amor satiatur amantis.
deflent et gemini genitoris imagine capti
et coniunx misera finem deposco dolori.

descripsit Bormann inscr. Sassinatium nr. 19 (in libro

saeculari gymn. Leucoph. Berolin. a. 1874 p. 365) Sassina Vrbinum translatus lapis. praescriptum *d. M. L. Vafrii L. f. Clementis uet(erani) coh. X pr(aetoriae) Aelia Philete coniugi desiderantissim(o)* centonem arguit inscite sartum uel *propago* quo nomine maritus u. 1 uocatur propaginis auctor, uel separati uersus 3 a 5 et 4 ab 6

2 *sine lucis hiatu* dubites hercle prioribusne adiungendum sit ita ut nullo lucis hiatu perpetuatam noctem intellegas an posterioribus ut nullo intermisso diei tempore flere coniux mortuum dicatur. at *puto*, nisi quid super additum erat ad *defleo*, ibi loci ineptum

425

Hic iacet Helpidius fatis extinctus iniquis
egregius iuuenis, causarum orator honestus.

CIL. VI 9241 ex schedis, Gruter 652, 3. AL. Burmanni IV 6, Meyeri 1148 Romae sequitur *qui uixit ann. XXX*

1 *Heluidius* Metellus, *Helpidius* testes alii ac boni. certe ad Heluidium Priscum a Domitiano occisum carmen non debebat referri 2 cf. CIL. V 6343 b quas Mediolanii Bourquelot uiderat epigrammatis metrici reliquias sic incipientes *hic iu]uenis clarus* . . .

426

Ille ego qui quondam prae[tor] paucisque diebus
praetextatus agri iudex finisque regendi
Iustitiam colui matremq[ue] aequaliter ambas,
hic sum quem cernis nunc Cassius Agrippinus.

CIL. VI 1372 descr. Henzen. AL. Burmanni IV 32, Meyeri 1183 Romae in museo Vaticano

1 principium idem cum prooemio Aeneidis ficto ante Nisum *praetor* Burmannus suppleuit add. tom. II p. 681. finium regundorum actiones iudicabant arbitri, Mommsenus dubitat an colligi e carmine possit eam iuris dictionem imperatoria aetate a praetore aliquo seorsum esse exercitam, PKrueger mandatam ad tempus ab senatu curam putat

3 *partesque* coniectauit Doruillius

427

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,

inter mille uiros primus fortisque Batauos
Adriano potui qui iudice uasta profundi
aequora Danuuii cunctis transnare sub armis,
emissumque arcu dum pendet in aëre telum
ac redit, ex alia fixi fregique sagitta,
quem neque Romanus potuit nec barbarus umquam
non iaculo miles, non arcu uincere Parthus,
hic situs hoc memori saxo mea facta sacraui.
uiderit anne aliquis post me mea gesta sequatur:
exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

Rossi inscr. christ. Rom. II 260, 2 ex florilegio codicum Valentianensis saec. IX Montepessulani saec. XII Parisini saec. XIII in quo loci indicium nullum est, CIL. III 3676. AL. Burmanni uol. I p. 730 Meyeri 209 Riesii 660. nefas tamen mihi erat spectatissimum in prato epigraphico florem praeterire   Sorani nomen praescriptum in codicibus recentioribus (*epitaphium Sorani militis* Montep. *uersus eiusdem* Hadriani *de quodam milite Sorano* Paris.) ueri simile est ad illos usque peruenisse ex ipso titulo sepulcrali quem uiuo Hadriano scriptum esse aut breui post mortem eius patet. memorat Dio Xiph. LXIX 9 milites ab Hadriano tam bene exercitos ὥστε καὶ τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βατάουων τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξαντο, Tacitus pridem suetos Batauos item tranare Rhenum, uide Mommsenum CIL.

2 i. fortesque. non praefectum cohortis miliariae Batauorum intellego sed fortissimum   6 *ex alto* coni. Schrader   *sagittas* Val. primum   10 *mea facta* CIL. ex interpolatis

428

A male Parcarum dura de lege sororum
raptus in his iaceo telluris sedibus atrae,
bis septem minus ante dies quam quinque per orbes
solis eoigenae complerem paruolus annos,
nomine Longinius, praenomine Gaius olim,
cui Proculus cognomen erat, nunc umbra nec umbra
subter humum positus mortis tegor ecce sepulchro.

nec minus et contra genetricis fratre creatus —
quattuor híc annís exs quadraginta diebus
maior in aeternam mersit sua lumina noctem —
hic meus ut frater Stabiano litore mecum
conditur, in tenebris Acherontis labitur undis.
nunc tibi ne graue sit, felix quícumque uiator,
dicere: sí sapiunt aliquid post funera Manes,
Antoni et Proculi molliter ossa cubent.

CIL. X 8131 uidit Mommsen Stabiis. subscriptum *C. Longinius Priscus pater trierarc(hus) cl(assis) pr(aetoriae) Mis(enensis) et Licinia Procilla mater filio dulcissimo* aeui Hadriani

3 satis erat *minus* aut *ante* 4 *eoigena* nouum 8 *contra* me positus 12 *conditur* lapicida, *conditus* fortasse poeta dederat 14 cf. supra 179 180

429

Quis quis es, en hospes quaeso lege — seic bene uiuas —
quae fuerim quoue in spatio mors me inuida traxit.
uixi ego bis denos annos tres atque seimitum.
coniugis opsequio semper placuisse iuabat.
fatorum cursum properans me orbauit ab illo,
seic tamen ut pignus dederim pro corpore corpus.
filius est nobeis natus, quem Iuppiter altus
diligat et natos iubeat generare futuros.
tu qui legeisti, ne sit graue dicere, quaeso,
Crispinae ut nullum terrae sit pondus grauatum.

IohSchmidt ephem. epigraph. VII 521 uidit Purgold Caesareae in Mauretania rep. tabula marmorea. boni uersus, sententiae ac uoces priscae, Iubae aetati adsignarem nisi dehortaretur uitium ad 9 memoratum, neutiquam posterius Frontone carmen puto

3 *seimitum* pro semato semisse accipio, cf. unitus unatus, artitus artatus al. corripitur uocalis quasi in *selibra*. minus probabile est nihil dici nisi *simul*, quippe cum nihil

differat ab *simitu* 5 *cursum* ad similitudinem curriculi uel itineris pro *cursus* 9 et 10 *sic* lapis pro *sit*, memorabile corruptelae Africanae specimen cf. CIL. VIII 373 *macri piae*, 3521 *Lepcitana*, 654 *Aucronia*, 9048 *ticulos?* adde etiam uolgaria ista *ueclus sicla capiclum*

430

Hic iacet exanimum dilectae corpus alumnae,
quam Parcae insontem merserunt funere acerbo —
nondum etenim uitae decimum compleuerat annum —
et mihi crudeles tristem fecere senectam.
namque ego te semper, mea alumna Asiatica, quaeram
adsidueque tuos uoltus fingam mihi merens
et solamen erit quod te iam iamque uidebo,
cum uita functus iungar tis umbra figuris.

CIL. XI 3771 descr. Bormann, Or. 4847. AL. Meyeri 1535 Careis inter Romam et Caere rep. iam Romae in uilla Albania in cippo marmoreo litteris bonis recentioris aetatis praescriptum *d. M. Terentiae T. f. Asiaticae P. Terentius Quietus alumn(ae)*

2 clausula expressa ex V. Aen. VI 429 XI 28 6 i. maerens 8 *tis* est tuis, non tui (Seruius com. Donati p. 502 K.). figuras mortuorum Lucretius et Vergilius uocarunt, nec mirum unius hominis post mortem dici figuras

431

Tu, pia tu mater cineres operire mementó.
saepius in nati nomen clamato iacentis
uerba meo cineri saltem gratissima dona.

CIL. VI 15876 descr. Bormann ediditque inscr. lat. nou. p. 6 Romae in uilla Pamfilia in marmore ornato protomis pueri et mulieris. litterae deteriores praecedit *d. M. L. Clybenio Augustali, uix(it) an. XXII m. VI d. IX, Caelia Chloe mater pientissimo filio fecit* uersus boni, nam *o* corripi in *clamato* primo Chr. saeculo coepta est, sermo satis tortus. *saltem* uersu 3 non hoc ualet ut si non alia dona offerantur, acclamationes mortuo gratae contingant, sed ut mortuo saltem, cum non liceat uiuo

432

Vota superuacua fletusque et numina diuum
naturae leges fatorumque arguit ordo.
spreuisti patrem matremque, miserrime nate,
Elysios campos habitans et prata ueatum.

CIL. III 406 Thyatiris Lydiae praecedit graecus titulus (CIG. 3513) scriptus Xenoni et Primo filiis et Valerio Valerii f. grammatico Romano ann. XXIII aut supra 2 *arcuit* traditur. nihil prosunt uota fletus di aduersus naturae leges fatorumque ordinem 4 i. beatorum

433

. . . .
gaudia sed] dam[nis non per]uia quaerite nostris.
quae nuper flebat uicinum amplexa sepulchrum
post thalami infausti taedas cupidosq. hymenaeos
intra quinque tori menses uiduata marito,
hic Sotira iacet, d[ur]i solacia casus
Augustale suo capiens post fata recepto,
si liceat saltem post tam crudelia damna
se]dibus aeternis sensus [refoue]re piorum.
nam summa] fuit ista fi[de, summa p]robitat[e
. . . .

Renier inscr. Alg. 378, CIL. VIII 4071 contulit Wilmanns Lambaese hexametri binos in lapide uersus implent. prius hemistichium uersus 1 et posterius u. 9 nimis mutilata, in illo *dam-* satis certum habeo propter u. 7 6 *capiens* Wilm. *cupiens* Ren. Vergili commonet Hense Aen. VI 377 *cape . . duri solacia casus*

434

Tu pede qui stricto uadis per semita, uiator,
siste rogo titulumque meum ne spreueris oro.
bis quinos annos mensesque duos, duo soles
ad superos feci tenere nutritus, amatus.

dogmata Pythagorae sensi studiumque sophorum
et libros legi, legi pia carmina Homeri
siue quot Euclides abaco praescripta tulisset.
delicias habui pariter lususque procaces.
haec Hilarus mihi contulerat pater, ipse patronus,
si non infelix contraria fata habuissem.
nunc uero infernas sedes Acherontis ad undas
tetraque Tartarei per sidera tendo profundi.
effugi tumidam uitam. spes, forma ualete:
nil mihi uobiscum est, alios deludite quaeso.
haec domus aeterna est, hic sum situs, hic ero semper.

Gruter 950, 7 Or. 1174, correxit Henzen Or. p. 124 ex actis inst. arch. 1831 p. 49. AL. Burmanni IV 344, Meyeri 189 Pisauri praescriptum *d. M. Petronii Antigenidis*, seruus igitur post mortem quasi liber uocatus
1 *senta* plerique. *semita* neutrum ut ἡμιόδιον (gl. Philox.)? id pro re nata esse uidetur adscitum, cum uersus *rura* sim. postularet 11 clausula Vergiliana Siliana
12 expectamus *per litora* aut *ad sidera tendo.* nescio quid utilitatis habeat *persidere* a Wakefieldo propositum, *per limina* Burmannus. si uera est scriptura, noctem ducentium superorum cum inferis confusionem habemus
13 cf. 409, 8 *excessi, spes et fortuna ualete.* AP. IX 49 incerti poetae Ἐλπὶς καὶ σύ, Τύχη, μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν' εὗρον. οὐδὲν ἐμοὶ χὐμῖν, παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ. addit Hense epitaphium Senecae AL. 667 R.

435

Hi sancte coluere deos uixe[reque honeste,
post obitum Elysios [ut] possent [uisere campos.

CIL. VI 12877, codex Vatic. 5241. AL. Burmanni IV 26, Meyeri 1462 fuit Romae. fracto lapide praescriptum non legebatur nisi unum nomen *L. Auianius Did[ymus?*
1 *uixere probati* Bonada, *beati* Burmannus 2 *cernere campos* uel *uisere* Burmannus suppleuit

436

Iam datus est finis uitae, iam paussa malorum

Vobis quas habet hoc gnatam matremq. sepulcrum
Litore Phocaico pelagí uí exanimatas
Illíc, unde Tagus et nobile flumen Hiberus
Vorsum ortus uorsum occasus fluit alter et alter,
Stagna sub Oceaní Tagus et Tyrrhenica Hiberus:
Síc etenim duxere ollim prímordia Parcae
Et neuere super uobís uítalia fíla,
Cum prímum Lucína daret lucemq. animamque,
Vt uitae diuersa dies foret unaque letí.
Nobis porro alia est tríno de nemine fatí
Dicta dies letí, quam propagare suopte
Vísum ollís tacito arbitrio cum lege perenní,
Sistí quae cunctos iubet ad uadimonia mortis.

CIL. VI 20674, Gruter 690, 4 et 5 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 230, Meyeri 1336 Romae fuit in latere dextro urnae marmoreae duplicis permagnae cuius antica pars etiamnum extat Parisiis et habet sculpta Amoris et Tyches insignia, sub his scriptum *d. M. Iuliae Secundae filiae, Corneliae Tyches uxoris*, porro sub filiae effigie *et fórma singulari et móribus piissimis doctrínaq. super legítimam sexus suí aetatem praestantissimae quae uixit annís XI mens. VIIII d. XX*, sub effigie uxoris *et incomparabilis erga maritum adfectus sanctitatisque et eximiae erga líberos pietatis, quae uíxit annis XXXVIIII mens. IIII d. VII, ex ís mecum ann. XI.* in medio carmine post uersum 7 stantis aselli aliusue quadrupedis simulacrum interiectum erat. persaepe adhibita est *i* longa, paene nusquam falso

3 Massilia Gades aut Carteiam nauigantes circum oras Hispaniae perierant 7 *ollim* scriptura fortasse unica cum aliis quibusdam uocabulis (*ollis* 13) quaesitum antiquitatis colorem prae se fert 11 *numine* Sabinus, uolgo. *nemen* νῆμα alias non uidetur legi. trinum id appellatur non tam propter tres Parcas quam quod suum et uxoris et filiae i. tria stamina uitae Secundus comprehendit

437

Liber nunc curis fuerim qui, respice lector.

Notus in urbe sacra uendenda pelle caprina,
Exhibui merces popularibus usibus aptas,
Rara fides cuius laudata est semper ubique.
Vita ueata fuit, struxi mihi marmora, feci
Secure, solui semper fiscalia manceps,
In cunctis simplex contractibus, omnibus aequus
Vt potui, nec non subueni saepe petenti,
Semper honorificus, semper communis amicis.
Maior ad[huc] hic laudis honor, potior quoque cunctis,
Ipse meis quod constitui tutamina membris
Talia, que feci non tam mihi prouidus uni,
Heredum quoque cura fuit. tenet omnia secum,
Re propria quicumque iacet. me fama loquetur:
Exemplum laudis uixi dum uita manebat,
Sollicitus multis requiem feci quoque multis.

Fabretti 634, 290 CIL. IX 4796 ex schedis, nam uidetur periisse. AL. Burmanni IV 322, Meyeri 1412 Fori Noui (Magliano) in Sabinis praescriptum *d. M. is cuius per capita uersorum nomen declaratur, fecit se uibus sibi et suis omnibus libertis libertabusque posterisque eorum.* subscriptum *L. Nerusius Mithres*

3 *exibui* pars auctorum 5 *feci* apographa, *fecit* unum eorum. noli mutare *tecti*, nam *feci secure* est pro egi, uixi 10 *adhuc hic* scripsi: *adhic* traditur unde *ad hic* aut *adhuc stat* effecerunt emendantes 11 *tumulamina* Fabr. 12 *que* unum apogr. *qui* plurima. 'tam amplum quam uides sepulcrum', ne coniungas *taliaque* 14 *quicunque facit* pars exemplarium 15 *dum u. manebat* ter V. Aen. V et VI

438

Aspice praeteriens mo[numentum et perlege uersus,
Vt noscas fuerit quantus . . .
De paruis rebus censum . . .
Et patriae clarum de[cus . . .
Natus at eloquium . . . .

Tot titulis functus . . . .
Iam non sentit on[us . . . .

Allmer inscriptions de Vienne III p. 34 n. 374 qui uersum 3 omisit, CIL. XII 1981, uiderat lapidem Viennae descripseratque Chorier subscriptum *Q. Luttius Valerius.. ..uus ponend[um cur.* fortasse *propinq]uus,* nam *Audenti* nomen ex acrostichide colligitur genetiuo prolatum opinor, non datiuo
3 scilicet *censum sibi opesq. parauit*

439

Ver tibi contribuat sua munera florea grata
Et tibi grata comis nutet aestiua uoluptas
Reddat et autumnus Bacchi tibi munera semper
Ac leue hiberni tempus tellure dicetur.

Gruter 804, 5, descripsit Bormann edititque inter inscr. Sassinates nr. 58 (in libro saeculari gymn. Leucoph. Berolin. a. 1874 p. 375). AL. Burmanni IV 179, Meyeri 1301 prope Sassinam in cippo marmoreo. praescripta *d. M. Marcanae C. f. Verae T. Caesius Lysimachus coniugi sanctissimae et sibi uiuos posuit.* fugit plerosque acrostichis
4 *lene* Sirmondus. sed *leue* solita formula *sit tibi terra leuis* commendauerat et *h* durius enuntiata patiebatur non coire uocales. *hibernum* pro hieme ut in linguis Romanensibus: leuis mortuae a tellure et in tellure hiems detur

440

Heu simul hic nata et genetrix functaeq. sitaeq.
ac tris pro multis orbant matremq. uirumq.
et soceros et auos patresq. duos patruumq.,
germanis quoniam materq. et filia nuptae.
uerum filia cum parua praerepta puella
functa die quo nupta, sed annis nupta duobus.

CIL. III 4346 descr. Mommsen Brigetione repertum in Pannonia superiore inlatum museo Pestinensi
2 griphum hoc modo explica: A et filia eius C nupse-

rant duobus fratribus B et D, CD pepererant puellam E. defunctae sunt C et E, supersunt ABD et lugent *tris pro multis, matrem* enim mortuae habes A *uirumque* D *et* uiri *soceros* AB *et* puellae *auos* AB *patresque duos* BD *patruumque* B quoniam B et D fratres fuere. ergo quae uersu 1 *nata et genetrix,* eaedem u. 5 *filia cum puella* uocantur, quae *filia* 4 et 5, eadem *genetrix* 1 est. licet conferre CIL. III 3551 *hic quescunt duas matres duas filias, numero tres faciunt*

441

Innocuus Aper ecce iaces non uirginis íra,
nec Meleager | atrox perfodit uíscera ferro:
mors tacita obrepsit subito fecitq. | ruínam
quae tibi crescentí rapuit iuuenile figuram.

CIL. VI 1975 descripsit Henzen. AL. Burmanni IV 19a, Meyeri 1171 in museo Capitolino. ara marmorea est in qua media iuuenis stat togatus, adstat huic a dextra genius, inter utrumque aper iacet. insuntque praeterea capsulae chartarumque et decempedae signa. sub iuuenis figura carmen legitur, denique in ima ara hic titulus *T. Statilio Vol. Apro mensori aedificior. uíxit ann. XXII m. VIII d. XV. T. Statilius Vol. Proculus accensus uelatus et Argentaria Eutychia parentes filio optumo et Orcíuiae Anthidí uxorí eius sibiq. et suís líbertis líbertabus posterísque eorum.* semper *i* longa scripta ex lege artis

1 *uirginis ira* clausula V. Aen. II 413, cf. Ou. met. VIII 279 (*acto per uiscera ferro* clausula ibid. 532)
2 memorabilis paeonica *Meleager* nominis mensura. nam *Meleagrus* potest paeon, *Meleager* proceleusmaticus debet fieri 4 i. iuuenilem

442

Híc iacet exanimis tumulis Aelia Sabina
cum sua nata simul, fetú quem procreat ípsa.
o Fortuna, fidem quantam mutastí maligne:
quem genuít genetrix secum tenet in lare Dítís.

CIL. VI 10971, Gruter 665, 8 a Smetio. AL. Burmanni IV 70, Meyeri 1214 Romae in urna aut sarcophago, periit praecedunt notae utrique linguae aptatae *d. M.*

θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις) et graeci hexametri quattuor (Kaibel epigr. 680) quibus Sabina annos nata XXVI cum filia matris sequaci sepulta dicitur

1 *his* Schraderus, cf. 430 *Aelia* media producta quemadmodum nomina similia *i* longa insignita in monumentis apparent multis 2 *tum* Meyerus uitium uitio redimens *quam* interpretor ut u. 4 et persaepe alias 4 *Ditis* primo casu Burmannus scriptum putauit, immo est secundo

443

Quisquis ades celeri gressu, precor, ito uiator,
ito procul et linque nefas, tibi dico, uiator:
parce oculis nec nostra uelis cognoscere fata,
sanguinea palla quae texit prodiga Clotho
et fauit rupisse suas quoque fila sorores
luctifica properante manu. iam siste uiator,
ne tibi sim penitus quaerenti causa doloris:
sede sub hac parua titulo paruoque tenetur
parua [ani]ma, dolor inmensus crudileque [fu]nus
orbatusque parens geminus, spes dura trienni
diraque sors leti. placet hoc, Fortuna, sepulchrum?

CIL. VI 10969 descr. Mommsen, Gudi 227, 4 qui litteraturam aetatis esse Commodianae dixit, Or. 4844. AL. Burmanni IV 272, Meyeri 1372 in ara sepulcrali, quam Aeliae Sabinae Aelius Trophimus et Longinia Sabina parentes fecerunt, Romae inuenta Panormum translata 3 *uellis* lapis 4 *prouida* Fabretti 238, 635 5 *fauit* uoluit et gauisa est. *expauit* coni. Schraderus 6 et sequentes in dextro latere qui sunt partim euanuere 7 V. Aen. IX 216 *neu matri .. sim causa doloris* comparat Hense 9 *anima* expleuit Gudius 11 a Lucano VIII 793 sumptum hemistichium esse *placet hoc* eqs. adnotauit Meyerus, ille continuat *dicere Pompei?*

444

Longus amor per(i)it. direp|ta morte recept(a)
utinam nós | Fátus texisset utrósque.

Revue épigraphique du midi 1885 p. 137, 563 et p. 173

contulit Allmer   Luguduni in cippo fastigiato litteris bonis   praescriptum *d. M. et memoriae aet*(*ernae*) *Matiae Verae quae mecum uix*(*it*) *ann. XXXVI m. III d. X sine ulla animi laesione*, sequitur *Pusinnón*(*ius*) *Dubitatus coniug*(*i*) *incomparab. de qua nihil dolui nisi mortem, p*(*onendum*) *c*(*urauit*) *et sub ascia dedicauit*

1 *perit* lapis   *dirempta* est *m. recepta* quasi morte obita interpretatur Mommsen. ego *direpta* aeque ac *recepta* pro ablatiuo habeo, totum comma praefultum uerbo optantis: coniuge quae abrepta est per mortem recepta utinam me simul cum illa fatum texisset. *direpta* rapta, ut CIL. III 6475 uel secundum codices in heptateucho Gallico Ios. 261 p. 166 Peiper *sunt direpta neci* (Vergilius *eripui leto*), contra raptam *recepta* cf. 433, 6, ἀπὸ κοινοῦ argute *morte. recept*(*us*) Allmer cui praestabat *recept*(*os*). cf. Cir. 517 *uirgo . . morte recepta*   2 truncus uersus, potuit *coniuge nos utinam*

445

Hic sita est infans patri per saecula flenda,
quam raptam adsiduae mater maerore requirit,
grata blandit[iis] . . unaque
quales quisque sibi cupiat producere natos.
hanc annus X priuauit munere lucis.
casum quisque legat, fato male dicat iniquo.

CIL. II 2295 descr. Huebner, complures tamen litteras ut in detrito lapide non uidit, Muratori 1190, 5. AL. Burmanni IV 282, Meyeri 1379   Cordubae   praescriptum *d. M. s. Melitine ann. VIIII m. VI dier. VIII*, subscriptum *s*(*it*) *t*(*ibi*) *t*(*erra*) *leuis: Carpophorus pater, Titilicuta mater filiae pientissimae*

1 in archetypo carmine fuit *situs*, tum 3 *gratus bl. carissimus omnib. unus*   2 i. adsidue, cf. 430, 6. *adsiduo* Hauptius correxit   3 lacuna lapidis nimis exigua quam ut hexametrum capere possit. *unaque talis* clausulam fecit Hauptius   5 *annis* legebatur ante Schraderum

446

Blandam te, pietas, mors inpia funere tristi
abstulit et dulcis rupit noua gaudia uite.
non licuit cupidos longum gaudere parentes.

Brambach inscr. Rhen. 412 in museo Coloniensi sequitur *Lupassius puer uix. an. I d. III*

1 *pietas* compellatur pro puero ipso pientissimo, ut apud Plautum *mea benignitas*, apud infimos *tua serenitas* 2 *uie* lapis 3 in *cupidos* correcta est *c* ex *p*

447

Bis binos uix dum compleuerat annos
et nimium lato citius depulsus in antrost
nec licuit lumen fato superare parentes.
uenit iniqua dies et acerbae terminis hora,
ut titulum miseri lachrimis impleret acerbis.
uiuite felices superi quorum fortuna beatast.

Muratori 1282, 11, Cavedoni marmi Modenesi p. 282. AL. Burmanni IV 252, Meyeri 1354 Mutinae, olim Romae (CIL. XI 124* 4) praecedit *Valeria Nouella mater, Hyparchus alumnus*, sequitur *Valeria Nouella mater haue et tu frater Hyparche*, denique *zetema: plenum et inanum*

1 *bis quinos* (ex Donio p. 353) *uitae nondum* Burmannus proposuit. cf. 398, 1 2 *lato* Cauedonius: *fato* Mur. *subito* aut *dicto citius* Burmannus. *antrum quo lati ducunt aditus* Verg. Aen. VI 42, capacem orcum et Ditis specus alii dicunt 3 *lumen* i. uita pueri non superauit parentes 4 *terminus horae* Mur. uolgo. termo termen hic in femininum genus transiit ut finis uel meta 6 Verg. Aen. III 493 *uiuite felices quibus est fortuna peracta iam sua* cf. Schraderi epist. crit. p. 72. *superi* detraxit Burmannus recte, sicut titulum Brigetione repertum claudit uersus idem *uiuite felices quibus est fortuna beata* ephem. epigr. II p. 425 n. 888, cf. etiam Moguntiacum supra 373 et alios

448

D. M. s. Iulia Firma sita tumulo,
quae commune torum seruauit casta mariti
et fidei plena pietate nobili uixit.
subrepta est oculis iuuenis fato dictante iniquo.
Mocimus Sabinae Augusti sororis lib. tabul(arius)
coiugi b(ene) m(erenti) f(ecit).

CIL. X 4763 descr. Mommsen. AL. Burmanni IV 169,

Meyeri 1472 Suessae Auruncae Commodi Aug. soror est Vibia Aurelia Sabina Marci filia
4 *iuuenis* dempsit AL.

449

Accomodata gerunt . . . .
. . . praetextas stamina Serum
. . . .
aedificata tholis . . . .

CIL. VI 1343, periit ad urbem in sepulcro Antii Lupi interfecti a Commodo, cuius memoria restituta a Pertinace sepulcrumque perfectum est ab adfinibus. titulum ipsum sequebantur carmina graecum et latinum quae testes antiquissimi legere non potuere. quae supra in quattuor diremi uersus, ita apud Henzenum disposita leguntur quasi trium in lapide uersuum principia fuerint

450

A

Tu ni sc[i]s quantis uita[m d]eduxerit annis,
a me non disces. titulu[s ti]bi talia dicat
uoci praepositus no[str]ae qui de super instat.
inde tibi si forte libe[t pe]rcurrere cuncta,
aspice, dicemus qu[anto se uert]ice moles
intulit in nubem [stellanti proxima] caelo,
ut soli data d . . . . . us in u . . .

B

. . . ni tan[t]u..coi . . .
. . . . et ..ui..nd..ia . .
. . . to uouet ..ei..cai.f . .
. . . et iure tenet iam ia[m . .
. . . inq. niuni...ssin . . .
. . . isq. tamen cae . . .

CIL. VIII 218, ex A iam non uidit nisi clausulas uer-

suum, in B incertissimas litteras esse adnotauit editor

Cillii in prouincia Byzacena in mausoleo Petronii Fortunati qui centurionem se interfuisse expeditioni Parthicae a. 199 et tum in diem operis perfecti agere annos LXXX testatur in titulo praeposito amplissimo. B fortasse de filio item centurione scriptum cui parentes simul memoriam fecerunt

A 1 *niscas* traditur: *ni scis* Wilmanns, *noscas* Catherwood. an *ni stas?* 2 *taeia*, 3 *oui de* traditur 5 *ou..* traditur: *quam celso uertice* Wilm. 6 *caput et quam pr.* suppl. Wilm. 7 *in unum* suppl. W. potest *laurus inumbrat* 8 infra *data* restabat etiam .. *noe*

451

Seruilia Irene reuerens pia casta pudica
bis quinos denos et sex prouecta per annos.
sit tibi terra leuis, cineres quoque flore tegantur.

Gruter 889, 2 (Or. 4834), schedae Henzeni. AL. Burmanni IV 157, Meyeri 1286 Romae post campum Florae praescriptum *d. M.* subscriptum *Chryses b. m.* φ (id est φῆκιτ)

1 *Seruilia* alias pes ionicus idem exitus 368, 1

452

. . par]um felix cum coniuge caro
. . m]eos morientes texit ocellos
. . . ui libens semperque rogaui
. . . . m suprema reliqui.

CIL. VI 30122 descr. Rossi tabula marmorea Romae effossa. praescriptum *d.*] *M.* subscriptum .. *inco*]*mparabili*

2 s. coniux tamen ipse meos oculos clausit et condidit me quod speraui libens, prolem cum oppeterem *suprema r.?*

453

Non grauis hic texit tumulus te, Punica uirgo,
Musarum amor et Charitum, Erasina, uoluptas.

CIL. III 4910 contulit Mommsen, Orelli 4857 Viruni

(Moederndorf) in Norico hexametri singuli per quaternos uersus dispositi sunt. praescriptum sub protome puellae incuruatis litteris *d. M.*, subiectum *an(norum) XII*

1 *punica* lapis, *unica* Orellius neglexisse adnotans scriptorem uocalium synaloephas. potuit Erasina domo Africa esse, etiam Moesiae superioris fluuium pro Pinco Punicum dixere quidam (CIL. III pag. 1021 ad n. 6298). sed utroque ueri similius arbitror puellam significari saltatricem *Gaditanam* quam ceteri uocant (Friedlaender ad Martialis I 41, 12)

2 ex graecis epigrammatis in quibus Μούσαισι φίλα, Χαρίτων ἄνθος, similia frequentantur

454

Littera qui nosti, lege casum et d[ole puellae.
multi sarcophagum dicunt quod cons[umit artus,
set conclusa decens apibus domus ista [uocanda est.
o nefas indignum, iacet hic praecla[ra puella,
hoc plus quam dolor est, rapta est specios[a puella.
peruixit uirgo; ubi iam matura placebat,
nuptias indixit, gaudebant uota parentes.
uixit enim ann(os) XVII et menses VII diesque XVIII.
o felice patrem, qui non uidit tale dolorem.
heret et in fixo pectore uolnus Dionysiadi matri,
et iunctam secum Geron pater tenet ipse puellam.

CIL. XII 743 descr. Hirschfeld Arelate litteris bonis saeculi II praescriptum *Aeliae Aelia[nae*

1 *disce* proposuerat Egger qui supplementa pleraque praebuit, *dole* Mommsen. hoc aut *defle* uerum puto quamuis foedum ad metrum. certe *damna parentis* sim. fastidiit Dionysias, puto 2 melius tale *quod conspicis hospes* 5 suppl. Hirschfeld 7 gaudebant sponsalibus 8 pronuntiandum opinor *diesque decem octo* 10 V. Aen. IV 4 *haerent infixi pectore uoltus.* debuit omissis nominibus *nunc matri pectore uolnus*, 11 *secum genitor*

455

Vi]rginiae Marius Vitalis coniunx (centurio) leg(ionarius) | et Marius Nigidianus fil(ius) q(uaestor) matri c

lon'ginquo adportatae et hic conditae: sex et ¦ triginta
ann(is) uixit inculpata marito
ob'sequio raro, solo contenta marito.

AugCastan Revue archéolog. 1890 Ian. p. 32 cum pictura sarcophagi Vesontione litterae uidentur esse saeculi II ineuntis, notae tamen centurionatus et quaesturae posterius tempus arguunt. clausulam hexametri excipit uersus integer

456

O quam dura tibi, [pig]uit, Fortuna, fateri,
q]uae te tam teneris annis sub Tartara misit.
denos uix passa est annos te cernere lucem.
qu]od si longa magis duxissent fila sorores,
aequius is[te l]apis complecteret ossa paterna.

CIL. III 2628, suppl. 9259, ex lapide correctum mihi misit Bormannus Salonis sequitur *si quis uero hunc sar*[c]*ofagum* [*ape*]*ruerit, inferre debebit fisc*[*o*...*a*]*uri pon*[*do*
1 *tibii.uit* lapis, *potuit* nimis latum esse, *fuit* nimis artum pro spatio adfirmat Borm. non datur ergo *doluit,* incredibile autem *iuuit* in fine *Pater*[*ne* legebatur prius
2 clausula Vergili Aen. VIII 563 al. 3 ante *denos* quod uidisse priores sibi uidebantur *r* litterae uestigium (unde *ter* Hirschfeldius supplerat inuitus) omisit Borm.
4 clausula Lucani cf. 443, 5 5 *complecto pro complector* antiqui apud Priscianum p. 393, 9

457

Tu quicumque legi[s ti]tulum nostrum nomenque requiris,
aspice quo fato raptus mihi spiritus or[e] est.
nonus ab incepto currebat mihi tem[po]ris annus,
dum subito incautus fratri succurrere tendo,
me rota sublapsum pressit prius . . .
et . . . us mihi ui[ta] sub aur[as.

CIL. XI 4311, uidi ectypa Bormanni Interamnae.

praescriptum *d. M. L. Valerio Magno L. Valerius Euaristus et Mu[rri]a Ampliata [fili]o piissimo*
1 dele *nostrum* 3 dele *mihi* 5 *prius* incertum, potui legere aut posse mihi uidebar tantisper *p[arte]s ad...ndi*, non potui *praeceps* 6 *et parui* fortasse ectypa, requiro *et sparsast fugiens artus* uel *corpus*. ex istis Leo coniecit *pressit pectusq. repandit et per hians fugit corpus*

458

Hic si]tus est infa[ns Victor d]esertus ab annis,
inuidere] uiro tunc nomin[a ferre] decent[er.

CIL. VIII 1074 repertum Carthagine extat Lugduni Bat. praescriptum *d.*] *M.* [*s.* sententiam carminis informaui 1 cf. 467, 4 *annis uiduata tuis*

459

Bis ternos annos uix(it) et mensibus (quinque),
incrementa [negant] eius currentia fata.

CIL. VI 15897 ex Gudio 318, 9 Romae praecedit *diis Manibus. T. Cocceio Euhemero*
1 *uix* | *et mensibus V* | lapis uidetur habuisse. carmini quidem aptius *VIII* 2 uix potuit *tulere* i. abstulerunt

460

Hanc sedem longo placuit sacrare labori,
hanc requiem, fessos tandem qua conderet artus
Vlpius emeritis longaeui muneris annis.
ipse suo curam titulo dedit, ipse sepulcri
arbiter hospitium membris fatoque parauit.

CIL. III 1552, acta arch. epigr. Austriaca 1882 p. 118, contulit Domaszewski CIL. III suppl. 8001. AL. Burmanni IV 33, Meyeri 1184 ad Tibiscum Daciae. litteris bonae aetatis saec. II praescriptum *Publi Aeli Vlpi uet. ex dec(urione)*. ab utraque tituli parte anaglyptum signum uiri pedo innixi uel armati, secundum Domaszewskium a dextra puer habitu Phrygio. litterae aliquot iam perierunt
5 *paraui* lapis, ne *i* quidem nunc nisi dimidiatam habet

461

Suetrius Hermes hic situs est, cui Tertia coniunx
aram constituit digno meritoque marito,
cum quo concordem uitam multosque per annos
uixit et tenero casu(s) solata marito est,
de cuius fama multi cum laude locuntur,
quod fuerit cultor domini rerumque et amator.
tu qui . . . .

Fabretti 165, 300 Doni 2, 196 Henzeni schedae. AL. Burmanni IV 217, Meyeri 1325 quorum uterque christianam inscriptionem existimauit *domini* uocabulo (u. 6) deceptus. *d. M.* praescriptionem Donius tradidit Romae in aedibus Cassinellis

3 *concordiam* Fabr. aliique (*cuncurdiam* Gudius ms.) ut *concordem* docto emendatori uideatur deberi, cf. CIL. VIII 8530 *cum omnibus concordius me uiuo feci* et nomen proprium *Concordius* 4 *uixit* spondei locum tenet. *heu* inseri uoluit Burmannus *casus solata* conieci: *casusola* Gudius, *casusbta* Fabrettius (idem in margine et Donius quod uolgo receptum est *subtracta*), *casuco.....* Sponius. *coniuncta* Burmannus patruus, *spoliata* prius ego proposui 6 *uerique* Burmannus etsi *dominum* posse patronum esse non ignorauit 7 fracto lapide periere cetera. *tu quisquis legis haec mortalem te esse memento* Burmannus adscripsit

462

Hic sit[us est] . . i mu . . . prima iuuenta fuit . .
dum uarias cupit spec[ies] museo figere in alto
decidit et Hermas hoc nunc est pondere clausus
aeternasq. lacrimas reliquit Carpo parenti.

CIL. IX 6281 ex Accursio. AL. Burmanni IV 306, Meyeri 1494. genuinum titulum esse quem antea in suspicionem uocarat iam adfirmat Mommsenus Beneuenti ut uidetur subscriptum *qui uixit ann. XXI m. VIIII dieb. XX. Carpus coloniae* (*seruus*) *pater infelicissimus fec*(*it*)

1 quantum litterarum desit parum certum est. bini lapidis uersus singulos hexametros efficiunt, *hic—fuit* per tres uersus digesta sunt spatiosiore scriptura. fortasse *est*

Hermas cu]i mu[scaria ars et] prima i. f. fortasse prima uerba extra numeros posita. post *fuit* punctum cernitur, ut breuem uoculam uelut *sed* insecutam esse credas 2 legendum *cupiit* opinor *museo* dependenti ad imaginem specus arte reddendam, ut ait Plinius XXXVI 154 3 *et*] *eti* complicitas Accurs. 4 ex tali *aeternum uolnus liquit lacrimasq. parenti*

463

Hic situs ille ego sum merulator Publius ipse,
quod uocitatus eram Baebius cognomine patris.
Roma mihi patria, nomen meu Primus in aeuom.
hos uersus fraterque soror tumuloque dicarunt,
qui pietate sua merito laudem posuere.

CIL. VI 13481 uiderat Gudius, Fabretti 418, 373. AL. Burmanni IV 40, Meyeri 1189 Romae inuentum in uinea supra carmen uiri iacentis imago fuit uerbaque *q. uix(it) ann. XXXX*, infra *P. Baebius P. f. Pal. Myrtilus et Pomponia Spica unico fratri dignissimo et pio fecerunt.* Myrtilus hic et Pomponiae Spica et Fortunalis *sarcophaga fecerunt* CIL. VI 13478

1 *sum* omisit Fabretti, addidit Gudius ms. 436, 2 *merulator* uocabulum ignotum. nomen proprium Meyerus esse statuit, signum Henzenus ei qui uocitatus erat *P. Baebius Primus.* Forcellinius in lexico meri potatorem significari commentus est propter Baebium nomen a bibendo deriuatum. ego nescio an organa aquarum ille fecerit conlato Vitruuio X 12, 4 qui *merularum aquae motu uoces* expressas commemorat, certe quidem negotium ut *piscator merkator* al. denotari arbitror 2 *quod*] explicatur cur ante scriptum sit *ipse*: nam patrium nomen Baebius fuit. nec persuasit mihi Henzenus peccasse quadratarium aut scriptorem ut qui uersum illum *Roma mihi patria* debuisset conlocare ante hunc *quod uocitatus* 3 *mansurum nomen in aeuom* Burmannus proposuerat, idem 4 *tumulo uersus fraterq. sororq.*, et hoc quidem scriptor cogitauit

464

Fata suum petiere diem: qui reddidit,
hic situs est Philadelphus.

CIL. X 1920 uidit Mommsen ex agro Puteolano inlatum museo Neapolitano continuatur *Philadelphus Sexsti Cerinthi dispens(ator) uixit ann. XXXV* uersus expletur sic *reddidit, hic est.* noli *diem* disiungere a praegressis, *hunc petii grandaeua diem?* Valerius Fl. VIII 150

465

A

Paulo siste gradum, iuuenis pie, quaeso, uiator,
ut mea per titulum noris sic inuida fata.
uno minus quam bis denos ego uixi per annos
integer .innocuus semper pia mente probatus,
qui docili lusu iuuenum bene doctus harenis
pulcher et ille fui uariis circumdatus armis.
saepe feras lusi, medicus tamen is quoque uixi
et comes ursaris, comes his qui uictima sacris
caedere saepe solent et qui nouo tempore ueris
floribus intextis refouent simulacra deorum.
nomen si quaeris, titulus tibi uera fatetur:
Sex. Iul. Felicissimus.
Sex. Iulius Felix alumno incompara[bili et] Felicitas f[ilio?

B

Tu qui cumque legis titulum ferale sepulti,
qui fuerim, quae uota mihi, quae gloria, disce.

Bis denos uixi depletis mensibus annos
et uirtute potens et pulcher flore iuuentae
e]t qui praeferrer populi laudantis amore.
q]uit mea damna doles? fati non uincitur ordo.
re]s hominum sic sunt ut [cit]rea poma:
aut matur]a cadunt aut [immatura] leguntur.

CIL. XII 533 descr. Hirschfeld Aquis Sextiis in

cippo litteris bonis saeculi fere II exeuntis. uersus 1—13 in fronte leguntur, 14 15 in dextro, 16 ss. in sinistro latere

6 Pulchrum nomen defuncto fuisse putat Hirschf. conlato uersu 11, quem ego non spectare arbitror nisi ad nomen ipsi subscriptum u. 12. tamen si *ille* non temere adiectum est, hoc Felicissimum quasi agnomine honoratum esse statui oportet. cf. 15 et 17 8 ursariis et uictimariis coronariisque 10 clausula Ouidi met. X 694, monuit Hense

16 cf. 3: XX anni sunt si menses de plenis minores feceris 20 *s* non certa, sed reliquiis spatioque *fata* non est uisum conuenire. *res* proposuit Bormann *citrea* inuenerat Garruccius contuleratque Macrobium sat. III 19, 4 *mala citrea, alia enim praecarpuntur, alia interim maturescunt* omisisse lapicidam tale *ut in arbore citrea* Huelsen et ego sumpsimus, cf. titulum Romanum Henzen 7405 *quomodo mala in arbore pendunt*, altercationem Hadriani et Epicteti p. 23 Lindenbr. *poma ut in arboribus pendent*, quae comparaui mus. rhenani 36 p. 329

466

Respice praeteriens, oro, titulumq. dolebis,
quam praemature nimium sim mortis adeptus.
triginta annorum rapta est mihi lux gratissima uitae
et de gente mea solus sine paruolo uixi.
quem mater miserum fleuit, quod pietatis honore relicta est.

CIL. XII 218 ex editis prope Antipolin praecedit *d. M.* cum signis regulae et asciae, subsequitur *Q. Luccunio Vero Raielia Secundina mater filio piissimo fecit.* uitiati uersus interpolatione (3 fac *impubi raptast*, 4 *sine coniuge*, 5 tolle *miserum* et *quod est*)

2 *adeptus* non credo idem esse quod *ademptus*, sed adipiscendi uerbum sicut potiendi copulatum cum genetiuo (Tac. ann. III 55 VI 45) 4 ultumus suorum filium non reliquit 5 i. destituta, priuata

467

Aeternam tibi sedem Hermes aramq. dicaui,
Nice, optassemque utinam tua fata, superstes
ut mihi tu faceres, sed iniqua sorte maligna

rapta iaces annis iam uiduata tuis.
ia tibi Cybeles sint et rosa grata Diones
et flores grati Nymphis et lilia serta,
sitq. precor meritis qui nostra parent tibi dona
annua, et manes placida tibi nocte quiescant
et super in nido Marathonis cantet aëdon.

CIL. VI 9118 ex schedis, Gruter 1034, 3. AL. Burmanni IV 155, Meyeri 1284 Romae, periit initium tituli corruptum aliquo uitio traditur *Cocceiae Nice Domitiae f. Chrysae, uix. ann. XXIV m. IV d. XXIV. Hermes Cocceiae Bassae act(or) coiugi benem(erenti)*

2 *nunc ego praeissemque* Muratorii 1351, 11 schedae interpolatae. eloquendo confudit iste *optassem tua fata* et *utinam tulissem t. f.* 4 *iaces uiduata tuis iuuenilibus annis* Mur. Gruter *iam* et *tuis* omisit indicata lacuna

5 *ia* producta priore ἴα, nam de cruore Attis uiola nata est (Arnobius V 7). *iam tibi lac* Mur. absurde 7 *sitq.* est traditum idque relinqui uolo Hermae, nam Graeci ἔστιν οἵ. *sintque precor meritae* Mur. 8 *annua et hic manes* Gruter 9 *Marathonia* Apianus. illo adiectiuo bis usus est Statius (*Marathonide silua flebilis Erigone*)

468

. . . .
saep]e meis tumulis auis Attica paruula uenit
et satiata thymo stillantia mella relinquit,
mi uolucres hic dulce (c)anent uiridantibus antris,
hic uiridat tumulis laurus prope Delia nostris
et auro similes pendunt in uitibus [uua]e
. . . .

Renier inscr. Alg. 2132 descr. Cherbonneau, CIL. VIII 7854 fuit Cirtae

1 *dequ*]*e* Renier proposuit *apis Attica* Ouidius *uenit* quod productam priorem habet quamquam praesentis temporis est, Afrorum hoc uitium familiare esse Consentius ait GLK. V p. 392 3 *-ce c-* tres una nota comprensae litterae 5 *pendunt* non rarum est cf. quae ad 465, 20 adscripsi ex Or. Henzen 7405

469

Inter odoratos nemorum ubi laeta recessus
mater pingit humus, et lectis dedala tellus
floribus exultat gratisque et frondibus almum
uix patitur cum sole diem, hic prouide felix
Florentine decus cum coniuge sancta pudica
Hostiliana tua et Splendonillae natoque
cons[ociatus eris . . .
hic pulcr[as . . .
aedes pen[silibus . .
incertu . . .
constru[x . . .
felices ut . . .

Renier inscr. Alg. 3101, CIL. VIII 2035 descripsere Renier et Wilmanns   Theueste
2 *daedala tellus* Lucretianum   3 *gratisque* de industria proxume admotum est ad *frondibus*, ne claudicare putes post insequens, cf. 467, 6   4 *felix* ut 12 *felices ut una quiescatis in perpetuom*

470

Quat ualeas abeas pascas, multos tu habebes amicos.
si haliquit casu alite[r] aduxerit aster,
aut ili Romai frater es aut tu peregrẹ heris
et uocas acliua. quo si tu non nosti amicos,
adgnoscet homines aeg(er) quos no(n) pote sanus.
porta probat homines, ibi hest trutina ultuma uitai:
aspicent ex(e)quias (ali)quis, ita ut quit euitant:
et pietas hilic paret et qui sit amicus.
b]enificia absenti qui facet, ilic am[icu]s herit.

CIL. XII 955, add. p. 819   Arelate litteris satis bonis sed inperite incisus titulus, ectypon uidi missum ab Hirsch-

feldio: semigraecum auctorem carminis Hirschfeld suspicatur cf. *aster*, *h* male additam compluribus uocabulis aut omissam, barbarismi peruicaciam

1 *quat* est quad quoad, *abeas* habeas. *multos numerabis amicos* Ouidius trist. I 9, 5   2 *aster* astrum, genitura. incertum utrum ἀστήρ sit an latino more mutatum ex astro (cf. qua falx et arater ierint)   3 *i(l)li* habenti et pascenti   *frater* est parasitus ut apud Iuuenalem uel Palladam (APal. X 44)   *haeres* potius quam *eris* intellegendum propter *cliua*   4 *a(d) cliua*, uocas auxilio ad asperitates rerum et inpedimenta, ut interpretatur Hirschf. *si — nosti* in litura repositae litterae   5 *adcnoscet*, tum *aeg quos no* lapis   7 *exquials* | *quis* sic fere lapis sed *ls* an *is* an tantum *s* incertum. interpretor: aspicient exequias aliquius (cf. Lachmannus Lucr. p. 27) sed maxime euitant neque ipsi eunt. an *quis* prisco more pro *qui* nom. plur.? tum uix probabile est *quit* dictum esse pro potest, cf. Petron. 45 *quid utique*. malueram quidem *aspice ut*, non comparuit tamen   9 lapide recognito legit Hirschf., inter *amicus* et *herit* nihil uideri intercidisse. exitus elegiacus

471

. . . hilaresque penates
. . . thalamoque uenusto
ut caperet tel]lus perfunctos uita beata,
hic sedem aet]ernam uiui facere uolentes,
utq. foret titu]lus concordiae posteris sanctae.
at functos qu]i sint, sequentibus uersibus disces:
. .]s et Luria fatali reddita morti;
haec frugi pia d]octa colo calathisque Mineruae,
ille arte]m digitis nummoque probare peritus
ex ratione,] suo cognomine dictus Paternus.

CIL. VI 23852 ex Marinii et Kellermanni schedis Romae fuit tabula marmorea grandis litteris pulcris et magnis

1 hi laetam coluere domum   2 felices coniugio 4 *fecere* postulabat uersus   7 *Luscius* metro aptum nomen, at fuit longius multo   8 Vergili Aen. VII 805 *illa colo calathisue Mineruae femineas adsueta manus* admonuit Marinius   9 calculatorem dici opinor. Henzenus *doctus item digitis nummosque* proposuit, sed tenendum *nummo*

472

Hic situs est iuuenis, primo qui flore iuuentae
impauidus Martis dumq. au[den]s iret in hostis,
inuida Parcarum semper sic prona uoluntas
oppressit. memorande iaces, Ianuari, sepulcro,
sic felix, quot humo te mater miseranda recondit.

CIL. VIII 9142 contulit Wilmanns titulum spissum iuncturis litterarum ac difficilem, male ediderat Renier inscr. Alg. 3589 Auziae subsequitur *Geminius Victor fratri carissimo fecit dedicauitque: uix(it) an. XXXXV*, ad sinistram adhaeret *d. M. s. Magnia Ancillu et Geminius Nabor, de eorum Sertorius et Ianuaria fecerunt.* satis bonum carmen aliunde adscitum: uitium fecit nominis proprii interpolatio u. 4 (pro tali *Dentate*) et clausula u. 5 (pro tali *te mater condit amica*)

2 *dum cautus* ediderat Ren. *-tu-* in lapide esse negauit Wilm. *dum gaudens* Mommsen fecit

473

Raptus ego superis patribusque ablatus inique,
cum frui debueram aetate florida luce,
his requiesco locis, uitam cui fata negarunt.
praecipitem memet superi mersere sub aulas
ac tumulo clusere graui.
usus et arsque mihi fuerat studioso corde reperta,
maxima quadripedum cura, studia quoque plura fuerunt.
ingenio semper plenus, probitate beatus,
ut quandoq. simul patribus finito lumine uitae
manibus hís quieti pariter sociauimur una.
quisque legis, doleas. deuites talia fata.

Gruter 656, 2 qui Romanum titulum dixit, est autem Mediolanii repertus neque iam exstat, CIL. V 6128. AL. Burmanni IV 10, Meyeri 1164 praecedit *Q. Viri Seuerini: Attia Seuerina et Q. Virius Onesas parentes,* subse-

quitur *qui uixit annos XXVIIII mens. V d. V et Attio Epicteto libert*(*o*)

2 i. luce frui florens aetate 4 *sub undas* Bonada, *sub umbras* Wakefieldus. aulas intellege Ditis 6 *arsque* humilioris sermonis assuetudo siue heptametri studium expressit cum oporteret scribi *ars mihi erat.* fuerat autem Viri ars repraesentata in monumento, 'uir togatus cum funali in manibus et asino iuxta pedes' ut ait auctor unus, 'iuuenis tunicatus succinctus tenens retia umero inclinata et lorum canis uenatici' ut ait alter. clausula uersus Lucretiana (*corde repertum* VI 5) 9 *et quandoque* Cyriacus, opinor ut corrigeretur structurae uitium quod Heinsius sic remouit *sociemur in urna.* tum *limine* plerique, *lumine* Cholerus 10 *manibus* quasi sepulcro composti

474

Respice praeteriens, uiator, consobrini pietate parata:
cum lacrimis statui, quanto in munere posto uidetis.
Pannonia terra creat, tumulat Italia tellus.
ann(is) XXVI, ut sibi castris honorem atquireret ipse,
dolori ma[g]no substentauit tempore longo.
postea cum sperans dolorem effugisse nefandam,
ante diem meritum hunc demersit at Styga Pluton.
quotsi fata eo sinuissent luce uidere,
ista prius triste munus posui dolore repletus,
munus inane quidem. terra nunc diuidit ista
ossua sub titulo potius. tu opta, uiator,
cum pietate tua ipso terra leue, nobis fortuna beata,
ex qua tu possis obitus bene linquere nato.

Eph. epigr. IV 346, 936 descr. Mau, Notizie d. scavi 1880 p. 228 descr. Lanciani Romae litteris satis bonis quae saeculo fere II exeunti adsignantur supra uisitur in tabula eques inuadens leonem adstante puero et cane, infra legitur *Val. Antonius et Aur. Victorinus hered*(*es*) *Vlpio Quintiano eq*(*uiti*) *sing*(*ulari*) *ben*(*e*) *mer. posuer*(*unt*). germana barbaries

1 cf. 466, 1 2 quantum in m. postum 4 tot emeritis stipendiis (XXV pluribusue) ex numero equitum sing. mittebantur missione honesta 5 dolorem magnum

6 debuit *speraret* Verg. Aen. III 653 *gentem effugisse nefandam*, bella res est uolpis uda 8 eum siuissent lucem 9 oratio inconexa, sententiam declarat sequens carmen 12 ipsi terram leuem, nobis fortunam 13 *qua* potest reuocari ad pietatem, aliter autem scriptor sensit cf. 475 et 476 *linouere* lapis *nato* rursum accusatiuus

475

Perlege cuncta precor, cultor, pietate parentis
cum simul et matre, quod nobis inane sepulchrum
fecerunt, quanto in munere positum uides.
quod si fata mihi dedissent luce uidere,
ista prius ipsis facerem, non ut poscere mun[us,
munus inane quidem. terra nunc diuidit ista
corpora nostra nimis grauiter parua aduers[us] uota parentum.
quod peto, si colitis Mane[s], cuncti meo nomini semper
hac mihi terr[a] leue optetis. uobis dii fortuna beata
et semper honoratam prestent suo numin[e] sancto,
ex qua possitis obiti bene linquere n[atos.

CIL. VI 3608, ego accepi a Bormanno fuit Romae praescriptum *d. M.*, subscriptum *Iul. Valens* (*centurio*) *leg. cum Vital. Seruanda coniug*(*e*) *parentes fil*(*io*) *dulc*(*issimo*) *b. m. f. c.*

2 clausula Ouidi met. VI 568 5 i. poscerem. Mommsen fecit *poscerem ui*[*tam*, sed Manutius *posceremun-*, alii *posceremur* uel *-mus* descripserant, et confirmatur *munus* superioris carminis uersu 9 7 *parua* refer ad terram

8 ss. hi quattuor uersus pari barbarie inquinati in ueterani carmine proxumo leguntur, in utroque ab *et semper* noui uersus exordium fit nec reiecta est particula in finem prioris 9 i. ac, non hanc

476

Huc sita est Paterna post annos VIIII et XX, |
sanctae casta fide, post pignora certa: |
gnatum memoriae statuit haec prima | cubili.

coniugis obsequio meruit | in munere functae sephulcrum |
dignum pro meritis a coniuge amantem |
perciperet titulum suo nomine testans. |
me Germana creat tellus myseram | quem nunc hic Fabia terra tegit. |
nunc rogo, si colitis Manes, cuncti | meo nomini tantum
terra leue optetis. | uobis nunc dii fortuna beatam |
et semper ho(no)ratam praestent | suo numine sancto libentes, |
ex qua possitis obiti bene linquere natos.

CIL. VI 3452 descripsit Bormann Romae in aedibus Quirinalibus Barberinorum, ex schedis Barberinis Fabretti 283, 784 acceperat princeps editor praecedit *d. M.* insequitur *M. Aurel. Diascentus uet*(*eranus*) *Aug*(*usti*) *n*(*ostri*) *cum M. Aur. Antiochiano fil*(*io*) *coniugi inconparabili b. m. f. c.* paucissimi uersus modulos implent legitimos 1 *huc sita* sic ut *posita in terram,* soloece pro *hic, in terra* 2 *sancta e casta* diuisim tabula, *sancta et casta* Henzenus edidit. *sancta fides* Vergili et Enni dictio mihi hic genetiuo casu efferri uidetur 3 *cubile* fecit Henzen non recte: filium prius pepererat mulier reliquitque memoriam coniugii 4 cf. 429, 4. *functae* relatum est ad *coniugis,* potuit *functa* 5 i. amante, ut puto 6 *percipere et* Henzen praeter necessitatem 7 *quem* generis communis, cf. 442. Fabia terra Mommseno urbs Roma dici uidetur quasi adscripta illis temporibus tribui Fabiae. ego haesito an Quirinalem collem intellegam ut in quo stata fuisse sacra genti Fabiae Liuius V 46, 2 referat et proxima portam Collinam, deliberari poterunt etiam Pliniana XXII 10 8 ss. uide quod praeposui centurionis carmen 8 *quod peto* eqs. 10 *horatam* lapicida

477

Te rogo, praeteriens fac | mora et perlege uersus
quos ego | dictaui et iussi scribere quendam. |
est mihi terra leuis merito, sed quiesco | marmore clausus.
reddedi depositum, | coaglaui semper amicos,
nullius thalamos | turbaui, nemo queretur.

coniunx kara | mihi mecum bene uixit semper honeste. |
praestiti quod potui, semper sine lite recessi. |
unus amicus erat tantum mihi qui | praestitit omnia semper honeste, |
T. Fl. Hermes u(iator) q(uaestorius). |
tunc meus adsidue semper bene luxit, amice, focus.

Fabretti 283, 183 Henzen Or. 7412 CIL. XIV 2605. AL. Burmanni IV 24, Meyeri 1177 fuit in uilla Tusculana sub protome uirili praescriptum *dis Manibus M. Publici M. lib. Vnionis,* subscriptum *fecit Vnio sibi et Galliae Tyche optimae coniugi et Aemilio Isidoro uernae suo et posterisq. suorum et coniugis suae et Isidori et eorum posterisq. et M. Publicio Felici alumno suo*
4 *coaglaui* trisyllabum, scribitur etiam *quaglator* (Henzen 5650) 10 contulit Burmannus Tibullum I 1, 6 *dum meus adsiduo luceat igne focus*

478

Hunc Placentia habet, patria quem Roma creauit,
marmoreo positum solio, aramque sacrauit

CIL. VI 9240 descr. Gatti, Fabretti 378, 190. AL. Burmanni IV 366, Meyeri 1523 Romae in macello ad arcum Gallieni rep. cippus marmoreus praecedunt prorsum lacera haec *aeternae animae L. Aeli Terti causidici quae in ... fuit condicione ... annis XX ..... cuiu[s] ..... peru ..... aram ... dulcissimo [fi]li[o fecit L.] Aelius Tertius pater,* adhaerent extremo carmini nullo separata interuallo *in hortis Alli Filetiani carissimi amici curante L. Aelio Coma patruo. filio innocentissimo.* ἀνθρόπινα
1 *quem patria* Burmannus proposuit 2 *aram sacrauit* pater istam opinor Romanam in hortis amici

479

M. Furius Herennus Papiri(a) | Astigitan(us)
ueterani f(ilius) hic situs est. |
Baetica me genuit telus, cupidus | Libuae cognoscere | fines
Caesar(e)ae | ueni cupidus. fata me rapuere mea |

et me iacio eidus ignotis. uixsi an|nis L.
uiuere dum liquit, carus me|is et pius uixsi et in omnia sollers. |
ite mei, sine me ad meos ite.
dic, | rogo, praeteriens hospes:
sit t(ibi) t(erra) | leuis et moliter ossa quiesc(a)nt.

Ephem. epigr. V 999 descripsit IohSchmidt Caesareae Maurorum

1 Astigi Augusta Firma colonia Baeticae 3 *cognoscere* cum lapicida scalpturam mutaturus nouum ordinem uersuum incoharet, bis scriptum est exeunte uetere et ineunte nouo ordine. et scriptor male iterauit *cupidus* 5 corruptum a lapicida putant Schm. qui *iaceo finibus* et Mommsenus qui *iacere uoluerunt litoribus* proposuit. an graecum est εἰδώς? Homerus ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν ἤ -. nam *fidus* (ita Schmitter bull. épigr. de la Gaule 1883 III p. 89) nil proficit, debuit *fidens* 8 *hosphs* primum dedit lapicida (an η graecam?) tum *e* ad *p* adiunxit, factumque est quasi *hospehs* 9 *molliter o. q.* Verg. ecl. X 33

480

Hic situs est Varius cognomine Frontonianus,
quem coniunx lepida posuit Cornelia Galla.
dulcia restituens ueteris solacia uitae
marmoreos uoltus statuit, oculos animumque
longius ut kara posset saturare figura.
hoc solamen erit uisus. nam pignus amoris
pectore contegitur memor[i] dulcedine mentis
nec poterit facili labium obliuione perire,
set dum uita manet, toto est in corde maritus.
nec mir(um), quoniam tales quae femina mores
uel . . . .
ille piu . . .
in dulc . . .
et quo . . .
felix i . . .
set fo[rtuna . .
eripuit . . .
nam bi . . .
nec li[cuit . .
anno . . .

CIL. VIII 434 descr. Wilmanns lectionem certissimam esse dicens, posteriorum X uersuum non apparent nisi principia Ammaedarae

5 *karara* lapis 9 *uita* scripsi: *usta* editor. idem uereor ne errarit e contrario in 8 ubi *labium* i. labiorum permirum est, consentaneum *labsum*

481

Artis grammatices doctor morumque magister
Blaesianus Biturix, Musarum semper amator,
hic iacet aeterno deuinctus membra sopore.

Revue épigraphique du midi 1891 p. 77 uidit Espérandieu apud Lemouices. effigiem cippus habet hominis barbati tenentis dextra uolumen, sinistra globosi quiddam. ad dextram adiecta tabella litteras ostendit *M C B* | *B C I*, fortasse *M. C... B(laesiani) B(iturigis) C(ubi)*

3 *deuinxit membra sopore* Lucretius IV 451, *aeterno fatur deuinctus amore* V. Aen. VIII 394

482

. . . .
quem Nilotica ripa suu]m patriaque notauit
ingenioque, et Ale]xandria coiuge iunxit,
unanimis quacum trigint]a pertulit annos.
uana relicta modo est magn]arum fabula rerum
paruaque fortuna] congesta fama laborum.

CIL. III suppl. 8002, acta arch. epigr. Austriaca 1882 p. 119 n. 68 descr. Torma et Domaszewski Tibisci in Dacia. principia carminis lapide mutilato supra et sinistra periere

4 *iamque leuis pereat uanarum f. r., permaneat modo re cong.* prius proposui

483

ars cui summa fuit fabricae, studium, doctrin(a) pudorque,
quem magni artifices semper dixsere magistrum.

doctior hoc nemo fuit, potuit quem uincere nemo,
organa qui nosset facere aquarum aut ducere cursum.
hic conuiua fuit dulcis, nosset qui pascere amicos,
ingenio studio docilis animoq. benígnus.

CIL. XII 722 contulit Hirschfeld, Henzen Or. 7231. AL. Burmanni IV 321, Meyeri 1496 Arelate. praescriptum *d. M. Q. Candi[di] Benigni fab(ri) tign(arii) corp(oris) Ar(elatensis)*. subscriptum *Candidia Quintina patri dulcissimo et Val. Maxsimina coniugi kar(issimo)*
1 *studium* detraxit Burmannus, idem 3 *fuit* 3 cf. militis laudem 427, 7 4 non hydraulas tantum dici patet sed uaria fabricae aquariae opera, clepsydras molas sim. 5 *couuíua* lapis scalpri potius quam linguae uitio
6 mores cum nomine Benigni concordantes praedicantur, *docilis* Gallicanis est qui facile docet

484

Dum sum Vitalis et uiuo, ego feci sepulcrhum
adque meos uersus, dum transseo, perlego et ipse.
diploma circaui totam regione pedestrem
et canibus prendi lepores et denique uulpes.
postea potiones calicis perduxi libenter,
multa iuuentutis feci, quia sum moriturus.
quisque sapis iuuenis, uiuo tibi pone sepulcrhum.

Nissen Hermae I p. 342 qui descripsit et exeunti saeculo II aut posteriori aetati adtribuit, CIL. VIII 1027, add. p. 929 contulit Wilmanns Carthagine repertum marmoreum monumentum. in medio praescriptum est *d. M. s.*, dextra *Vitalis Aug. n(ostri) tabellarius, uiuet et conuiuat*, sinistra *et Antigona, uiuet et conuiuatur*
1 ludicre miscentur *uitalis* et *Vitalis* 3 *diploma diplomae* declinari uolgo notum est unde *diplomarium* pro diplomatario. *diploma circare*, siue ablatiuus (*nauibus an equis an diplomatibus* Fronto p. 15) siue alius nomini ab origine casus fuit, in unam notionem quasi congelauit. *circat* κυκλεύει *circumit* glossae (Hildebrand gloss. Paris. p. 53), inde *chercher* sim. Romanenses, sic decet tabellarium. *pedestris* regio uidetur cursus uehicularis stationibus opposita 4 *uulpis* Wilm. 5 *pocula, potiones ducere* inde

ab Horatio usitatum est, *perducit laeta liquorem*, ut Mommsen in Herma adnotauit, in carmine legitur Orphico apud Arnobium V 26

485

Scribi in titulo uersuculos uolo quinque decenter. |
Valerius Auitus hoc scripsi Conimbrica natus. |
mors subito eripuit.
uixi ter denos | annos sine crimine uitae.
uiuite uic|turi, moneo: mors omnibus instat.

CIL. II 391, suppl. p. 815 ex schedis Conimbrigae Lusitanorum praescriptum *d. M. Valerio Auito Valeri Marini fil. ann. XXX Valeria Fuscilla mater fil. carissimo et pientissimo et opsequentissimo p(osuit)*. infra circaque signa fuere uoluminum pugillarium tabulae puncta XXX extollentis

1 debuit *uersiculos scribi in titulo* 4 *criminae* Manutius tradidit. *sine crimine uitam* Verg. Aen. IV 550

5 *uiuite felices, moneo, m. o. i.* in epitaphio Veronensi CIL. V 3403

486

D. M. | Gargiliae Honoratae Salditanae.
uix[it ter denos] | annos sine crimine ullo.
uiuite morta[les, moneo: mors] | omnibus instat.
discite qui legitis.
ego [dolens feci] | Herinnius Rogatus sescuplicarius
cla[ssis] . . . | maritae meae dignae et meritae.
Gargi[lia, terra] | tibi leuis sit.

Ephem. epigr. V p. 467 n. 993 descr. IohSchmidt Caesareae Maurorum

1 Saldae eiusdem prouinciae colonia 2 s. cf. 485, 4 s. 6 *Garci-* lapis

487

Hic iam nunc situs est quondam praestantius ille
omnib(us) in terris fama uitaque probatus.
hic fuit ad superos felix, quo non felicior alter
aut fuit aut uixit, simplex bonus atque beatus.

numquam tristis erat, laetus gaudebat ubique,
nec senib(us) similis mortem cupiebat obire,
set timuit mortem nec se mori posse putabat.
hunc coniunx posuit terrae et sua tristia fleuit
uolnera, quae sic sit caro biduata·marito.

CIL. XIV 636 descr. Rossi Ostiae in marmore litteris malis praescriptum *d. M. P. Aufidi Epicteti, uixit annis LXXVII mesi. V diebus XV, d. M. Aufidi.* 'P. Aufidius Epictetus quaestor corporis mercatorum frumentariorum in titulo Ostiensi XIV 161 fortasse idem est' Dessau. saeculi fere tertii

1 *quondam* ut supra 426 et 427, 1. *praestantius* eximie 3 *felix* superest metro, insequitur hemistichium Vergili Aen. IX 772 9 cf. 433, 4

488

Altori ob meritum dicat hanc Octauius aram
acri homini adque alacri forti fido adque uenusto,
cui domus Assyribus fuerat, cui Quintio nomen.
hic in flore cubat longum securus in aeuom
post ter uicenos et tres bene conditus annos.

CIL. XIV 3826 ex schedis, Gudius 297, 10. AL. Burmanni IV 337, Meyeri 1426 Tiburi praescriptum *d. M. s(acrum)*, nihil tamen praemittunt alii·

1 *altorio meritum* testes alii, unde *meritam* correxerunt et Quintionem fecerunt Altorium 3 *Assuribus* unus. significantur Assures, Azuritanum oppidum Africae proconsularis prouinciae cf. CIL. VIII 631 *Quinctio* Muratori 1433, 5 solus 4 *aeuum* alii 5 *conditus* margo Gruteri 858, 12: *consitus* traditur. an floris ornatu inductus hoc scriptor nouauit pro *situs*?

489

Clausa iacet lapidi coniunx pia cara Sabina. |
artibus edocta superabat sola maritu|m.
uox ei grata fuit, pulsabat pollice cordas. |
set cito rapta silet. ter denos duxerat annos,

he|u male quinque minus, set plus tres meses habebat, |
bis septemque dies uixit. hec ipsa superstes
spectata in po|pulo hydraula grata regebat.
sis felix quicumque leges, te | numina seruent,
et pia uoce cane: Aelia Sabina uale.

CIL. III suppl. 10501 descr. Domaszewski Aquinci subscriptum *T. Ael. Iustus hydraularius salariarius leg(ionis) II ad(iutricis) coniugi faciendum curauit* 1 *b* in *Sabina* correcta ex *d* 3 *impellere pollice chordas* Tibullus II 5, 3 4 *silpi* lapicida qui neglegentius litteras multas scalpsit, em. Thewrewk 5 annos habuit XXV 7 *in eo* lapis, tum correctum *in po* *hydraula* sic declinatum puto ut *organa* 9 quasi pentameter

490

. . . . marit[i |
non potuit totos ter denos ann(os) sextunque | re(plere).
eu qu(a)ntus dolor est amissa coniuge kara. |
plus amor immentest animo lacrimisq. | incenditur ardor,
nulla datur requies | eretque in pectore uolnus.
quam brebis innocuis | uita est. sic fata dederunt.

CIL. VI 30127 descr. Forcella, Murat. 1427, 3. AL. Burmanni IV 182, Meyeri 1476 in S. Chrysogoni trans Tiberim litteris euanidis attenuatum marmor subscriptum *et li(bertis) lib(ertabusq.) pos. eor. h(uic) m(onumento) d(olus) m(alus) a(besto). h(oc) m. h(eredem) n(on) s(equitur).* subiecta paterae lucernaeque et palmarum simulacra 2 scribendum fuisse *annos extunquere* pro *extinquere explere* opinatur Mommsen. *rea* fere Donius, *rei* ceteri, notam fuisse compendiariam putes, non praeteritum igitur ab scriptore caput uerbi ut *uidere*. prius litteras supra seruatas huc ita reuocare cogitaram, ut *manere* efficerem 3 i. heu 4 *imment est* diuisim lapis, *amor est animo* optauit Burmannus 5 i. haeretque. cf. V. Aen. VI 600 et XI 40

491

Digna fui merito meo rara sodali,

unus amor mansit, par quoque uita fidelis:
si doluit aliquí, me quoque iunxi dolori;
par fui dum potuí. dulcis uale kare sodalis.

CIL. XI 654, a Nisseno descriptum habui, Henzen Or. 6197   Fauentiae extat   praecedit *d. M. Primae,* sequitur *uixit ann. XXI m. II d. XX. Chrestus b(ene) m(erenti).* errauit lapicida bis in conligandis *i* et *t* litteris cum solam *t* longam redderet

1 sententia talis *meritoque meo dilecta sodali*   3 *aliquí* lapis, quod fortasse recte mutatum est in *aliquit* CIL.   *quoque* in utroque uersu dubites an producatur paenultima acutum more poetarum inferiorum, sic trochaeus est in quarto pede pro spondeo, alioqui pentametri similes numeri in medio

492

Floribus ut saltem re[qu]ie[s]cant membra iucundis
Aeliae carae mihi nunc hoc inclusae sepulcro,
regina Ditis magni regis, [p]recor hoc te —
nam meruit haec multa suis pro laudibus a me —
inmeritae propere soluentem fila dearum,
quae globo Parcarum reuoluta cuncta gubernant.
qualis enim fuerit uita, quam deinde pudica,
si possem effari, cithara suadere ego Manes.
haec primum casta, quot t[e] audire libenter
et mundi spatia, Ditis quoque regia, norunt.
hanc precor Elysiis iubeas consistere campis
et myrta redimire com[a]s et tempora flore.
Lar mihi haec quondam, haec spes, haec unica uita,
et uellet quod uellem, nollet quoque ac si ego nollem,
intima nulla ei quae non mihi nota fuere,
nec labos huic defuit, nec uellerum inscia fila,
parca manu set larga meo in amore mariti,
nec sine me cibus huic gratus nec munera Bacchi,
consilio mira, cata mente, nobili fama.

carmini, possessor, faueas precor, ac precor ut tu
hanc tituli sedem uelles decorare quodannis
et foueas aeui monumentum tempore grato,
roscida si rosula seu grato flore amaranthi
et multis generum pomis uariisque nouisque,
ut possit toto refoueri temporis anno.

CIL. III 754 cf. addit. p. 992, suppl. 7436 descripsit Domaszewski Nicopoli ad Danuuium in marmore praescriptum ... *et b(ene) m(erenti) Fronto Augg. n(ostrorum) dispens(ator) Moes(iae) inf(erioris).* carmen saeculi III affectibus ambitiosis turgidum omni genere uitiorum deformatum, sermonis infantiam extrema *temporis anno* satis ostendunt

5 *inmeritae* Aeliae, *soluentem* reginam Ditis 6 *globus, non glomus* GLK. IV p. 198, 8, ἀγαθὶς *globus glomus* gl. Cyr. 8 *suadere* est suaderem (mitigarem uel persuaderem cf. 101) ut plerique putant, aut *si* εἴθε. Orpheus Vergili *potuit manes arcessere .. cithara* 9 Hauptius *quot par te* suppleuit, quamquam in lapide *quoti..audire* apparuisse nec plus duabus litteris intercidisse ferebatur, *quot[ies] audire* Ackner Mueller Dac. 176, 843. conieci *quot te audire*, certe proximus uersus non ad Aeliae castitatem sed ad Proserpinae raptum et sacra ἁγνῆς κόρης spectat. hoc iam edidit Domasz. *quot t. audire* enotans ex lapide 12 *comis* ante Domasz. *murtam* Cato, *mirtae bacas* Apicius uocat, ne neutri putes accusatiuum τὰ μύρτα

14 *et* egreditur metrum. sententia detorta ex Sallusti Cat. 20, 4 19 aequabilitas *miro* postularet si *cata* pro ablatiuo esset 21 *uelles* traditur, repone scripturam in titulis frequentem *uellis* (443, 3) 23 *si* disiunctioni inseruit cum *seu* compositum more antiquo. fortasse flos (ἄνθος) fecit ut hic aliique latino perperam aspirarent (ἀμάραντος) 24 Plautus Sticho 383 *unguenta multigenerum multa*, expectes enim *multum generum*

493

Non aequos Parcae statuistis stamina uitae,
tam bene compositos potuistis sede tenere.
  amissa est coniunx, cur ego et ipse moror?
si felix essem, Piste mea uiuere debuit.
tristia contigerun, qui amissa coniuge uiuo.

nil est tam miserum quam totam perdere uitam
nec uitae nasci.
dura peregistis crudelia pensa sorores,
ruptaque deficiunt in primo munere fusi:
o nimis iniustae ter denos dare munus in annos.
deceptus — grauius fatum, sic pressit egestas —
dum uitam tulero, Primus Pistes lugea coniugium.

CIL. VI 15546 descripsit Henzen, Fabretti 419, 379. AL. Burmanni IV 364, Meyeri 1497 Romae in Vaticano. praecedit *diis Manibus Claudiae Pistes: Primus coniugi optumae sanctae et piae benemeritae.* cento oratione compositus soloeca et ubi ad finem peruenit tam rudi ut uix intellegas. uerba pleraque distincta sunt syllabatim ut 1 *sta.tu.is.tis*

1 *aequa o* legi Meyerus uoluit. cogitauit scriptor aut *fusos, dies* prius quam in *stamina* incideret, aut denique se et coniugem non aequatos sorte. Leo aduerbium graece figuratum putat ut *sophos* 3 Horati c. II 17, 6 *quid moror altera* confert Hense 5 plebeia pronuntiatione pro *contigerunt* 9 *fusi* gen. sing. opinor 10 numerus metrum corrupit, huic aptum *paucos, primos, tredecim* 11 deceptus sum Primus, grauius fuit fatum, sic pressit egestas i. datorum paucitas annorum 12 nominibus propriis sublatis euadere pentametrum Burmannus uidit. *lugeo* Gudius indicis p. CX, sed *lugea* in cippo est pro *lugeam* lugebo

494

P. Ancitio P. f. qui uixit annis VII et diebus VII
cuius furibundae ruperunt fila sorores,
cuius funus myseri uidere parentes.
Ancitia Fortunata et L. Cornelius Neptunalis filio
dulcissimo fecerunt.

CIL. VI 11624 uidit Mommsen Romae olim, nunc Catinae

2 potuit *ruperunt furibundae* 3 potuit *crudele et funus* *ui.dere* lapis diuisim

495

Hoc iacet in tumulo secura Glyconis honesto.

dulcis nomine erat, anima quoque dulcior usque,
que nucquam tetricos egit sibi lucis honores
set magi lasciuos suabes Bacchoq. madere,
simplicitate sequi cantus mollesq. coronas.
lusibus ipsa suis generabat saepe et amore
dulce sibi natisque suis quos pube reliquit,
Castorea fratris sub imagine quos generauit.
digna quidem frui perpetua de luce benigna,
set celerat quo nos fata benigna uocant.

CIL. VI 19055 descripsit Henzen, Gruter 654, 5. AL. Burmanni IV 166, Meyeri 1295 Romae in museo Capitolino. subscriptum *P. Mattius Chariton coniugi b. m. f.*

2 *nomine* a γλυκύς tracto. *animo* optauit Schraderus. psaltriam Meyerus mulierem dixit nescio quam recte, magis credo tibicinam 4 *madere* (Tibullus II 1, 30 5, 87) et *sequi* infinitiui in structura uerborum aequiperant accusatiuum *honores suabes.* uitam hilarauit uini cantus coronarum uoluptatibus 5 praestat fortasse haec distinctio *simplicitate(m) sequi, cantus* *crinis mollesq. coronae* Ouidius met. III 555. male Henzenus iungit *coronas generabat et amorem dulcem* 6 *amores* uolgo. immo lusibus etiam Amoris uoluptates mulier parabat sibi suisque 7 i. aut in pube aut pubes puberes 8 *fratres* uolgo pronuntiationis uitio remoto. gemini designari uidentur 9 *frui de luce* ἀπολαῦσαι βίου 10 *benigna* fortasse errore lapicidae iteratum, fortasse imitatione certi carminis (*fati benigni* Iuu. 16, 4), fortasse adfectatione philosopha. nam lugenti marito magis conueniebat *seuera* quod Boissardus dedit, *sinistra, maligna*

496

Hic iaceo infelix Zmyrna puella tenebris,
quae annos aetatis agens sex et dece mensib(us) octo
amisi lucem. anima mea rapuerunt fata iniqua.
castior ut probior seruatior ulla marito?
te precor, hoc qui releges, si pietas habet ulla locum,
sic simile titulum natis non scribere possis,
discedens dic: Zmyrna uale. iterum te repetem(us) in anno.

CIL. VI 23629 descripsit Henzen, Muratori 1384, 7. AL. Burmanni IV 379, Meyeri 1504 rep. ante portam in Appia titulus marmoreus nunc in museo Vaticano praecedit *d. M. Ottediae Zmyrnae coniug. b(ene) m(erenti) q(uae) u(ixit) ann. XVI m. VIIII: C. Satrius Abascantus fecit, et sibi et suis posterisq. eorum.* litterarum exilium formae recentiores, carmen misere compilatum, inde *natis* u. 6

1 nominis proprii loco metrum sensusque poscebat tale *inclusa* 2 *b* in *mensib.* lapis ex correctura. et *octo* cum supra legantur VIIII, hic metro indultum uidetur

4 expectes *aut probior seruatur nulla.* uerum intellegi potest indignatio uersa in interrogationem: *castior ut ulla* sit, fuerit *marito?* casta et proba non tam *seruatior* quam *seruantior* debuit praedicari 5 quasi choriambi

6 i. similem 7 *repetem* | *in anno* lapis

497

Caeciliae Sex. f. Iustae | quae uixit an. XLVII m. III
cuius reliquias cinerum | hic ossa sepulta
pie nunc | blandae memoriae quiescit |
tute tecta Tiburtino | Lunense Lesbio lapillo |
q. u. f. et f. o. isto.

CIL. VI 13830 descr. Henzen in museo Vaticano litteris optimis

2 hexameter sic finitus ut 501, 1. at *pie nunc* si adponis, heptameter. ἀσύντακτον *reliquias* pro nominatiuo

3 *quiescit* ad ipsam mulierem relatum est, non ad *ossa*

4 paene sine labe hexameter si tollis *Lesbio.* hoc marmor paulo liuidius dicit Plinius 5 notae quid significent obscurum est, cadere tamen uerba ad speciem hexametri uidentur, *quae uiua fructast et fruetur obita isto?*

498

Haec tenet exanimam [tellus natalis, in alta
quae nupsit Roma, morbi [sed fraudibus atri
post annos ueniens uisum La[ris arua paterni
incidit infelixs pregnax sa[luamque puellam
enixa est misera acerbaq. [decidit ipsa
lugentesque suos miseros [cum prole reliquit
et tulit Elysium uiginti e[t quattuor annis.

CIL. IX 3968 descr. Mommsen Albae Marsorum, cippus detruncatus ad septuncem praescriptum *d. M.* | *Aediae* ..., subscriptum *Eutyches et Hi* ...

4 i. praegnas. increbruerat haec *x* litterae abusio quo tempore Probi appendix et instituta artium condita sunt, cf. GLK. IV p. 199, 5 *locuples, non locuplex* 5 quoniam male factum esse uersum apparet, nescias an additum fuerit *acerbaq. est morte perempta*

499

Hoc [tum]ulo, Pontiane, iaces, [secu]re laborum,
cuius aput [super]os semper pia fama [feret]ur,
nam tua simpli[citas aeu]o memoran[da meret]ur.

CIL. XIV 1597 descr. Dessau Ostiae praecedit *d. M. L. Septimius Pontianus Augg. lib. se biuo comparauit* [*si*]*bi et Petroniae Lucillae* [*coni*]*ugi suae santissime*

3 *memoraniu* loco fracto excepit, *memorantu*[*r* coniecit editor

500

Factionis Venetae Fusco sacrauimus aram
de nostro certi studiosi et bene amantes,
ut scirent cuncti monimentum et pignus amoris.
integra fama tibi, laudem cursus meruisti.
certasti multis, nullum pauper timuisti,
inuidiam passus semper fortis tacuisti.
pulchre uixisti, fato mortalis obisti.
quisquis homo es, quaeres talem. subsiste uiator,
perlege. si memor es, si nosti quis fuerit uir —
Fortunam metuant omnes — dices tamen unum:
Fuscus habet titulos mortis, habet tumulum.
contegit ossa lapis. bene habet. Fortuna ualebis.
fudimus insonti lacrimas. nunc uina: precamur
ut iaceas placide. nemo tui similis.

CIL. II 4315 descr. Huebner. AL. Burmanni IV 340, Meyeri qui alienum ab antiquitate carmen esse sibi persuaserat 1598 Tarracone repertum deportatum in Bri-

tanniae agrum Chevening praescriptum *d. M.*, subscripta adclamatio iambodes τοὺς σοὺς ἀγῶνας αἰὼν λαλήσει (Kaibel inscr. gr. Sic. 2539)

2 *studiosi* Heinsius interpretatus est factioni fauentes. *certi* nom. plur. ac non gen. sing. idem significat quod cum certos amicos dicimus 3 Vergili hemistichium Aen. V 538 et 572 8 cf. 303, 3 *talis res publica quere.* aberrauit Kaibel cum *quaerens* substituit 10 digna Fusco munera mortis dices, licet ne illi quidem Fortuna non inuiderit 12 *bene habet*] exempla adposuit Burmannus cum alia (Liuiana dat Drakenborchius VI 35, 8) tum Statii Th. XI 557 et Iuuenalis 10, 72. de extremo uerbo cf. 409, 8

501

Hisce locis Flori requiescunt ossa sepulta,
aetatis primae, miserando funere rapto
Ditis ad infernas sedes lucosque piorum,
quem docta studiis ornarat diua Thalia,
qui prope uicenos bis iam supleuerat annos,
ni Lachesis breuia rupisset stamina fuso.
pro dolor, ut nulli decreta rumpere fas est
Parcarum diua durosque euadere casus.

CIL. VIII 8870 descr. Marchand et Vigneral Tupusuctu Mauretaniae praecedit *d. M. s.*, sequitur *h(ic) s(itus) e(st)*

2 *rapto* quasi *Floro* praecesserit, argute quasi *flori aetatis?* 7 *ui nulli* editum est, emendandum esse *ut* Studemund quoque uiderat 8 *dira* prop. Studemund minus recte, licet exoletum fuerit explosumque *diua* pro diuinis. *rupisti iussa deorum* Culic. 293

502

Hospes] ad hoc tumulum dum perlegis [acta res]iste,
  aspice quam indi[gne sit data] uita mihi.
XII ego [annoru]m uixi dulcissimae matri,
[cui liqui fletu]m fato cito raptus iniquo,
[cum Ianua]rias celebrarem forte kal(endas),
[dum ducunt m]ater et germana soror [ueneratum
in]ter festa sacri templa [et comi]tantur amici.

[Manes infer]ni, si quid mea carmina [possunt,
    parcite quaeso meis, or]o precorque rogo,
[mater et ad s]uperos uiuas mul[tosque per annos
s]is felix s[emper . . . . . .

CIL. VI 14578 ad ectypum Romae uia Nomentana, tabula marmorea ab sinistra deorsum refracta praecedit *dis M. L. Catelli Flori: Clodia Africana [fil]io piissimo.* carminis uersus quoniam differunt a uersibus lapidis, uirgulis intersaepti sunt 2 et 3. supplementa Henzeni paululum mutaui et auxi
1 *hoc tumulum* uide 134, 7 *triste* extremum H. fecit, potuit facere *ordine tr.* 2 hoc confirmauit H. supplementum titulis CIL. X 4428 et 5020 3 lege *dodeci* archetypum uersum collige ex 421, 1 4 *e gremio cui sum* H. 6 *pater* improbabile ob praescriptionem 8 altera pars Vergili Aen. IX 446. ad Manes matremque haec dicta esse probabilius existimo quam ad uiatorem (*huc moriture ueni, et Floro bene dic, sic bene apud s.*) 9 tot uerba non uidetur marmor cepisse, metrum fuit utique exilius. *rogo* pro uerbo habeo, pro nomine Leo supplens *parcite uicini, Flori supremo*

503

Ter singulos non dum conpleuerat annos,
quo caruit lucem et te[ne]bris se miscuit atris.

CIL. VI 23010 descr. Henzen Romae in museo Kircheriano. scriptura negligentior (u. 1 *conpleulrat*). praescriptum *L. Nonius L. f. Arizgynus uix. ann. III* carmen tralaticium, uide 398
1 fac *ter denos uitae* aut simile. cf. 447, 1 2 i. quom caruit luce

504

Hoc in sarcophago genetrix duo corpora natos
condidit infelix semper subitura dolorem,
quos super atuiuet uitanq. miserrima ducet
coniuge praerepto, genitor quibus ipse misellis.

CIL. VI 20987 ab superioribus acceptum, Gudi 239, 5 qui aeuo Caracallae adsignat. AL. Burmanni IV 238, Meyeri

1487 Romae fuit in arca marmorea. praecessit *d. M. Laberiae Alexandriae quae (uixit) ann. X m. V d. VII et Siluano q(ui u.) an. VI m. V d. XIIII*

2 *semperq. habitura* Gudius 3 *quos* (i. natos) Milesius ac Muratorius 1181, 4, probauit Meyerus, idque uerum uidebitur conferenti u. 4 *quibus*: *quo* Gudius, probauit Henzenus, idque per se facilem habet explicatum. *quod superat* (i. reliquam aetatem) coniecit Burmannus, nam hic non minus quam ceteri atque ipse Henzenus *superat* quasi sui iuris uerbum ac non conexum habuere, est autem *super aduiuet* 4 *ipse* ille coniux. hiatum in fine Henzenus sicut Muratorius notauit, non Gudius. neque quidquam deesse puto

505

Hic ego sum posita Irene, quae uixi XVIII kal(endis).
hanc mei mi misere posuer(unt) arka parentes.

CIL. XI 466 descr. Bormann Arimini in arca marmorea adhaeret *Felicissimus Aug. lib. et Furfulana Irene*

1 ad hexametrum tolle *quae uixi*, effer *decem octo*. tot scilicet menses uixerat 2 i. mei parentes mihi miserae

506

Hic erat hic primus, genitor ut glorius essem,
si Fortuna quidem fatis non laeua fuisset.

CIL. XI 2329 ex schedis in agro Clusino praescriptum *d. M. s. L. Fonteio Victorino uixit ann. XXII m. VIII d. VIIII: Fonteius Dionysius fil(io) kar.* cf. ibidem 2330 *Gelliae Nice L. Fonteius Dionysius coniugi karissimae adque in aeternum desiderantissimae.* tertii fere saeculi

1 *hic erat* testis unus, *fecerat* reliqui *glorius* pro glorioso deriuatum ex *inglorius* nouum uocabulum 2 V. Aen. II 54 *si fata deum, si mens non laeua fuisset*

507

Tempera iam genitor lacrimis tuque, optima mater,
desine iam flere. poenam non sentio mortis;
poena fuit uita, requies mihi morte parata est.

CIL. XI 207 ex schedis. AL. Burmanni IV 331, Meyeri 1421 apud Rauennates. praescriptum *C. Publici C. f. Ampliati qui uix(it) an. VI d. XXVII. C. Publicius Proculeianus alumno suo posuit curantib(us) Publicio Dionysio et Aurelia Tyche parentibus*

1 *te optima mater* V. Aen. X 557 3 *in* pro *mihi* Puteani schedae apud Gruterum 1036, 2

508

Hic iacet Vetedinus [p]ietatis nobilis infas,
cui tanta . .

Notizie d. scavi 1883 p. 90, CIL. IX p. 697 n. 6409 a descr. de Nino Corfinii in lapide calcario. praecedit *d. M. s. C. Lucceio Vetedino qui uixit annis quinque dies XVIII*

1 *iietatis* traditur. cf. 448, 3

509

Possidet non merita locus hic cito corpus iniquum,
quae talem uitam meruit, ut curua senectus:
noluerunt superi, cito reddidit uita nefandis.
quod fuit ad superos, inimica nemini uixit.

CIL. X 2598 (IRN. 3169). AL. Burmanni IV 376, Meyeri 1205 fuit Neapoli in tabella praescriptum *d. M. Iuliae Iuliane uix. ann. XX m. XI d. VII*, subscriptum *C. Iulius Victorinus et Aelia Theodote et C. Vicirrius Soter coiux b(ene) m(erenti) f.*

1 *immerito* Fabricius, *emeritae* Burmannus coniecere. *meritam* iste uidetur çogitasse *iniquus* Schradaeus
2 *curua senecta* Ouidianum 3 *reddit* Ligorius *nefandum* coni. Meyerus 4 *quod* quoad

510

Orbatus nato [fecit pater] | hoc monumentum,
quoi] | sua mandaret [post mortem] | ossa senis una
. . . uiginṭi | primum cum . . . . |
iiancii pieriso uite | in florei iuuenta

CIL. XI 1767 ex epistula anni 1792 apud Vada Volaterrana. praescriptum *A. Caecinae | A. f. Superstiti* 'expressi qualis traditur' Bormannus. primos hexametros expleui exempli causa. quos excepit sententia talis *annis uiginti primum cum uidit honorem, fata hunc eripuere suis* (aut *obiit*) *in flore iuuentae.* initio u. 4 Leo adscripsit *plangit*

511

Columen morum ac pietatis
Laudibus ac titulis ornatus uixit honeste.
Omnibus hic carus fuerat. feliciter annos
L minus uno gessit, studio set
Vsus onoribus ordinis est adque uirum uir,
Egregius flamen, patriae pius admoderator,
Largus munidator ed sator in gente suorum,
Lenaei patris cultor felixq. sacerdos
Addidit hic decus ac nomen suae Claudiae genti.
inspicies lector primordia uersiculorum.

Renier inscr. Alg. 2928, inde CIL. VIII 4681 Madauris, uidetur periisse acrostichis est *Clo(dius) Luella*, totus autem titulus sic scriptus: *d. M. s. | T. Clodius Louella | aed. II uir q(uaestor) fl(amen) p(er)p(etuus) sac(erdos) | Liberi patris u(ixit) a. XLVIIII | hic situs est. | colum. moru. ac pie | laud. ac titulis or natus u. hon. omnibu's hic carus fuerat | felic. a. L minus uno | gessit studioset | usus on. ordinis est | adque uiru u. egr. fl. | patriae p. admod | largus munidator | ed sator ing. suo .. | Lenaei pat. cultor | fel. sac. addidit hic | decus ac nomen suae | Claudiae genti. inspic ies lec. primordia | uersiculorum.* tractaui titulum primusque acrostichidem explicaui in Fleckeiseni annali a. 1858 p. 70 s. *Louella Luella* ut *pouer puer*, *plouebat pluebat* al. item *Clodius* et 9 *Claudiae genti* (schol. Iuu. 6, 345). temere *Loquella* mutari in praescriptis et legi ex acrostichide uoluit editor CIL. 2 *hon.* potest etiam *honorum* legi 4 i. *quinquaginta* correpta ultima. in exitu nunc *studio set* scripsi, olim *studios(e) et*: sed multos gessit honores publicos 5 *onoribus* tam propter metrum quam quod *usus* uerbum adhaeret, probandum magis quam *oneribus* *uirum uir* ut qui duouirum fuerit coloniae 6 sic olim

scripsi p. 71, quamquam *admoderari* compositum fide sublesta nititur. datur tamen etiam tale *pius ad*(*que*) *mod*(*estus*) 7 *munidator* nouum uerbum (cf. munificus), auribus adcommodata iunctura obstrepit *sator* *ingenii* explicauit Renier fortasse uere. ego cum munera publice edita respici puto tum magnam claramque liberum progeniem 8 Liberum patrem coluisse Madaurenses testari etiam Augustinum ep. 17 monuit Renier

512

Hic ego qui taceo, uersibus mea uita demonstro:
Lucem clara fruitus et tempora summa
Praecilius Cirtensi lare argentariam exibui artem.
Fydes in me mira fuit semper et ueritas omnis.
Omnibus communis ego cui non misertus? ubique,
Risus, luxuria semper fruitus cun caris amicis.
Talem post obitum dominae Valeriae non inueni pudicae
Vitam; cum potui, gratam habui cun coniuge sanctam.
Natales honeste meos centum celebraui felices,
At uenit postrema dies, ut spiritus inania mempra reliquat.
Titulos quos legis, uiuus mee morti paraui,
Vt uoluit Fortuna; nunquam me deseruit ipsa.
Sequimini tales, hic uos expecto, uenitae.

Renier inscr. Alg. 2074, CIL. VIII 7156 ad ectypum Wilmannsi Cirtae in operculo sarcophagi conditi in mausoleo

1 *meam uitam* scilicet, nam *m* etiam u. 2 et 6 neglecta est, neque tamen adiecta perperam (8 *sanctam* refero ad *uitam*) 2 ss. 'continent acrostichida *L. P*(*raecilius*) *Fortunatus*' Renier 5 *omnisbus* lapis 6 i. luxuriam, opinor 7 s. *talem* copulaui cum *uitam*, etsi his uersibus orationem metri fine distinctam magis conuenire sentimus. an *talem* amicum? 10 *mempra* potius quam *membra* apparuit 13 *exopecto* lapis

513

Carpis si qui [uia]s, paulum huc depone la[borem.
Cur tantum proper(as)? non est mora dum leg(is), audi

Lingua tua uiuum mitique tua uoce loquentem.
Oro libens libe[n]s releg(as), ne taedio duc(as), amice.
Dum uixi, [multi]s [lud]is cantaui ceraules
Iam doctus no[t]us et noctib(us) peruigilaui.
Vt miro ingenio sacr(a) cymbal(a) concrepui.
Sit precor ut mo[llis] . . dico uale . .
Parcite . . . ri . . . . miseri . . .
Ad man[es] . . r . . no . . in terr[a . .
Vt me infern(as) Stygias Dis pater accipia[t.
Lamenta quid prosunt? . . . .
Iam prid[em] . . . et uos ueniet(is) ibidem:
Nihil doleo nec deest, [s]ecur(us) morte quiesco.

CIL. XI 627 descr. Bormann ut potuit, Muratori 946, 5. AL. Burmanni IV 378, Meyeri 1503 ex agro Foroliuiensi Rauennam delatus lapis. praecedit *C. Clodi Paulini. uix. ann. XXIIII m. VIII d. X h. VIIII* litterae marmoris plane detritae atque etiam ex eis quas uel Bormannum uel antiquiores secutus recepi, multae incertae sunt

1 *si quii.as* sic fere lapis. *si qui rus* Borm. dubitanter, *si quis iter* Mur. temere 2 *dum iic audi* Borm. excepit. *dum audis* priores (sic dest quod Horatius adiecit carm. I 28, 35 *non est mora longa*) 4 *libens* errore quadratarii iteratum uidetur *releg(as)* Mommsen: *riiic* descriptum est 5 *u[er]n[i]s* [*ann*]*is* Borm. dubitanter *ciraules* descriptum est, uide interpr. Appulei met. VIII 26 *ceraula doctissimus* 6 *doctis* coni. Burmannus

7 an *sacr(is)*? *sacro* ante Borm. 8 *mon* .. Borm. idem in exitu quos pinxit ductus forsitan monstrent *ter*-*r(a)e* 9 *miser . . . parent . . .* priores 10 *iacere . . . int . rro . . .* aut *tacer . . . interrogata* priores 14 *nihil* Borm. *nil* priores *secura* Murat. desiderantur duo qui acrostichida compleant uersus, uestigium eorum in tabula nullum, satis igitur uisum est *Paulin.*

514

Primus mihi nomen erat, dum uita manebat.
Regna infra caeli fraudatus luce quiesco.
Iam secura quies, nullum iam uitae periclum.

Mens mihi sancta fuit, magna et seruata uoluntas
. . . .

CIL. VIII suppl. 16463, ephem. epigr. V 642 descr. Ioh. Schmidt rep. in uico el-Leds prou. proconsularis, iam Siccae praescriptum *d. M. s(acrum)* acrostichon carmen esse apparet grandibusque in lapide principiorum litteris confirmatur

1 in archetypo nomen erat molossicum. exitus idem 437, 15 2 *infra caeli* iam enuclearunt Schmidtius et Cagnatus. uidetur dici sub diu in solis locis interemptus attonitusue 3 *at secura quies* V. ge. II 467 5 potest incepisse a *Virtut-*, *Veri*, *Viuendi*

515

Vel uos quos pietas duxit munerare parentes,
Iam requiem sumimus, ubi nos Fortuna remisit.
Talia quis faciat, nisi uos quos (a)mor adegit
Accipiant cuncti uestros ornasse parentes?
Vitali patri et Saturniae auiae dignissimis.

Renier inscr. Alg. 3641 descr. Vieille, CIL. VIII 9170 Auziae lacunam ante u. 1 statuit Renier quam auctor non indicarat, neque ei acrostichis fauere uidetur. scribendumne u. 1 *ueiuos?* nos qui uiui pie nostros parentes munerauimus, iam requiescimus et a liberis eandem postulamus pietatem. cf. Pseudappulei Asclep. 11 *munere eo quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerari, si foret diuinae pietati complacitum, optamus piissimis uotis*

3 *mor* traditur. *a* in *m* fuit adligata

516

Vrbanilla mihi coniunx uerecundia plena hic sita est
Romae comes negotiorum socia parsimonio fulta.
Bene gestis omnibus cum in patria mecum rediret,
Au miseram Carthago mihi eripuit sociam.
Nulla spes uiuendi mihi sine coniuge tali:

Illa domum seruare meam, illa et consilio iuuare.
Luce priuata misera quescit in marmore clusa.
Lucius ego coniunx hic te marmore texi.
Anc nobis sorte dedit fatu, cum luci daremur.

Guérin voyage archéol. dans Tunis I p. 289 n. 66, CIL. VIII 152 contulit Wilmanns inter Capsam et Thelepte. litterae secundi aut tertii saeculi, primores nuntiae nominis 1 hexametri ambitum excedentia *hic sita est* par fuit praeponi cunctis 2 *parsimonium* neutrum norat grammaticus GLK. V p. 587, 3 4 gementis exclamatio satis rara, usitatum *a miser* 7 cf. 477, 8 *quiesco marmore clausus* 9 hanc sortem dedit fatum

517

Reddere quot solum licuit post morte m(a)rite,
hunc tumulum uobis, M(a)nes, m[o]nim(enta)que [s]acra
obsequiumque mei Victorinus uoui dolor(is).
iacet in hoc loco Iulia Kara quae uix(it) ann. XL
m. III d. XI
et linquit dulces natos et coniuge [dig]nu.

Renier inscr. Alg. 3614 descr. Caussade, CIL. VIII 9127 Auziae praescriptum *d. M. s.* subscriptum *fec(it) d(e)d(icauit anno) pr(ouinciae) CCXX* qui est Christi 259 1 *mrite* fertur, infuit *a* in *m* reclinata 2 *mnes mnemouetacra* fertur: *manes* certum est, tum *mnemaque sacra(tum)* Renier proposuit parum probabiliter 3 hinc emendat Ren. suppletque titulum Auziensem suae sylloges 3594 CIL. VIII 9133 ... *Donatus uoui* (*noui* fertur) *doloris: [iacet in] hoc loco Iulia Syra quae et [The]ssalia rarissima marita quae uixit an. XXII men. VI d. VII: Aelius Donatus maritus fecit dd. a. p. CLXXXV[II]* i. anno 226

518

D. M. Caefalio ex[imi]ae laudis i[uue]ni
reddere quod [solum] licuit post fat[a sepul]chrum.
qui pat[riae] casus miserans [ci]uiumque suoru[m
clausis itineribu[s pe]netrauit deuia cu[rsu,

quem non respe[cta] defessa par(entibu)s aeta[s
nec subolum pietas [po]tuit detinere per[iclo.
quid superest, [haec om]nium est con[scien]tia nostrum,
cur fuerit tale[m p]erpessus morte do[lo]re:
dum ciuibus requiem tributorum ferre u[o]lebat,
incidit infelix contrario munere missu.

Iul. Kapito Iul. Kapitoni fil(io) fec(it). uix(it) an. XLIIII me. VIII.

IohSchmidt eph. epigr. VII 490 ad ectypum, litteris quibusdam pleniorem uiderat Choisnet, Schmidtius plurima expleuit prope Auziam
1 alias κέφαλος capito est, hic κεφάλιος 2 *quod* in ectypo uidit Schm. *quoi* descripsit Purgold, illud formula comprobat 5 *pars aetas* sic lapis: *patris* coniecit Schm. *parentium* Mommsen 7 i. quod superest, trita poetis dictio. cf. 520, 7. proxima expleuit Mommsen (*dicam: omnium*) 8 i. mortem cum dolore potius quam dolorem. nulla in fine littera periisse uidetur 10 *missu(s)* Schm. incidit in contrarium munus ex legatione suam requiem nanctus

519

. . . . . lo]nga subactis
. . . . . sump]tuq. priuato
. . . . tempo]ribusq. futuris
. . . . . pe]rquirere laudes
. . . . . p]oniq. praefectus
. . . . . dicastis amici.

CIL. VIII 2780 descr. Wilmanns Lambaesi monumentum spurcis hexametris compositum, nam corripitur prima in *priuato* et *prefectus*, ut possit sane admitti in u. 6 Wilmannsi supplementum *legi*]*oniq.* quaeritur mortuine sit an uiui elogium an carmen uotiuum, interim adnumeraui sepulcralibus ultimam sententiam fingens talem *hic post fata tegi uoluit poniq. praefectus cuius uos statuam titulumq. dicastis amici*

520

Hic situs est quondam iuuenis generoso nomine miles
Vlp(ius) Optatus
quiq. regens uirgam decus et uirtutis honorem
gestauit, proles laudanda propagine longa.
hi[c] multos domuit strauitq. per hos undiq. montes
infandos hostes temerataque bella subiit,
et quid n[on m]ulti poterant iuuene[s], hic semper [solus a]gebat.
cum suam totam nimium depend[ere]t iram,
obuius ipse furo[r] pugnae Romanum iuuenem per hostica uulnera misit.
ipse tam[en] uictor telis undiq. clus[us,
Massylae] gentis nequid fe[ra . . . .
. . renit ipse suis . . . . . . cladiq. et uita . . . . . .

Ephem. epigr. V 1049 descr. de la Blanchère Tagremaret in Mauretania Caesariensi ubi sub Gordiano cohors II Breucorum tendebat praescriptum *d. M. s.* 2 *ul. pop iatus* descripsit et correxit Bl. 3 non modo centurio fuit (ita indices eph. V p. 729) sed praefectus. ille regere solet uitem, haec quadrant in Seruii memoriam Aen. IV 242 *praefecti gentium Maurarum cum fiunt, uirgam accipiunt et gestant* 6 temere incepta ab hostibus dici puto. *subiit* subiuit, Donatus quem Leo adfert in Ter. ad. I 1, 2 '*ierant* producta *i* pronuntiandum, quod nos addita *u iuerant* dicimus' 7 *quid* relatiuum ὅ τι εἴτι 10 *circum undiq.* optat Hense inter *clus* et *gentis* octo fere litterae perierunt, post *fe* duodecim, deinceps fere tredecim 12 *tenet, premit?* se peremit ipse suis armis cladique etiam uitae dispendia praefert?

521

. . . pro[batus in] armis
occidit [in] bello Num[id]um, ueri[tatis] amator.
hos pater inscripsi uersus dictante dolore
fortuna ima satus, quod non mihi ta[lia] natus
composuit [post ex]sequ[ias nost]ris[que] dicauit.

CIL. VIII 1359, Guérin Tunis II p. 164 n. 403 in agro Bisicano prou. proconsularis quaternos in lapide uersus hexametri singuli implent, a principio plures perierunt

3 *pater* scripsi, item Wilmanns: *patri* Guérin, *pat..* Berbrugger. alioqui explicandum *patris* 4 uersus leoninus 5 *composuit c.|..sequ...n|....ris...|dicauit* fertur. fortasse *ob exs.* nam numerorum labem nec minus sermonis hic oportet tolerari

522

Iulius Ingenu(u)s obi(i)t in Gallia morte.
coniunx patriae gremio mandat Virula corpus.
Germaniae meruit specula[t]or et cornicul[ar]ius
legionis, initium uitis uitae fuit finis.

CIL. VIII suppl. 12128 ad ectypum (VIII 702 parum accurate) apud Chusirenses Byzacenae prouinciae

4 ex corniculario promotus, ut solebat fieri, ad centurionatum siue uitem peregre mortuus est. cf. 334

523

Caedere] qui tauros ualidisq. [feri]re lacertis
calluit, ille] Sabinus erat, cui [com]minus ictum
taurus sp]umatus mutilata [uoln]ere cauda
ingem]inans Stygias mi[ser]um dimisit ad umbras.
infeli]x iuuenis munere deco[r]ate supremo,
Ti]gimma te genuit, tenet Tihgibba sepultum.

CIL. VIII 696, melius exemplar Tissot misit Mommseno, suppl. 11914 ad ectypum in regione Mactaritana prou. Byzacenae mediis hexametris paucae litterae perierunt, ad summum quaternae, primis plures, singuli enim hexametri binos in lapide uersus tenent

1 *ferire* IohSchmidt, datur etiam *subire* al. 2 ss. sententiam informaui, itaque cum olim *eminus* proposuissem et eminus ictum a uenatore bouem cogitassem, iam aliud supplementum feci. uersu 4 potuit esse *dira minans* sim. 4 *demisit ad u.* clausula Siliana XV 467 ut monet Hense 5 emendaram ex Vergilio Aen. XI 25 *animas... decorate supremis muneribus* 6 *Tigimma* Schm. adnotans episcopos Tigimmenses reperiri in actis concilii Car-

thaginiensis. *Thigibba* ignoratur, nisi quod Θιγίβα libri uolgares praebent Ptolemaei IV 3, 29, 'de Gibba Numidiae uix recte cogitabitur' Schm., illum ipsum locum dici consentaneum est quo lapis erutus est (Hr. el-Hammâm)

524

. . me . . |taui meam[que |
ter repetens patr[i]|am casso nunc tu|mulo dico: |
functus fati c|o[lis] uita fe|lix de luce | recessi.

CIL. VIII suppl. 12103 uidit Cagnat apud Muzucenses prou. Byzacenae negotiator loqui uidetur

1 prima restat etiam quam ad *m* accommodes pars litterae: hanc sedem mortis optaui? 3 *colis* aut *colu* puto. *coactu* proposuit IohSchmidt, capit spatium litteras non plus quattuor

525

Profuit en tibi, quot fana coluisti deorum,
iamq. tua constat pietas gloriosa, Seuere.
uixisti, cursum uitae bonitate replesti,
su]cidus in membris, oculis et corpore sano.
nunc campos colis Elysios herbasq. uirentes,
f]l[or]ib(us) asparsus iaces ex pratalibus aruis,
nec minus et luci frueris, cum fama supersit.
ergo uale multumq. bone, pietatis onust[e.
hos uersus tibi, sancte, nepos, uictorq. deuoui,
munera quos misi tuo nam tumuloq. dicaui.

CIL. VIII suppl. 15569, eph. epigraph. V 581 descr. Ioh. Schmidt non procul ab Agbia Africae et Aunobari

praescriptum *d. M. s. T. Raccius Seuerus p(ius) u(ixit) annis LXXXX*, subscriptum *h(ic) s(itus) e(st)*

1 *coluisti fana* si scripsisset, uersus erat optimus, cf. 541, 11 4 *placidus* suppleuerat Schmidt, potuit *lucidus*, praetuli quo acrostichis fit *pius*. clausula uersus par Iuuenali 10, 356 6 *a* separare ut exclamationem non placuit, etsi *sparsus* tritius est. tum nouum uerbum pro *pratensibus*

8 *bonae* interpretatur Schm., ego pro uocatiuo habeo: *uale, multum uale, optime et piissime* *onusta* suppl. Schm. id ut coniungeretur cum *munera* 9 *uictor* appellatio

sancti parentis tamquam ex Herculis (supra 248) laudibus deriuata, non proprium nepotis nomen 10 *iam* corrigit Schm. agnosco uolgarem sermonem congruentem cum priscis quibusdam loquelis (*num tibi nam ianuast mordax mea? uti nam*), aduersatiuam uim haec quoque particula ex affirmatiua cepit

526

Sergius ut pubes excedere | coeperat annos
Sulpicius et laetan te patre meliori secte parebat,
amans Festus | nomen, bone indolis, magna patris spes,
praeditus | opsequiis, pulchra probitate parentes
diligere omnib(us) | et iussis miro cum honore parere,
patri si licuisset adhuc | frui longius hac pietate, heu.
set crudum indignumq. | nefas et triste per omnis,
quod nondum frunitus | XVI annos
deperit et perdit orbatque patrem | baculo destituta senecta.
hunc fleuit populus pius, | hunc miseri ingemuere parentes
perculsi lon go luctu tristitiaque perenni,
cum patre misero | reddentes testimonia probe uitae,
qui sacro tumulo locauit | membra dilecti
pignoris lamentator aetatis adultae
in felix Sulpicius.

Renier inscr. Alg. 3989, CIL. VIII 9519 contulit Wilmanns Caesareae Mauret. repertum, nunc in museo Algeriensi

3 *Festus* acceptum a duce sectae melioris uelut Postumio Festo ex Numidia oratore cuius sectatores fuere a Frontonis ad Diocletiani aetatem? an ethnicae religionis signum odiosum Christianis? 7 *nefas-triste* V. Aen. II 184, idem aliquotiens in exitu *per omnis* 8 *frunitus* fortasse passiuum conlato 6 et quia demptum est uersui *uita* 9 *destituta sen.* ablatiui 14 *lamentator* θρηνητής glossaria II p. 120 et 329 Goetz.

527

Iste mihi coi[ux] i[n] | tristia Tartara | [abi]t nu[nc]

qui fine anno rum sacra Proserpine | dedit
ex duodeci numero | . rbana . . . . detegit
n[e qu]e potuit precibus lacri mis mereri
set si q uit fatis religio nulla | resistit
iuno pius se

Renier inscr. Alg. 3870 descr. Montgravier, CIL. VIII 9690 ubi alia duo exempla proposita sunt, restitutio tituli ut interpolati detrectatur Cartennae Mauret. praescriptum *d. M. s.*

1 *coi..iu* Montgr. finem metri arbitratu feci: *xt num* exempla quasi fuerit *uixit an...* 2 *dedit* unus: *edit* aut *edil* reliqui 3 *ex* omnes *duodecimo* Montgr. an *ex duodeci m(ensum) numero?* orba marita sepulcro eum tegit nec potuit precibus lacrimisue mereri ut aduiueret siquidem fata nihil inhibet 4 s. *mert. sit nisi..ciuitatis* Guyon 5 an *sicut fatis?* 6 *Iunorius cos* alter, *no pius fecit* tertius. an *hunc pius?*

528

Quisque uiam carpis, Marcum spe[ctes memorandum
nomine nec tantum nec fatis mort[is in]ique.
iste quater denis et quattuor mensibus annis
im uixi[t] toti[de]mque dies, cum luce reliquit
. ianti . u . siae quamuis solacia morte
i . irus his tumu[l]oque diciroiiiioii Marcus
. . . iuim . . . sisiaiuiiam prouidus an[t]e
. . ixitii . . . . . im coniuge uiuo
. i . os . . . . .
. ia . . . . .

CIL. VIII suppl. 14352 descr. Cagnat, ectypum uidit Schmidt non procul ab Vzali Africae in mausolei ruderibus praescriptum *d. M.*, extra carmen adpositum sinistra ad u. 6 *mater*, dextra periitne *posuit?*

1 *spectare memento* prop. Cagnat 2 *moriliique* fere traditur 4 *iam* emendat Cagnat, annos XL menses IV Schmidtius intellegit: an *im* (hunc eundem GLK. I p. 133, 2 τὸν αὐτὸν Philox.) pro item aeque similiter (sic *hemdem* Placidus interpretatur), uita autem annorum XLVII m. IX d.

XIV callide distributa est mensibus annis diebus *totidem?* 6 uelut *sedibus his* 7 *prouidus* ut 469, 4. tum *aiie* Cagn. *inii* Schm. legit

529

Hoc erat quod [spera]bas agri, Donate, post | morte tuorum.
hic te | fata tua securum iace re uoluerunt.

Renier inscr. Alg. 3600 CIL. VIII 9105 Auziae subscriptum *Gududio et Tullius* [*tut*]*ores fecerunt et dedicarunt. u*(*ixit*) *a. XLII* uersus obuersantur tales *hoc est quod sperabat agri post fata suorum, hic nunc securum uoluerunt fata iacere*

530

Quanta homini conferre potest fortuna [pri]o[rum,
tanta] bona ego tibi [tul]í, iuuenis, qui obit cum laude.

CIL. VIII suppl. 11883 ad ectypum Mactari in prou. Byzacena orationis ut opinor paternae color Catullianus, supplementa incerta ut in carmine incondito, *fortuna secunda tanta b.* tum *dedi* Schmidtius. *obit* soloece pro obisti

531

. . . .
f]uner(is) exequ(ia) infilix fraterna repleuit,
qui statuit tumulum titulis et fata notauit.

CIL. VIII suppl. 15220, eph. epigr. V 550 descr. Ioh. Schmidt apud Thignicenses Africae subscriptum *C. Iulius Victor uixit annis XLVI, Tinti . . . fratri fecit* 1 *funer* descripserat Darré. *exeou* fertur, emendauit Schm. *m*]*uner*(*a*) *exequ*(*ii*) idem CIL. fortasse uerius

532

. . huic frater titulo . . .
. . no[m]en lapis uanus . . .
. . de quo super in . .

CIL. XII 5807 rep. Arelate nunc Auennione in stelae fragmine superiore. supra scriptum ... *mater amando* | ... *an. XX.* initia uersuum in altero lapide iuxta posito fuisse Allmer et Hirschfeld putant, hexametris fortasse etiam *mater amando* adtribuendum

2 sic lapis complicitis *uan* litteris. numeri postulant *unus* (iam geminum *nomen lapis unus* habebit) 4 *de. ouo* Allmer, *pequo* uel *requo* Schmidt et Hirschf. exceperunt. hic mutauit *re*[*li*]*quo*, funere dein*de nouo super ingemuere* parentes?

533

L. Caecilius F(e)lix | fecit sibi coniugi | filis
libertis sexus | utriusq. et postque | futuris.

CIL. VI 13735 descr. Henzen Romae in Laterano

1 omisso praenomine hexameter 2 *que* superadditum sermoni ut 477 in subscriptione *et posterisq. suorum* aliasque, conplet numeros

534

Clausus] in hoc tumulo Pompeius [nunc requiescit
concolor uictor suauis fidus[que sodalis.
fessus in extremis haec bland[a uoce rogauit
ut dapibus positis Pompeium s[aepe colamus.

Muratori 1728, 5 ex schedis Ambrosianis Romae trans Tiberim

2 principium a metro laborat, huic conuenit *concors conuictor*, aurigam conicias ab sua factione sepultum

535

Hic tu]mulatu iacit hom[o qui dum uixit habebat
magn]am Callinomi [uocitatus nomine famam
. . i]uncta toro nu . . . . .
. . mos et nitidu . . . . .
. . s ac serus facu[nd . . . .
. . an natis pat . . . . .
. . s]exaginta tri[bus . . . . .

. . uo nati dol[uere . . . .
. . a Enopeus natu . . . .

Notizie d. scavi 1878 p. 162, inde CIL. XI 3759 circa Careias inter Romam et Caere

2 *-am* potius quam *-um* Not. 3 illi uxor *nunc* fecit monumentum? 4 *pulcrum os?* 6 etiam natis *pater* optimus? 7 tot annis uixit 8 s. uelut *atque duo nati doluerunt cum genetrice, E. natus minor.* nomen minus probabile tale *Parthaenopeus*

536

Ter denis h]onor hic [annis requi]escit Apici:
ecce un]a nomen, [tempus qu]od uixsit et ordo.

CIL. X 7750 descr. Mommsen in museo Caralitano in paruo lapide litteris paruis 'uix christianae aetatis' supplementis sententiam indicaui, potuit scilicet ordo apertius declarari *hic equitis* sim.

2 non *uixsit* descriptum est sed quasi *ni-*

537

Parcae te miseris rapuere parent(ibus) urna
spectantes animo tuae gloriae cursum.
fletus in perpetuo miserae reliq(uisti) dolore,
nec potuit corpus a sodalib(us) tradi sepulchro.
me decepisti, nimium horfanam tu reliquist(i).

CIL. V 5824 Mediolanii, non extat praescriptum *d. M. L. Comagi Firmi milit(is) leg. II Parth. qui uixit ann. XXVII m. II d. V.* subscriptum *Nigidia Firmina mater infeliciss. filio pientissimo.* legionem istam Septimius Seuerus constituerat

1 *parent.* fortasse quia se tantum (*parenti*) mater intellegi uoluerat sic notatum est 2 deest pes et aliquid sententiae, *liuente animo* 5 *nimium* scripsi: *nium* fertur, *omnium* ab hoc abesse uisum est longius

538

. i captus talis miserisq. p[ar]entibus istis

quibu[s] . | . . . f cippo inscribere nom[en |
cuiu]s ossa in Germania | . . . mus

CIL. II 3534 Murciae Hispan. titulus plane mutilus. tres praecedunt uersiculi in quibus uestigia litterarum incerta sunt praeter u. 2 *mi(liti)*. subter ..*mus* in nono uersiculo *ini* uisum est legi

1 fortasse *ui captus* mortis perierat fratri et parentibus *miserisq. p* scripsi: *miseris op* traditur, *parentibus* suppl. Huebner 2 *quibus* non licuit nisi, sim. 3 *cuius* suppl. Huebner. finem facias *condita flemus inique* sim., quamquam altera ex *mus* littera non est certa

539

Militia insigni raptus trieteríde sexta
sedibus hís sítus est miserabilis Heli[odo]rus.

CIL. III suppl. 8376 a descr. Glavinič, acta arch. epigr. Austr. XIII p. 210 in regione Delmatiae interiacente Verbanum et Drinum fluuios, nunc in museo Serajevo. litteris aetatis inferioris subscriptum *Heliodorus et C... tiane parentes miseri fi(lio)*

1 Martialis X 53, 3 de Scorpo *raptum trieteride nona*

540

. . ue fuii iuuenis . . .
. . a Syria genitus . . .
. . ix uita et omn . . .
. . do est aliqua . . .
. . et Iouis Stygius a . .
. . m ossua praecor . . .
. . e]st extinct[a . . . .
. . meque Hel . . . .

CIL. III 6443 miserat Gruič, periit in agro Sirmiensi ad ripam Saui rep. fragmentum carminis. potest fuisse 1 *que fuit*, 2 *terra*, 3 *felix* magis quam *infelix*, 4 *siquando*. 5 cf. Vergili *sacra Ioui Stygio*. 7 *uita est*. 8 *m* an *u* an *a* fuerit ante *eque* non liquet, potest *meq. Heluia condidit uxor*

541

Flere cupis quicumque meos in marmore casus,
siste paru lacrimas. sorte miserandus iniqua
amisisse pium pa[ter] deditq. sepulcro.
quam pene ia..esse ann. XXVI m. VI d. que VIII,
conditus ego iaceo misero genitore relicto.
iam mater misera palmisque ubera tundens
et soror infelix comitantur luctibus ambe.
coniux cara mea relicta cum paruolo filio
casta mater uidua n(un)c mihi uita supestat,
qui nostrum tumulum onorauit. corpus fosaimaqiiets,
pibi parentes, regna qui mundi tenetes:
hic ego sepultus iaceo placidusque quiesco.

CIL. II 1088 descr. Huebner ut potuit   Ilipae inuentus Hispalim translatus cippus, litterae perparuae lectuque difficillimae, saec. circiter III   praescriptum *d. M. s. M. Calp. Lucius decurio,* subscriptum *h(ic) s(itus est), s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*

2 parumper lacrimas siste attenturus animum. Ouidius fast. I 367 *siste puer lacrimas*   3 *paiii* fere apparuit, *patre* Huebner dubitans, *patrem* ex interpolatione potius quam lectione Merchante. *est* requiritur   4 *quam paene* non conuenit in exactam computationem temporis, et incertiores litterae sunt quam quibus *ia[m] esse(m)* conuincatur. fortasse *qum bene im[pl]esse(m)*   9 coniux mea mihi superstes est, hoc dici puto. *no(n)* Huebner dubitans, quia *no* in lapide sibi uisus est legere, *nc* in ectypo esse testatur idem   10 quae tumulum honorabit   *eosaima? quiete?* Huebner *s* post *et* indicans fractam. recte *fos(s)a ima,* an *postrema ciete?*   11 *qui* aut *que* marmor. *tenetes* posse id esse quod *tenentes* ait Huebner, *tenetis* Merchante. non di ita uocantur sed qui ad superos sunt homines. sermonisque uitio consentit deprauatio numerorum (*mundi qui regna*)   12 archetypum *securus*

542

Manes si saperent, miseram me abducerent coniugem,
uiuere iam quo me, lucem iam nolo uidere.

dulcem carui lucem, cum te amisi ego, coniunx.
has tibi fundo dolens lacrimas, dulcissime coniunx.
lacrime si prosunt uisis, te ostende uideri.
haec tibi sola domus . . .
semper in perpetuo uale mihi, carissime coniunx.

CIL. II 4427, Muratori 1428, 3 AL. Burmanni IV 204, Meyeri 1591 Tarracone. uereor ut probitatis ac fidei intemeratae ex superioribus nil relictum erat nisi ... *mens. IIII*

2 *quoniam lucem* AL. potest lapis habuisse *quom* inter 2 et 3 aliquid spatii 6 nulla lacuna Murat.

543

Quid tibi nunc prodest stricte uixisse [to]t annis?
heredum ratio nuntiat [ipsa] tibi.
prima fuit litis uicesima [rit]e soluta,
dende rudes homines [uar]ie Saturno morantes
delati, [satag]is [t]amen hoc sub iudice iusto,
non se]mel sed longis protractibus arte maloru.
'uici quidem, domine. uictor cum palma relatus
semanimis iacui, medici male membra secarunt
corpori'. quod super est, tumulum tibi feci libenter:
non mihi mandast[i], sed uiuos saepe uoleba[s.

Mommsen IN. 7143 qui descripsit diligenter, CIL. VI 30112, Or. 4944. AL. Meyeri 1157 Romae olim, nunc in museo Neapolitano. lapis integer, litteratura optima. superior titulo ob u. 4 maxime memorabili locus dari potest sub Hadriano, dedi quo non potest inferior post principia saeculi III

1 s. expleuit Marinius Aru. p. 61 3 *litis* pro nominatiuo habeo, *uicesima* libertatis opinor *rite* Henzen proposuit satis commode ad rem (Petron. 65) et ad numeros (V. Aen. VII 5, Colum. X 419), *parte* Mar. 4 i. deinde *in colle* Mar. quod neque intellegi posse nec spatio conuenire Momms. ait: *in die* antehac posui Saturni diem et Iudaeos forenses moratores intellegens, sed repugnat grammatica, sinet haec intellegi aerario Saturni facessentes negotia

5 *sunt at tamen* Mar. uerbum fuisse quale adsumpsi (*peragis* sim.) lapis ostendit 6 *pendet sed* Mar. qui *mel* non uiderat *protractus* pro dilatione nouum 7 respondere fingitur mortuus, blande ac dicacule appellat dominum 8 *secaui* artium scriptoribus ignotum

544

A

. . . . pr]ocul a[spice . .
Vt semper cruci[at miserum Fortuna parentem.] |
hic erat ille puer [cunctis dum uixit amatus,
cui] | telae paruós br[euis orsus Fata dederunt,
c]|uius et ipsa soro[r Phoebi uisu fur]|iata
nón tenuit pha[retram liuens] | dea, cuius ab ore
b[landa fluunt me]|lla et rubor in fac[ie rosa fulget.
adsidu]|o puer in studiis a[tque artis amore
deditus] | ecce suós ludo [captabat amoeno
festiuisque iocis coetu re]|gnabat in omni
. . med]|itatur et cupit . .
. |mans uolun[tat . . .
|comica iam [uirtus nituit serm]|one faceto,
[cum rapido Fatum m]|ótu uolt [omnia uerti.

B

. . . . . .
ac tri[bus est] da[ta nunc requies et in aethere sedes
cunc[ta] super cael[i: mihi soli cura relicta est
uitaque cum gemitu f[letuque miserrima somno
in cura fraudata, diu sitiens [Stygis undas.
hi mihi cernentes rutilantia sidera [caeli
o utinam] | [d]igitis operirent lumen inane
cura[rentque leui] | componere membra fauilla
ac tum[ulo sic ut decuit patrem] | tumularent.
ó Fortuna duplex ad a[cerbos promptior ictus.

Notizie d. scavi 1891 p. 288, habui a Barnabeio missum ectypon, litterae bonae, haud secus atque apices maturioris aeui quam de dictione carminis dogmatisque concedere iubeat   prope urbem uia Labicana ex antepagmento arcae relicta fragmenta duo, A ex dextra parte ab summo ad imum pertinens, B ex sinistra imos uersus complectens. supplementa eo minus certa, quod indiscreti scalptura uersus carminis idque non expers uitiis fuit, cf. A 11 et 12

A 1 hic uersus diductis litteris ita incisus est ut principium omnium carminum dextra sinistraque scriptorum fuisse putes   2 ante *ut* folium adpictum est quasi terminans ab sinisterioribus quae periere   12 *amans* uel *firmans*

B 1 tres pater sepeliisse uidetur aut filios aut uxorem ac pueros

545

Te mihi, Glycerium, fors abs[tulit f]unere duro,
mersit in aeternam extin[cto corp]ore noctem.
sit tamen aetheria uiu[ae post fun]era sede
fama uiges, magno s[emper lauda]ta pudore.
et si nostra tuos tan[gunt suspiria se]nsus,
uiuis in Eutropii iu[ncto tibi pect]ore, uiuis.

CIL. VI 19049 descr. Rossi, edidit Bormann inscr. lat. nou. p. 7 cum Rossii suisque supplementis   ad urbem uia Appia

1 numeri quale postulant uocabulum *absona* iure editor aspernatur   2 *pectore* Rossius   3 *uiua inter sidera* Bormannus post *fama* interpungens. at certe comprehendendum *fama uiges,* siue nominatiuo casu est *fama uigens* quem ad modum ad praesens ista suffeci (V. Aen. IV 175), siue ablatiuo *fama* indicatiuo *uiges*, ut praecesserint talia *uiuae lux altera.* ceterum optatio adeo non seruat tenorem carminis, ut quadratarii eam negligentiae adsignare audeam qui *sit* scalpserit pro *set*, huic subiungemus *uiuis*

546

Me propter maria, terras atque aspera caeli
sidera trasisti mediosque timenda per h[ostes
inuenisti uiam, hiemis nefanda tulisti,

o dulcis coniunx animo gratissima nos[tro.
nomine consimilis, iugali flore beata,
casta pu[di]ca meos thalamos ac fomite a[moris
nondum suppleta cubilia sancta liquis[ti.
saltem quod superest oro, scio namque [fauebis,
funde preces subolum ac uotis utere nostri[s,
ut longum uitae liceat transducere tempus.

CIL. VI 12072, Marini frat. Aru. p. 266 Romae in coemeterio Cyriacae, periisse uidetur praescriptum ... *Antoniae Seuerae coniugi*
1 *maria ac terras* Lucretius aliique 5 seuera ut nominabaris ita eras 7 fuerat uxor istius altera ut uidetur nec diu 9 *funde* Orco opinor disque inferis *preces subolum* natorum cum patre optantium longam uitam

547

Hic iacet Ogygii Bacc]hi dei nota [sacerd]os
pastophorus]quae deae Nilo[tidis usque p]udica
nomine Ale]xandria, cui flos [uixd]um iuuentae,
cum iam P]arcarum nota sustu[lit] inuida Diti.

Ephem. epigr. IV 301, 874 descr. Henzen, Kaibel inscr. gr. Sic. 1366, Gori inscr. I 373, 128 Florentiae in sarcophago marmoreo originis urbanae sinistra fracta est, dextra et ima ornata figuris muliebribus. latinum carmen graeci uersus tres excipiunt ἐνθά]δε Ἀλεξάνδρια κόρη πρόπολος Διονύσου [π]αστοφόρος τε θεᾶς Νειλώτιδος Εἴσιδος ἁγνῆς εἴκοσι δὶς πληρώσασα χρόνω κεῖται λυκαβάντων
3 difficile inuentu uerum non adiuuante metro. num *flos* pro neutro habitum ut 103 C 10? *flos gratu iuuentae* an simile? sane in quadragenaria *etiamnum* aptius erat 4 i. abstulit ad Ditem: iunctura uerborum pessima

548

Hic iacet Aufidia Seuerina signo Florenti,
bis quinos denos quae uixit annos aetatis.
casta fide semper toru maritale dilexit

sobria, non moecha, simplex animoque benigno,
dedita coniugi soli suo, ignara alienum.
conpari dulcí suae incomparabili solae
Basileus fecit, quod fieri ab illa cupiebat.

CIL. VI 12853 ex Donio, Fabretti 252, 42 et 418, 374 Romae, periit. marginibus adscriptum fuit *d. M.*
1 uocabulo uel cognomine adsumpto mariti. haec signi consuetudo uergente tertio saeculo inualuit 2 potuit subleuari uersus *annos quae uixit,* at prosodia quid ad Basileum? 5 *alienum* non credo scriptum pro *alienorum* sed *ignara* ita constructum quasi *ignorans* (non experta)
6 argute copulantur *conpar incomparabilis*

549

Curtia hic sita est | Fabiae nata, Fabiaeque | Cerealis egregiae gentis. |
nomen Curtiorum Fabiorum | compositum tumulo semper | sub Tartara uibunt.

CIL. VI 16653 ex schedis, Fabretti 418, 372, Henzen Or. 7352 fuit Romae praescriptum *d. M.* subiecta uiri iacentis imago. uersus congestis nominibus distenti, alter bene fluit redactus in hanc formam *compositi*
1 Curtia Fabiae filia hic iacet et ex gente Fabia (i. Fabius) Cerealis, cui nupsisse illam opinor. Henzenus Curtiam Cerealem intellegit Curtii natam Fabiaeque, dubitat tamen an *Fabi aeque Cerealis* distinguendum sit. idem post *Cerealis* interpungens coniungit *egregiae gentis nomen*

550

Hic super ossua cineresq. tuos bene dicta quiescis.

CIL. VI 20513 descr. Zangemeister, Gruter 875, 3 Romae in hortis Ludouisianis cippus marmoreus. recentioris aeui litteraturam Gudius dixit praecedit *d. M. s. Iuliae Heuresi sanctissim*(*ae*). *uolente fato uixit annis LXXXII,* sequitur *fecit Pomponia Trophime bene merenti*
1 uersus postulabat *hic super ossa rogumque tuum* aut ut Henzenus uoluit *ossa super cineresq. tuos.* in alio carmine est *dulcis aput Manes Zoe bene dicta moraris*

551

Cassiae ut dignae Orestinae coiugi castae
pro meritis uitae, pro pectore simplici grato
Tusidius Cyrus hunc titulum fecit amatae.

CIL. IX 5762 ex schedis. AL. Burmanni IV 200, Meyeri 1314 prope Ricinam Piceni praescriptum *d. M.*
1 *Cassiae A. f. dignae* Camerinius qui misit Muratorio 1319, 9 2 *grato* omisit uetus testis: *gratus* Schrader 3 *T. Vsidius* Mur. fortasse uere Graeci pronuntiant τίτλον, sed cf. 512, 11

552

. . Eu]carpiae . . [si]nae cr[imine semper
annos q]ue uixit ter den[os, est] quoque [primum
praetere]a ingressa, duos m[ense]s, triduo p[lus.
nunc mi]hi tu disce rarissim[a]e feminae u[itam.
coniugii] praeclara fuit fide erga marit[um,
artibus i]nsistens filis sua uita dicaba[t,
sedulit]as summa, magna sapientia cord[is,
omnibus i]ntenta rebus, suis dedita uixit,
nesci]a delicti s[pur]ci quo femi[n]a peccet,
inmor]talis erit summae uerecun[di]ae mixta.
corpus m]ors rapuit, animam dereli[nquite] Manis.

CIL. XI 3276 descr. Bormann eiusque socii Sutrii in tabula marmorea litteris detritis supplementa Bormanni quem Mommsenus et Hartelius adiuuerunt pleraque recepi et mea adieci, neque enim illi nisi similem hexametrorum orationem agnouerant
3 fortasse *plus his* aut aliud accesserat insuper 9 *spurci* conieci, *siiici* exceptum est

553

Hic iacet ex[animis tumulis L]aberia | Felici[tas
cui pius] hanc con|iun[x dedit arcam gratus am]ori,

cum quo | uixit casta uiro sortita per annos. |
Attius S[ecurus tumulos] obitae | requi[emque p]arauit.

CIL. XII 843 ex schedis, Murat. 1772, 9 Arelate in sarcophago. adscriptae legebantur etiam *d. M.* litterae numeros expleui, etsi num iusto modulo fuerint hexametri dubito et de ambitu lacunarum parum constat (uelut 1 *tumulis* superat lacunam a Tollio designatam). certe nomina propria inserta erant extra mensuram

554

In[m]atu[ra dies male te abstu]|lerat . . .
s]et [s]o[r]or | unan[i]mis [supe]rest. [nec] plus | [c]upio u[ltr]a
Claudius [Ina]chus | cum quo uita fuit, nis[i finem] |
quem fusis lacr[i]mis memoret | renouato dolore.

CIL. XII 4117 descr. Hirschfeld in regione Nemausensi in sarcophago titulus euanidus *d(is) M.* consecratus et *memoriae aetern[a]e*, praescripta quae erant ex eis paene nihil legi potuit, tantum hoc *me[n]s. VII* supplere conatus sum, *abstulerat cupio Inachus* praeiuit Hirschf.

1 *in.uaiu* apparuit, in exitu *lerat..ms..e....*, rectius fortasse *sce]lerat[a] m[orte* 2 *soror* feci, *dolor* Hirschf. *..o plus* fertur

555

Hoc iacet in lapide Aure(lia) Marcellina pientissima coniux,
quem lapis ipse tegit, rapta de luce serena.
huic aetas prima cum florebat in annis,
inuida fatorum genesis mihi sustulit illam
superante genetrice sua quae se cupiebat ob illa
ante morti dari, qum sibi flebil(is) casus
accideret filia que permansit in [aeuo ang]uste.
quicumque legis, nostros [miserare] dolores:
sic aput Elysias [sedes per gaudia u]iuas.

CIL. III 3397 denuo se frustra temptasse narrat Domaszewski suppl. p. 1690 in Pannonia inferiore in statione alae I Thracum uet. nunc in museo Pestinensi praescriptum *memoriae*, subscriptum *Iul. Victorinus b(ene)f(iciarius) cos. f(aciundum) c(urauit)*, in latere scriptum *et pater Aur. Eptala pientiss(imae)*

2 in carmine proxumo *quem lapis iste tegit* post nomen tumuli paulo rectius 3 debuit scribi *primis modo cum* 5 stabit metrum si *pro* uel *a genetrice* feceris ἀντὶ ἐκείνης intellego, *ab illa* corr. Mommsenus 6 *qum* fertur conexis extremis duabus 6 s. *flebil casus acciderit iilia que* lapis. metrum sensumque sic reparabis *ante dari morti quam flebilis hic sibi casus accideret natae quae non permansit in aeuo.* ergo *filia* pro ablatiuo habeo, *que* pro relatiuo pronomine. *filiaque permansit* Momms. dubitanter 7 *inni.o..uuste* exscriptum est: *in annos XXV set* Momms. dubitanter. mihi constat spatioque lapidis pusillo confirmari uidetur nouam a *quicumque* periodum incipere. *anguste* metrum non minus turbat quam *infauste*, sententiae incommodum *uenuste* 8 praemitte *tu* *miserare* posui: in lapide *i.utpsdt* talia apparuere 9 *elysias ish ..tordesceiucuud.i..iuas* enotarunt ex lapide, quibus in litteris cum nomen ad *Elysias* pertinens frustra quaesissem, *tor* sumpsi inrepsisse ex inferiore uersu qui syllabam hanc eodem loco positam habet. at ne sic quidem reliqua potui expedire, num *undas terrisq. iucundius*?

556

Hic iacet in tumulo Aur. Sabina pientissima coniux
annor(um) XXV,
quem lapis ist[e] tegit, rapta [est d]e luce serena,
q[uae] magis debuerat fe[ss]os sepelire pare[n]tes.
o dolor, o pietas, o funera tristia coniugis.

CIL. III 3351 prope Albam Regiam Pannoniae. signa supra sunt uiri scuticam, pueri malleum, mulieris uasculum tenentis, infra uasculi et racemorum. continuatur elogium sic *tristia coniugis. Marcus Aur. Attianus dec(urio) ale I Trhacum et Aur. Sabinilla filia eorundum uiui sibi faciundum curarunt.* litterae saeculi dicuntur tertii ac non inferioris

1 ex archetypo tali *tumulo Faustina piissima c.* 2 s. suppleta spatiis tituli conuenire Mommsenus testatur. absque eo esset, *raptam* scripsissem 3 i. mage 4 archetypum *natae* cf. 81

557

Hoc lapide tegitur Aurel(ia) Pia piissima con[iux
ex Nicia ciues Byth(inicae) originis orta.
ter uix(it) deno[s] annos, non plus adoleuerat aetas.
florent[em rapuit mor]s immatura uita perempta.
uos testo[r . . . . . .

CIL. III 3337 in Pannonia inferiore ad Intercisam male scriptus lapis conligatis litteris multis difficilis lectu. describentes si quod litterae signum praeterierant aut perperam legerant, Mommseni exemplar secutus emendaui plerumque tacitus

1 modulatum *hoc tumulo tegitur Paulina piissima* 2 i. ex Nicaea ciuis *orignis* traditur 3 *uix. denos* feci: *uindeo..* alter auctorum, *undeno..* alter. *quindecim* Mommsenus qui numerus cum nimius uideatur propter mortem immaturam, tum poeticae circumlocutioni minus congruit. uersui satis erat *ter denis annis* 4 expleui: *o* in *mors* dimidiata apparet, pro *uita* descripta est nota una *uat* complectens. ablatiuus corripitur

558

Hic sita sum matrona, genus nomen|que Veturia For-
tunati coniux de patre Vetu|rio,
nata ter nouenos misera et nupta bis octo | per annos,
unicuba uniiuga quae post | sex partus uno superstite obii.

CIL. III 3572 uidit Domaszewski Aquinci in arca subsequitur *T. Iulius Fortunatus* (*centurio*) *leg. II ad*(*iutricis*) *p*(*iae*) *f*(*idelis*) *coniugi incomparabili et insigni in se pietate.* tertii uidetur saeculi titulus esse sic ut Aquincenses plerique. carmen obuersatum esse menti scriptoris elucet uelut *nomenq. Metella* uersu 1, *ter octonos misera et sex nupta per* 2, *quae prole superstite obiui* 3. nam similiter enuntiatum esse *obii* probat paenultima excellens longitudine cf. 520, 6

559

Manib(us) hic [pl]acidis Pass[ie]na casta quiescit.

quinq. et XL uixit pia larga benigna.
hoc sibi costituunt patres fratresque sepulcrum.

CIL. VIII 412 descr. Wilmanns Ammaedarae 1 nomen si recte expletum est, hoc ruinam dedit metri 2 pronuntiandum *quarranta* ut in titulo Rhenano scriptum est? annos scilicet 3 i. ipsi, Passienae

560

A

Hic sita [quae uixit ca]stis|sima fid[a marito] |
Caelía Ru[fino: a]dfec|tu simil[ique fid]e pares, |
sed miser[a heu co]níunx, | qu[in]qu[e una] uixim(us) annis, |
qui[n]q[ue fuga thal]ami dedí|mus sin[e fine] minato |
ho[sti] . . . |tis . . . .

B

praestabat stu]diís | m[usaque exculta m]aríta, |
mod[estia tame]n sim|plic[itasque pa]res, |
quam [mala f]ata prí|us er[ipue]re mihi |
[mor]tem no[n me]ritam, con|[sortem n]ostrí laborís, |
[infesto mod]o quam dolu[i | morbo es]se per[emptam
. . . ica . . . . .

C

. . . f]ui fi|de[lis amic]a marítō, |
gentí[s] Caeliae decor | decus et Flauiae gentis.
ad tu, care, precor, con|iunx si tacta record[or],
si fecunda ti[b]i pi[eta]|tis a[m]ore reliq[ui, |
c]ommendo ínn[ocuae ci|neres] tibí coni[ugis . .

CIL. VIII 7255, suppl. 19455 ad ectypa, misit mihi Dessau Cirtae. ex praescriptis uidentur superesse haec *d*... | *Ca*[*eliae*].. | *C. Auda*.. | *fil. R*.. unde *Ru*.. A 2 mariti nomen fuisse sumpsi, non ipsius Caeliae

A 2 uersus abnormis ut complures alii, nescias igitur an praestet *simili fideque*. et in aliis metri tenacior fui quam scriptorem fuisse credo, uelut in 3 melius est *misera sorte c.* 3 *qu*[*ia*] *qu*[*otquot*], tum 4 *qui*[*s*]*q*[*uis honos thal*]*ami* dabam experiunda, descripsit Cagnat *sin.....mi nato*. uerum natus numquis fuerit, dubito propter dictionem C 4. morbum tabemue mulieris cogito

B discissum in duas particulas quae quomodo cohaeserint ostendit *sim plic-* 2 3 paene pentametri 4 adsumpsi frustulum istud *..temno..* | *..mfif..* quamquam posteriores litteras ad posterius hemistichium adhibere nequii

C 3 *recordor* passiuum puto quale Nonius et Priscianus testantur: si tetigisse recordaris. olim *facta* editum est, inde *recordas* Studemund 4 i. amorem. non uidetur pignus reliquisse i. natum

561

Casta pudica fui Mnesithea [b]ona marito
in fide qua potu[i] Aurelia coniunx,
qui mecum sine lite fuit uixitque marito,
natos amauit una mecum, et laus referenda,
Rogatiane, tibi. uixi festinans uiuere semper.

Renier inscr. Alg. 4158, CIL. VIII 7228 in suburbio Cirtensi

1 cf. 546, 6. exemplo fuisse putes *digna et matrona*. duas deesse litteras Renier indicauit ut dubites *matrona* conligatis primis litteris an *bona* lapis habuerit 2 *potuit* Renier supplerat 3 *marito* pro *marita* uidetur additum esse quo primi uersus uox resonaret *marito qui mecum uixit*

5 Commodianus instr. I 34, 19 *ut incipias inmortale uiuere semper*

562

Mater nomen eram mater non lege futura,
quinque etenim solos annos uixisse fatebor
et menses septem diebus cum uinti duobus.
dum uixi lusi, sum cunctis semper amata.
nam pueri uoltum, non femine, crede, gerebam,

quam soli norant Agathen qui me genuerunt,
rufa coma, tonso capite posttrema remisso.
conuiuae cuncti nunc mi bona pocula ferte
diciteque ut semper meo corpori terra leuis sit.
nec paruae doleat requiem mei perqua Fauentius
nutritor plus quam genitor, qui solam amauit.
est mihi nam mater, pater et praecesserat olim
nec doluit casum, soror est et matris amoenae
tristis et ipsa meae mortis. quos cuncti parentes
solando uitae dulci retinete precantes,
ne dolor augescat seu maeror tristis abundet.
qui legitis, totum nomen si nosse uelitis,
noscetis Geminiam Agathen, quam mortis acerbus
eripuit letus teneramque ad Tartara duxit.

CIL. VI 19007 uidit et edidit Bormann inscr. lat. nou. p. 5 Romae praecedit *Geminiae Agathe Matri dulcissimae*, subsequitur *hoc est, sic est, aliut fieri non potest: hoc ad nos* de quo uide 247. scriptura negligens in qua *o* et *q*, *d* et *o*, *t* et *i* uel *e* permutatae sunt, item lex carminis minus diligenter obseruata

3 *uinti* uiginti ut in titulis Africanis et in lingua Sardorum (cf. Schuchardtum de pron. uolg. II p. 508) 6 feminam me soli norant parentes 7 *remisso* quamquam suspensum est e *capite* spectat ad *capillum*. occiput crines habuit nullo modo uirginali redimitos sed solutos 10 nec Fauentius patraster mortem meam nimium doleat. *Fauentius* tamquam uolgaria illa *Clodis* pronuntiatur cf. 522, 3 13 potest *Amoena* nomen matri fuisse 14 insolenter *tristis* hic nominis ducit genetiuum ut contraria apud poetas *laetus felix* al. 19 *letus* nondum alibi inuentum est (cf. *fatus fretus lutus*) nec magis *letum mortis* (Lucr. IV 766 *mortis letiq. potitum*), haec antiquitus seruata opinor

563

..go cui pater addiderat nomenqu[e m]erebat,
hic uiridis gemmae praetiosae nomen habebat,
sed cito me rapuit, matrique dolore reliquit.

uita fuit bis ternos menses et insuper unus
et totidem anni, nec plus fuit. hora suprema
ferst animo sortem [placi]do [quam uo]ta ferebant.

CIL. XIV 1821 descr. Dessau Ostiae in sarcophago litteris praeterquam in fastigio et basi exilibus
1 in superiore parte legitur disiunctus a sequentibus. *uolgo* ab initio fuit an patris aliudue pueri uocabulum ut *Lingo?* uerbo utrique *nomen* commune inter *qu* et *erebat* hiatus indicatur quasi quinque litterarum, *puer m.?*
2 Smaragdus secundum interpretationem Viscontii ann. inst. arch. 1857 p. 340 3 debuit *cito mors rapuit*
5 *hora s.* non ablatiuos puto sed cum sequentibus copulandos nominatiuos 6 dubitasse scriptor uidetur *fers* an *fert* scriberet post *sortem* cetera in parte inferiore seiuncta leguntur, *...do* Viscontius, potius *de* Dessau exscripsit ut conicias *fert a. sortem, Smaragde.* deinde *uota* an *fata?* uereor ne christianus sit titulus

564

. . . an. X Procula tumulum . . . .
annos que uixit bis denos . . . . .
. . . . quae adhuc infans . . . . .
. . . umbra rapuit mors nunc quibus . .
. . . lum genetrix genetricis maes[t . . .
. . iniq]ua fata dolens luctu raper aequom.

Muratori thes. 1206, 1 a Ficoronio, schedae Henzeni Romae. sequebantur graeci uersus etiam peius mutilati, in quibus Πρόκλης κούρη ἀταλή, μήτηρ, τέκνοις. lacunam in fine u. 4 Muratorius nullam edidit, in principio u. 2 eandem qua tres extremi uersus adfecti sunt. ne tantum quidem constat lapidis uersibus senos carminis pedes contineri
4 *hunc* codex quo Henzenus usus est. conicias *quibus unum hunc titulum g. g. maesta notauit* 6 *dolens luctu raperaequom* idem codex, *docens luctu rapere quom* Mur. putes *nolle-rapere aequom*

565

O dolor, quantae lachrimae fecere sepulchrum
Iul. Lucinae, que uicxit karissima matri.

flos aetatis hic iacet intus condita saxo.
o utinam possit reparari spiritus ille,
ut sciret quantus dolor est.
quae uixit ann. XXVII m. X die. XIII.
Iul. Parthenope posuit infelix mater.

CIL. XII 825 ex sarcophago, Orelli 4833 Arelate litterae dicuntur saeculi III. circa scriptum est *d. M.*

566

In[p]ia fata mea Falconi [morte fuerunt
qui plus non uixi quam [septem paruolus annos.

CIL. III suppl. 8160 contulit Domaszewski, Hirschfeld in actis acad. Vindobonensis a. 1874 p. 405 Singiduni in basi marmorea pedis humani uestigia repraesentante. subscriptum litteris paulo minoribus *Romulus.* supplementum alteri uersui arbitrarium intuli

1 *inia* lapis, em. Hirschfeldius

567

Quinque hic | annorum aetatis | conditur infans. |
Aemilius Hermes | hanc generauit, | matris de nomine | dixit
Plotia, patris | praenomine | Aemilia uixit.
rapu[it] | quam mors in limin[e] | uitae.

CIL. III 1228 descr. Mommsen Apuli Daciae praescriptum *d. M.* deteriorem aetatem uel uersus arguunt uel praenomen *Aemilia* dictum ideo quod nomini praeponebatur (confert Mommsen Lampridium Diadum. 6 *Seuerum et Pertinacem Antoninorum praenominibus honorandos putant*)

2 iustum initium tale *Hermes hanc genuit*, exitus quasi Vergilianus *Albae de nomine dicti Albani* 3 numeros secutus coniunxi *Aemilia uixit*, Mommsenus diuisit *Aemilia(m): uixit* 4 deest uelut *crudelis*

568

. . . .
nunc matris pietaten abet per domnica r[ura
e]t licuit matri corpus sepe(li)re dolendu[m.
que nunc abet titu(lum), non cerbe inimice la..
set potius donis sollemnibus esse colend[um.
Surilla ego so, que peremor, filia O[r]ge[s.

CIL. III 5695, suppl. 11827 recognouit Gurlitt Noricae originis lapis adseruatus in museo Grazensi multo labore nec satis prospere transcriptus

1 unus uersus antea cernitur dirutus, legitur *pate*[*r* uel *pat*[*r*]*on-* tum *non for*[*et i*]*ll*[*i* 2 *pietate habet* corrigit Mommsenus, quasi sepulcri mentio infuerit in uersu superiore. sed *pietaten* uocabulum non pauca habet quibus defendatur, *gratian quen* al., et sententiae sufficit *rura* Mommsenus: *p* pro *r* Gurlitt legit, potuit *prata* 3 *sepe re* lapis 4 prima littera scissa. intellego *quem*, Hirschfeld *quae* *perbe* aut *ferbe inimice ia..* Gurl. expectes ut strui uerba possint *non crede inimice laedendum,* sine structura datur *non acerbe inimice lacessas,* uersus enim partim boni utpote tralaticii partim pessimi. *non perdi i. cauemus* Leo temptauit 6 *so oue* lapis, *sum quae* recte interpretatur Bormann *peremor* proxime abest a lectione Gurlitti, posse tamen fortasse cum Mommseno *premor* legi idem ait, tum quae praecedunt notulae *ic* i. hic significant

569

Gaudia que dederat rapuit Fortuna repente
Inq. acr]es luctus conuertit uota parentum.
Nam puer hoc paruus uitaeq. e limine raptus
Ginga situs tumulo est, indigni uulnera patris.
A dolor et gemitus inlusaq. uota tuorum:
Non tamen ad Manes sed caeli ad sidera pergis.

Renier inscr. Alg. 3421, CIL. VIII 8567 contulit Wilmanns Sitifi repertum extat Parisiis uersuum 1 ss. acrostichide *Ginga* effici uidit Ren. potuit *Gin-*

gan uerum nomen esse in sermone indigenarum, aut *Ginga n(omine)*
2 ita Renier, ...*nes* Clarac daturque *graues*

570

. . n summus l com
. pa]tris quae senectus
Prae]ter agens salue: uersus cum legeris istos,
Singu]la capita explores, ingenium nomenque probabis.

CIL. VIII 9159 descr. Berbrugger niuibus oppressus in agro Auziensi. subscriptum ...*rinus Sergianus et Saturninus* | [*anno*] *pr(ouinciae) CCLXVI* qui est christianus 305
2 i. *patrisque* 3 *iter agens* Mommsenus, commodius acrostichidi id quidem, sed plus litterarum deerat. fac *Princeps* *egers* fertur

571

. . . s spatia Parcaru[m . . .
. . . egena cingebat rite cor[ona
. . . gens sancto comitante . .
. . . ne cunctis dabat ore loc[utus
. . . lens cordis cui summa i . . .
. . i]uueni praenomen cogno . . .

CIL. XIV 1822 descr. Henzen Ostiae, nunc in museo Laterano. uersus deformati 1 6 4 (nisi fuit *quae*)
2 uelut *omnegena* 3 uelut *ingens* et c. *pudore* (hoc suasit Leo) 6 *cognomenque* Dessau. at potest *primi dant iuuenis nomen cognoscere uersus* tale fuisse exemplum

572

. . . .
sic ego pro meritis [cap]io | nomineque salutor |
et sum post obitum felix, cui | cari sodales |

hoc titulo fixerunt no|men aeternum. |
Decasi, ualete et semper | harena placete.

IohSchmidt eph. epigr. V 265, CIL. VIII suppl. 11549 qui descripsit plenius quam Moll et Guérin (CIL. VIII 369) Ammaedarae. subscriptum *uix(it) an. XL..* in 2 *nomi*, tum principales uersuum 3 4 5 et duae *f* litterae maiore scriptura elatae

1 uelut *praemia mortis* 3 fortasse *Felix* 5 *Decasii* sodales gladiatores uidentur aut uenatores, non unius nomen defuncti

573

qui post tantum onus, multos crebrosq. labores
nunc silet et tacito contentus sede quiescit.

Renier inscr. Alg. 1546, CIL. VIII 2401 contulit Wilmanns Thamugadi praecedit *C. Ael. Pa*]*catus h*[*ic*] *situs est,* sequitur *C. Ael. Tertiolus b*(*ene*)*f*(*iciarius*) *cos. leg. VI uict*(*ricis*) *patri pientissimo*

2 *tacito - sede* ut cubili, loco

574

C. Iul(ius) Martialis uet(eranus)
has sedes genitor dum uita [manet, sibi fecit]
pietati[q]ue simul persanctae coniugis ipse
Iuliae Victor[inae quae uixit] ann(is) L[II]II diebusque et Iuliorum Rogati et Quintae lib[erorum quibus fato] praeuentis constituit cum Iuliis Martiale Caninia [Tertia pecunia] simul depensa sexs et $\overline{XX}$ n(ummum).
ann(os) agens uitae bis quadra[ginta dicauit.

Renier inscr. Alg. 4114, CIL. VIII 4524 Zarai quinque in lapide uersus dextra parte mutilati

575

D. M. s.

hic sita est Kal(purnia) Flauia cognomine dicta
q(uondam) decenuiri Kal. Tancini filia, quam constitit
uixisse annis bis XX et octo mensibus, posque ex-
acti VIIII dies bis X et tres relinquit.
haec tibi pro meritis Aemilius Vitellianus cognomine
dictus coniux pia praemia ponit.

CIL. VIII 10945 Oppidi Noui Mauret. Caesar.
4 argutiae minime dilucidae. *noni* mensis *dies* XXIII *relinquit* quasi mens. VIII d. VII uixerit sic interpretatur Mommsen. sed quid tum *exacti?* fortasse aduixit noni mensis dies XXIII exactisque reliquit saeculum, absolutus qui uocatur nominatiuus pro ablatiuo, cuius structurae hic et alibi copulatiua particula ansam dedit, conglobantur enim in unum ista *postque quam exacti sunt relinquit* uel *postq. exacti sunt et r.* 6 detorta ex talibus *haec t. p. m. Florus cogn. dictus Aemilius gratus coniux pia p. p.*

576

A

Donata pia iusta uale, serua tuos omnes.
coniugis absentis reditum perferre nequisti.
Ampliatus poterít tibi tristia [sacra] refer[re.

B

Quod potui miserandus homo me iunxi sepulcro,
kara, tuo, donec mihe mea uita manebit.
credo tibi gratum, si haec quoque Tartara norunt.

Renier inscr. Alg. 282 et 283, CIL. VIII 2803 contulit Wilmanns Lambaesi in sepulcreto inuenti cippi duo figura et scriptura dissimiles
A praescriptum *d. M. s.*, in fine praeter clausulam hexametri nihil periit 2 *perferre* uidere 3 expleuit Renier
B praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *Ampliatus ac(tor) feci* 1 *quod potui* cf. 270, 2 2 *mihi* Renier, *mie* siue *mei* aut *mihe* (conexis *i* et *h* cum *me* litteris) lapis teste Wilm. 3 ex Culicis u. 294 *gratum si Tartara nossent*

577

. . . Constantius auctor
. . c]ari de sanguine nati
. . dis]cas quid sit perferre laborem
. . . m est memoranda per annos
. . pr]ima data coniugi tali
. . . iatum imitare priora
. . . s ut honor ampliet in euum
. . . s his per saecula uita
. . . et tibi patria laudes
. . . um [l]in[q]uas inanes.

CIL. VIII 9183 descr. Delaporte bis in agro Auziensi

4 *m* unum exemplum, *ai* alterum. uelut *iterum atq. iterum* 6 fortasse *-ia tum* diuidendum. in *imitare* ultima syllaba parum certa 7 laudes ut h. ampliet in a. et crescat titulis breuis his? 10 *iincuas* exempla: *linquas* Mommsenus. gloriolas stultorum sim.

578

Quisquis he(ris) post me d(o)m(inus) laris huius et orti,
uicinas mihi carpe rosas, mihi lilia pone
can]deda q(ue) uiridis dabit ortulus: ista beatum.

CIL. III 4185 descr. Mommsen, Desjardins musée de Pest p. 29 Sauaria in museum Pestinense delatum praescripta haec *Fl. Dalmatius u(ir) p(erfectiss.) ex pro(tectore) qui uixit ann. XL et Aur. Iulia conp(ar) dulc. qui uixit an. XXXV, ideoque hunc titulum scripserunt*, sequitur carmen. subscriptum . . . *Volussius et Sabatia lib. posuerunt*

1 *he . post . me . dm . laris* monumentum, bene notas Mommsenus expediit 3 . . . *dedas q. uiridis* lapis, principio restat aliquid ex *n* *ista* munera *beatorum* defunctorum sunt

579

Hoc monimentum maesoleumque monimentorum caussa-
que paratum,

Manibus addictum sacrisque priorum,
ut aeque frui liceat, qui dominus fuerit huius,
uendere ne liceat caueo adque rogo per numina diuom.
uendere si uelit, emptorem littera prohibet.

CIL. XII 3619 uidit Hirschfeld Nemausi in cippo litteris non malis. subscriptum *Hostilia L. f. u(iua) pos(uit)*. lex longioribus aut breuioribus iusto numeris sed manifesto numeris inclusa (*hoc maesoleum mortis caussaque paratum, ut nos usque frui liceat, dominus qui erit huius, uendere ne liceat iubeo per numina diuom*). in 5 pronuntiatur quasi *uell-* et ut in Lucretio *probet*

580

Tu q]uoque communi [mans]urus sede uiator
paul[um] siste, precor, sperans [tibi] talia ferri
et lege . [na]m nimium crud[eli] . . p . . n

CIL. XII 213 descr. Desjardins suppleuit Hignard in pago S. Cassiani prope Antipolin in tabula marmorea litteris saec. III uel IV praescriptum *d. M. C. Iouio Iulio Ligu[ri I]ouia Santippe fili[o p]i[en]tissimo qui annis uixit [XX]III meses IIII*

1 *mansurus* Allmer, *queturus* Mommsen 3 *crudeli sorte peremptus* Hignard. *p* littera incerta, sententia sane haec: crudeli funere natus ereptus matri est

581

Manes, et super[i si quo uos carmine possunt
a]c Plutonis adi[re domos, sit nunc quoque uobis
du]lce cani . . . .

CIL. III suppl. 9449 uidi ectypon missum ab Hirschfeldio Salonis

1 *manes* non prorsus certum 3 post *cani* unius duarumue litterarum spatium uacat, ut opinor, interpunctis prooemio et narratione

582

. . li solum quod res[tat agamus
. . ca]namus carmine ma[esto

. titu]lo scalpentes littera ma[esta
triste minist]erium maesto comitamu[r honore.
quamquam a]nimus meminisse horret [luctuq. refugit,
nos ta]men inferias tibi forti . . .
. s solumque uiro quo . . .
. uirtute ferox for[t]is facund[us . .
. bonusque [la]borum c . . .
. . cu[m] . . [mi]xtusque m . .
. . dus ubi ue . .
. . eae post om[nia .
. . te gloria . .
. . uir e . . .

CIL. VI 30135 descr. IohSchmidt et Huelsen, Notizie d. scavi 1876 p. 143 Romae marmorearum tabularum duarum unum et idem carmen continentium fragmenta reconcinnata ab Huelseno, prius exemplum saeculi tertii uel quarti esse, alterum quinto uel sexto restitutum dicitur

1 *tali?* 3 *littera* fortasse casu quarto 4 priora suffecit Huelsen (V. Aen. VI 223), *honore* ego (Aen. XI 52). potest in principio tale *Asterium* 5 sumptum ex Aen. esse II 12 uidit Huelsen 6 *nos* an *has?* 7 post *quo* fortasse *q* (*quoque*)

583

Supremum uita[e] | titulum tibi munus ac[le]|te
hunc posuere: tibi [re]|rum clarissima fam[a
detu]|lit huc cineres ossaq. in hu[mo peregrina.

CIL. VI 30129 descr. Rossi et Huelsen in epistylio marmoris Numidici rep. ad uiam Salariam. suppleui

1 i. athletae. cf. CIL. VI 10154 (circa a. 370) *aclhetico certamine* et *acletarum curia*, uetula uecla al. nomen proprium eo loco fuisse Huelsenus existimat, hominis tale *Acaste* 2 Ou. fast. V 98 *inq. peregrina constitit hospes humo*

584

Ingenio uirtute modo doctrina decore

omnibus officiis praepollens, sed breuis aeuo,
qui sex bis denis tantum [cum adi]ecerit annos
. . . siii . . . .

CIL. XI 3194 ex Garruccio in agro Falisco fragmentum

3 *bicerit* Garr. interpretatus *uixerit*, supplens *uix.* sed corruptam lectionem numeralia quoque arguunt, feci *adiecerit*

585

Munificent]iae hic cunctae [et pru]dentiae solu[s
plenus Al]exander m[orte est ereptus acerba.

CIL. III suppl. 7417 Pautaliae siue Küstendil in Thracia recepi trium in lapide uersiculorum reliquias, nam et ipsas numeris conceptas fuisse probat antitheton *cunctae-solu.* et praecedunt graeci uersus plures ex quibus ἐσθλὰ παραι-, ἥρω ἐνὶ λιπαρῷι-, Δ]ιογενείας dactylos declarant. sententia quae potuerit inesse ostendi

586

Hic iacet ambigua pietas dolor et pudor in se
nomine Sofronius.

CIL. XII 880 ex schedis prope Arelatem in sarcophago cui incisa erat urcei et asciae effigies

1 *antiqua* coniecit Mommsen. oportuit ad hunc modum dici *ambiguum pietas an d.* disiuncta illa deinde comprehenduntur (cf. 556 *o dolor o pietas* et 81), nam *in se* est ἐν ταὐτῷ, una ut 595, 2

587

Vltima clauserunt Parcarum stamina filo
Principii miserandi diem, quem gloria nisi
auus adque pater puerum dedere praeclara
militia patruoque suo iunxere fouendum,
cum primum pulchra lanugine sumeret annos,
spectantes magnum patriae columenque futurum,
heu miseri, gloriari sibi laetamque senectam.

crudele(m) luctum domui Rauenna remisit,
hoc miseros titulo proprium signasse dolorem.

CIL. III suppl. 8385 descr. Hoernes in Delmatia prope Dabricam. titulus frondibus foliis hederaceis uuis circumdatus, u. 2 Principii nomen in arto scriptum quasi post adiectum. classis Rauennatis milites plurimos Delmatas origine fuisse ex Taciti hist. III 12 adnotauit Hoernes 2 *gloria nisi* explanatur infra u. 6 *spectantes-gloriari sibi* 3 *praeclarae militiae* Hirschfeld (pro *p* lapis habet *r*). sed construi oportet *militia fouendum dedere et iunxere patruo* 9 pendet infinitiuus ex *remisit* quasi consequens, ut miseri titulo dolorem signarent

588

Conditus infelix in ista sede perenni
Principius habitat. huic uite finis in ipsis
ter senis misero et quattuor paene peractis
annis acerua fuit. nam studiis iam Rome laetantem
inuida Fortuna repenti funere mersit,
cuiusque reuersum crudeli funere corpus
exequitur genitor iniquo cum honore sepulcri.
iam securi suo gaudete munere Manes
Elysios per campos et dulcia prata uagantes.

CIL. III 6414 ad ectypum prope Scardonam Delmatiae. in eadem arca repertus est nummus inscriptus *Constantius.* litterae deteriores sunt, quarti opinor saeculi 3 lege *quattor* 4 tolle *nam* 5 confusa metro *repens* repentinum et *repens* serpens 6 i. Roma relatum corpus 8 *caudete* arca. memorabile *suo* adpositum personae secundae ut τῷ αὐτῶν, nisi uero pro *eius* i. genitoris dictum est 9 potuit *E. campos per amoenaq. prata*

589

Sossius hic si[tu]s est Suc[cessus iure peritus,
Rauuenae genitus, Salon[is funere raptus,
libera quen ratio semper [deduxit ad aequum.

CIL. III suppl. 8836, misit mihi Hirschfeld Salonis composita a Buličio fragmenta lapidis

1 sic Bormannus uoluerat decurrere *Suc[cessus natus] Rauennae*, tum *[funct]us Salon[is* continuarat Hirschfeld, ante quam inuento tertio lapidis fragmento stabilitus est ternarius uersuum numerus et istius modi decursus. ars Sossii ex u. 3 non satis patet, propter uitia sermonis medicum potius aut fabrum fuisse credideris

590

Zoticus hic nomen nudum uanumque reliquit,
in cineres corpus et in aethera uita soluta est.

CIL. IX 2042, periit. AL. Burmanni IV 37, Meyeri 1187 Beneuenti
1 *reliqui* auctor alter

591

Terrenum corpus, caelestis spiritus in me,
quo repetente suam sedem nunc uiuimus illic,
et fruitur superis aeterna in luce Fabatus.

CIL. XI 3963 descr. Bormann. AL. Burmanni IV 202, Meyeri 1316 in agro Capenati prope Soracte (in S. Abundi sub Ariniano) praescriptum *C. Clodio Fabato marito optimo Atilia Marcella*

2 *fungitur* supposuit codex Redii Gruter 772, 8
3 *fruimur* schedae Barberinae Fabr. 743, 511

592

Manibus hoc sacrum certa pietate resoluo,
hoc Nouellus ego matri filioque sepultis.
Valentina, tibi digno, dulcissima mater,
nomen uiget ecce tuum in titulo clarum.
donum naturae meritis de carmine signo.
felix ecce solum tegit hic duo nomina cara,
Extricate fili, ad planctus auiae dolenti.

Maffei m. Ver. 465, 2, Renier Alg. 3631, CIL. VIII 9080. AL. Burmanni IV 317, Meyeri 1409 fuit Auziae. subscriptum *Aelia Valentina uixit annis LV, L. Iulius Extricatus uixit an. XII*

3 *digno* iungendum cum *titulo* cf. 594, 3 quem uersum si pro archetypo sumere licet (*en nomen uiget in t.*), excepit uersus syllabis extremis consonans 5 *rem carmine signo* V. Aen. III 287

593

Manibus hoc] sacrum certa pieta[te resol]uo,
oc donu eg(o) dulci[ssimae] Feliciae filiisque sep[ulti]s
Victorie et Iuliae dulcissimis fili[s].
nomaen uiget ecce uostrum in titulo clarum,
donum nature meritis de carmine s[i]gn[o.
fel]ix e[cc]e solum te[git h]i[c] duo nomina car[a,
ux]or te Felicia, [ad pla]nct[us . . .

CIL. VIII 9081 Auziae. male descriptum carmen quoniam exceptis hominum nominibus idem est cum superiore, errores eius qui descripsit facillime emendantur (1 *geta* 2 *ec. fiii.is cue* 3 *dulcissimiaeili* 4 *bcce im* 5 *scn.* 6 *ndmina caru*)

2 *hoc Donatus ego* dubitanter editor CIL. 7 extremum *..ucti..* fertur, praeterea euanidus in lapide uersus *f....i......* (uelut *fideli marito*)

594

Manibus | sacrum cer|ta pietate resol|uimus
oc: quis? Lo[n]|gaen[i] fratres | L. Longaenio Vic|tori patri. sep[ul]|tus.
nomen [ecce] | tuum uiget in [titu]|lo clarum | tibi dign[o]. |
im . . . | ero . . . | c . . .

CIL. VIII 9192 in agro Auziensi carmen idem fere cum superioribus

2 *quis* cf. *ego* in ceteris duobus. at Mommsenus pro *quibus* accepit. tum *sepultus* clara haec terminatio in lapide est, debuit autem *sepulto* 3 *ecce* num adfuerit, item post *clarum* numquid fuerit adiectum (*Victor*), propter inaequalem uersiculorum ambitum uix licet decernere. in CIL. *ecce* omissum est

595

Coniugiu[s] hic ille iacet castissime fame,
quibus non in se licuit bis denos uiuerent annos,
quos cito nimium rapuerunt fata tenebre.

CIL. V 3996. AL. Burmanni IV 320, Meyeri 1495 prope lacum Benacum, nunc Veronae. praecedit titulus Valerianae matri et Luciliano patri dicatus a L. Oc(tauio) Trebiasio Max. cum hoc principio *auete anime innocentissime,* subsequitur *uetor* [*aliud ac m*]*eum nomen legi* et *d. M.*

1 *coniugius* a Mommseno compositum cum *collegius* coniugem utrumque significat 2 *in se* simul, una: pater uixit an. LI, mater XXXVI 3 *quosque* AL. cum Maffeio mus. Ver. 173, 2. idem *tenebre,* Mommsenus non uidit nisi *te.e...* etsi de casu Maffeius potest errasse, uocabulum tamen non latet aliud

596

Hic iacet in tum[ulo Cir]ce carissima ami[ca,
quam] mihi di dederant, si [non ta]men inuidi fuissent.
hae[c e]go cum dicto lacrimis fletuque dolens,
pluria si potuisse in hoc titulo proscribere laudes,
ut scirent plures, qualis illa fuit
que uixit annis XXIIII m. V. d. XII.
Lupercus amice merenti fecit memoratus amorem.

CIL. X 5958 ad ectypum, Henzen act. inst. arch. 1866 p. 149 qui suppleuit in Hernicis prope Anagniam. praescriptum *d. M.*

2 fingit spondiazonta *inuidissent* 3 *dolens* adiectum inutiliter, praeteritum *uolebam* aut simile 4 i. potuissem. et proprium hic quidem erat *perscribere* 8 *memorari* est meminisse ut in bibliis sacris scholiisque

597

Hic pietatis honos, haec sunt pia dona mariti,
cui multum dilecta fui ego Marcellina,
pro meritis: cernis que mihi solus coniunx Aelius coque post obitum memor amoris dicat.

CIL. III 1537 ex antiquioribus. AL. Burmanni IV 55, Meyeri 1202 Sarmizegetusae. praescriptum *d. M.*
1 prius hemistichium ex Vergilio Aen. I 253 hic ut in epicedio Drusi 133 aliisque epitaphiis adscriptum 3 *merita* testis unus, recepit Mommsenus, quo facto *promerita* comprehendendum subiectoque uerbo adnectendum, cf. V. Aen. IV 335 s. dehinc membra uersuum leguntur quibus hexametros possis duos redintegrare (*pro meritis cernis quae solus dat mihi coniunx nunc quoque post obitum memor officiorum et amoris*), infuma tamen cadunt more pentametri

598

Nomina tue | superos laudesq. manebunt, |
adque utinam su[p]erstes amic(o) | reciperes tua mer[i]ta magna. |
coniugio creptam | Firma requiris ibidem.

CIL. III suppl. 10864 contulit Hirschfeld Sisciae in tabula marmorea, litteratura exeuntis tertii saeculi mala
praecedit ...*ec. u[xo]ri posuit carissime suae* | *Maximille*, dubites an carmini haec quoque adsignes heptametrumque incipias a *Maximillae*
1 ex Verg. Aen. I 609 *semper honos nomenq. tuum laudesq. manebunt.* debuit *tua at* 3 i. Firmam require

599

. . tantum rhetor . . .
. . tum noster sub origi[ne .
. . carptura rosam mihi decidit .
. . cor et uernum macula ui . .
. . i]noffenso uitae mihi tramit[e .
. . orum matura bono nil de . .
co]niugii scit cara fides heresq. . .
. e quod aeterno migrari . . .
. . amque ferat melior m . .
. . facta pie cura . . .
. . iano me . . . .

CIL. VI 30130 ex Maffeio mus. Ver. 254, 8 qui plenius uidit, contulit quod superest inde a u. 5 Bormann. AL. Burmanni IV 41, Meyeri 1464 in aedibus Barberinis
4 *decor? uirid-?* 5 *.n offenso* diuisim marmor
6 potest ex descriptis *et*] *morum* 11 a carmine censeo separandum

600

. . paucis] mensibus actis
post nuptias, tenero per quam biduatus (amore) est,
casta cui coiux c[ubilia seruat amorem]
posteris ostendens, ulli si credere fas est.
patre repugnante propio hec nomine signat
nobercam uincens. fame nomen ubiquem.

CIL. VI 30123 descr. Henzen et Huelsen Romae in marmorea arca fracta, in qua figurae mulieris ut uidetur mortuae et scaphae auehentis mulierem et geniorum titulum sustentantium. artificium mediocre fertur, litterae prauae, uitia sermonis ad saeculum quartum ducunt (*propio* sine *r*, *ubique* cum *m*)
2 omisit quadratarius *amore* 5 pater puellae a nouerca inductus sepulturam impensamque detrectasse uidetur 6 debuit *famae sed*

601

purpureum ueluti rosiosque req . .
et genetrix natis lacrhimasque reliq[uit.
hic iacet exanimis dulcis roboratus enixus uit . .
ci f. . . XVV secum o . .

CIL. VI 30128 ex Marangonio, Mur. 1933, 4 ex coemeterio urbano Anagniam tralatum marmor optime scalptum litteris inuersis. duorumne epitaphium, matris et fili?
1 uisa est caelum ueluti roseos *requirere flores?*
2 deest pes ut *fletum lacrimasq.* 3 *Roboratus?*
4 *f(ilius) annos XXV secum obitus tulit?*

602

inflixere dei] mihi non [sanabile] uulnus
. . . dulcis amor . . . is quid incre . .
. . . rapta ad ima . . orfanos n .
. . . m]aximu . . . . n . . .

CIL. V suppl. ital. 370 contulit Pais Aquileiae
1 expleui exempli causa, carmen metricis uitiis non fuit liberum 2 fortasse *quid increpitas?*

603

Dulcis [cara uiro l]atet hoc Amemone sepulchro
fama ultra fines p]atriae popinaria nota,
quam propter mul]ti Tibur celebrare solebant.
iam summus fragilem uit]am deus abstulit illi
aethereisque auris anim]am lux alma recepit.
hunc titulum feci Philotech]nus coiugi sanctae,
nomen enim fas est re]stare semper in aeuom.

Henzen Or. 7269, CIL. XIV 3709 uidere Henzen et Mommsen Tibure supplementa quae posui si sententiae scriptoris respondent, de uerbis eo minus decet esse sollicitum quod haud morose iste syllabarum rigorem fregit
1 *dulcis* suum uersum obtinet, itaque dubium est utrum ad hexametrum primum pertineat *Amemone* lapis non pro *Anemone* opinor sed pro *Amymone*, licet metri uitium sic etiam augescat 7 *stare s* hodie non apparet

604

Hic ego sum Cornutus doliens | cum filis dulcissimis VIII.

CIL. VI 16483 ex Donio fuit Romae trans Tiberim
supra ficti erant uir insidens solio adstantesque utrimque puer et puella. fortasse *Cornutus* quod in medio priore uersu est paulo superius inscriptum erat exemptumque istorum uerborum ordine, ut quasi hexameter fieret *hic ego sum doliens* (cf. *florire*) *cum f. d. octo*

605

Fe]cimus hunc tit[u]lum myseri dul[ci]ssimo nato,
ut [d]oleat plus [lux], donec mors [fi]niat una.

CIL. IX 3488, IRN. 6070, sequor Accursii exemplar paulo plenius. AL. Burmanni IV 301, Meyeri 1396 prope Aternum fluuium, periit. praescriptum *d. M. s. T. Sextio Iuuenali Iuuenalis et Restituta filio dulcissimo et frater et sorores. qui uixit annis XXIII p(lus) m(inus)*

1 *dulcissime nate* Burmannus iussit corrigi 2 *lux* quam *nos* inserere malui, certe non amplius spatium lapis habuit. *ut doleant plures* Burmannus praeter fidem tituli

606

Vt te, Palladi, raptum fleuere Camenae,
fleuerunt populi quos continet Ostia dia.

CIL. VI 20152, Notizie d. scavi 1886 p. 24. AL. Burmanni IV 220, Meyeri 1328 Romae in Caelio monte in sarcophago marmoreo qui uirum repraesentauit equo uehentem pennato, cum praeferretur uexillum et a tergo capiti per uirginem corona imponeretur. subscriptum *Iulius Nicephorus pater infelix fecit.* accedat hic tertius Palladius ei qui ad Pasiphilum carmina scripsit et ei qui inter XII sapientes numeratur

1 ita Smetius Henzenus, item qui effossum rursus uia Salaria sarcophagum descripsit nuper Lancianius: *ui te* Cyriaci et Mazochii lectionem secutus Mommsenus, *uitae* Fabricius Burmannus. Verg. catal. 11, 5 *et te raptum et romanam flebimus historiam*, Naeui epigramma *flerent diuae Camenae* (admonuit Leo). si uetustius esset carmen quam *populi* uel media in *Palladi* producta ostendit, exclamantis esse *ut* contenderem, nunc comparantis credo

607

. . . .

magna uirtus pueri uictusque remisit animam,
uolnus habet uenis et celo carpitur ipse.
condidimus terre a[ri]sque sacrabimus ipsum.
qui sonus auditur et uox imago Lycei,

murmurant et chitari corde cum uoce decores.
hos tibi uersiculus cum lacrimis fecerunt ipsi parentes.

CIL. VI 30122 ex schedis in palatio Barberinorum ut ait Donius
1 mors pueri dicitur, deest *concidit*, Vergilius *me uictusq. uolensq. remitto* 2 Aen. IV 2 *uolnus alit uenis et caeco carpitur igni.* haec ipsa *ceco* et *igne* titulo redditum iit Huelsen, nam fluctuant apographa inter *celo* et *ceio*, concordant autem in *ipse* 3 *terreasque* unum, *et ferrea fasque* alterum apogr. correxi secundum Aen. V 48 *condidimus terra maestasq. sacrauimus aras*, licet dubites an *arasque* lapis habuerit plane barbare 4 i. cui prope erat templum Bacchicum odeumue? 5 i. citharae chordae, *armis decoribus* Sallustius 6 intra numerum *uersiculos maesti fecere p.*

608

Clodi Nouiani
quem bis quinos | ducentem luminis annos |
pius parentibus
apstulit atra | dies et aceruo funere mersit.

CIL. XIV 3333 ex schedis (Fabretti 190, 442) Praeneste continuatur *VII idus Aug. Bitalis soror bixit dies XXX. Cl. Felicissimus ex petitione memoriae pater filiis b(ene) m(erentib.) f(ecit)*
1 *Cl. Dinouiani* traditur: corr. Dessau 3 *pius* extra structuram orationis 4 V. Aen. VI 429 XI 28 *apstulit atra dies et funere mersit acerbo* qui uersus recurret identidem, exempla congessit Rossius inscr. christ. R. II p. IX. ceterum hic *aceruos* traditur, fortasse uere si Nouianum et Vitalem pater cogitauit ambos

609

Non clausa in tumulo requiescunt ossa sepulcro
istius nunc iuenis nec corpus morte sacratum
ces[s]it at [infernos . . .

CIL. III 1871 contulit Mommsen Naronae Delmatarum marmor infra fractum, supra inscriptum *Pomponio Stercorio infanti infelicissimo*
2 *iuenis* Mommsen, Paulovich *infantis* legerat. *istius*

bisyllabum ut apud priscos 3 ita litterarum in imo lapide reliquias interpretatus sum. *iustec* fere apparuit ubi *infernos* posui

610

Aionii salue, doleas ne fata suprema,
sic Fortuna tibi dederat transcurrere uitam,
omnes mortales eadem nam sorte tenemur.
gratiae si uitae, famae si nomen honestum,
si charites aliquae, laud[is] s[i gl]oria summa,
omnia sunt tecum. qui[s] enim, [d]um [uita] manebat,
non sibi pro uoto uolui[t] cogno[s]c[ere m]at[re]m?
te lyra, te cithara mira cum uoce fleuerunt,
te iuuenes cuncti patriae fleuere dolente[s,
quis lacrimae nunquam poterint sedare dolorem.
p]urpurei flores mutati [lumi]ne pulchro
depinge]nt tumulum, titu[li q]uem littera fulgens
declarat niueo lapidis distincta metallo.

CIL. V 6693 contulit Mommsen Vercellis in arca inscripta *d. M. Lolliae Proclae.* supra uirginis nomen incisa est adclamatio *Aeoni chaere,* haec repetitur carminis principio isto *Aioni salue* quod genetiui forma *Aionii* fortasse propter *fata* indutum est. subscriptum carmini *parentes*
4 corrige *gratia* 7 in fine *Proclam* priores editores, *.atf.m* Mommsenus cui uersus exiisse uisus est in *atrem* i. matrem. ille exitus est Vergili ecl. IV 60, hic ex *uoto* nuptiarum ac matrimonii notio uocabulo adquiritur
8 *fleuerunt* Ranza posuit Momms. uidit, *requirunt* alii
11 *....ni* lapis, requiro *corpore,* an fuit *sanguine?*
12 *...piiaini* fere depinxit Momms. *exornant* adnotans a lapide abhorrere

611

Hoc Anulinae mei memorantur carmine Manes,
paruola quae uixi anno semisseq.
sed mea diuina non est itura sub umbras

caelestis anima. mundus me sumpsit et astra,
corpus habet tellus et saxum nomen inanae.

CIL. VI 12087 ex Cittadinio aliisque, Gruter 901, 14. AL. Burmanni IV 139, Meyeri 1265 Romae in marmoreo cippo fuit, praescriptum *d. M.*

1 *Annullinae* Grut. itaque *mei* tollendum censuit Burmannus. male *Anuline* Bonada quasi patrem puella adloqueretur 2 lectio incerta, nam *uixi* | *annos III esseq. mea* Cittadinius praebuit, *un denos....n menses sed mea* Winghius. *annos III messe*(*m*)*q.* proposuit Henzen, lapis nescio an *mes*(*es*) et numeri notam habuerit, sane non comprobatur testimoniis istis uersus rite conclusus *annos III et II menses.* interim *anno semisseq.* scripsi et *tantum* metri gratia adici uolo. *denos tantum modo menses* Burmannus 3 *es hitura* Cittad. *abitura* Burmannus 5 *nomine* Winghius

612

Ter binas hiemes festina luce peregit,
huc ueniens placido posuit pia membra sephulcro
hanc in aeterno sibi sedem Constantia quaerens.

Marini iscr. Albani p. 31 Romae
3 iustos numeros Marinius restituit *sibi* post *hanc* tralato

613

Non sufecerat uno dolore miseros bibere parentes,
quod iam unam natam omiserant ante:
ecce nunc et aliam saepelitam uno dolorem,
quod iam prope nupptum myserae defunctae sunt ambae,
set qui dolor abs te nobis, Harmonia Rufina, relictum est,
ut annis XIII m. VI d. XXVI nobiscum aduixeris una.
et nos optamus ad uos properare parentes,
ego pater Harmonius Ianuarius cum bestra matrem
que gemuit, uibet et dolet, Clodia Trophime.
nec dubitamur enim uita carere m[orique.

CIL. X 2496, Ianssen mus. Lugd. Bat. inscr. tab. XVII 3 prope Puteolos in mari inuentum marmor, auectum Lugdunum Batauorum. praescriptum *d. M. s.*, infra integrum uidetur

3 i. dolore ut 8 matre 5 *relictum* pro *relictus* indulsit iste metro 9 uoluit *uiuetque dolens* 10 *dubitamur* simile factum illis *moramur cunctamur grauamur moriq.* scripsi: *mc* Ianssen, *m* tantum priores

614

Optatio nomen sis na|tum carmine tristi, |
nomen dulce suis et lam|entabile semper.
Optatus | genitur et mater Nemesia | deflet.
iniqua o mise|ri fatorum sorte pa|rentes,
paruula quis rapta | est atq. unica. heu male | mensis
post decimum non(us) | clausit prope(r)antia fata.

Brambach inscr. Rhen. 350 qui uidit Coloniae Agrippinae

1 *optaeio* Lerschius legit, *optaeiu* potius Brambach. puellae ex Optati genitoris nomine nomen Optatio aut Optatium inditum non haeserat in uita sed uenit in sepulcrali elogio 3 *adeflet* lapis initio noui uersus iterata littera ultima prioris

615

Postquam sarcop[hago matris sunt ossa recepta
nec dum sopiti ig[nis erant cineresque paterni,
mox etiam [frater . . .

CIL. III suppl. 7563 Tomis inuentum nunc Bucaresti praescriptorum uersuum duorum haec supersunt *P. Ael. Tere*[*ntiano* .. | *Aurel. Auen*[*tinus*? infra lapis aeque ac dextra mutilatus

inter 1 et 2 spatium aliquod interiectum est, ut puto, quod longioris uersus 1 extremum uerbum in medio fuit collocatum 2 ita melius consulitur carmini, at *cinerem et sopitos suscitat ignes* Vergilius A. V 743 VIII 410, ut probabilius sit hiasse illud *sopiti ignes*

616

Hic tria c]arorum sita sunt [co]rpuscula fratrum.
effunda]s lacrimas qu[i t]emp[l]u[m] . . uris intras.
hae]c uult ipse f[era]s tribu[s orna]m[ent]a sepulcri:
sic tibi muneribus decorentur funer]a iustis.
. . . soli]bus aestas
. . . . i]n astris
. . . . a sororem
. . . temp]ora mate[r

CIL. III suppl. 8653, eph. epigr. IV 290 uidere Mommsen aliique Salonis, nunc Agrami in museo lapis fractus duabus partibus carmen idem continens: altera parte hexametri singuli binos uersus implent, unde supplendorum periculum feci hexametrorum primorum; haec pars desinit in *sep* u. 3. altera parte quae hexametros singulos singulis uersibus coartabat non leguntur nisi clausulae numerorum

2 *..emptu..* descriptum est: *templum* coni. Hirschfeld diuinumne nomen fuit *Fulguris* an cognomen uirile patris uelut *Sulpuris? Telluris* coni. Bormannus, sepulcrum ut diceretur neglecto metro 3 *..mina sep.* fertur quale uocabulum non potest inueniri metro aptum 4 *iutis* et *s* supra *u* lapis 5 hinc incipit narratio. fortasse prima fratrum obiit *soror* *bus* Domaszewski, *.adus* Hirschfeld quasi fuerit *gradus* 8 *..pramatfn* eph. sed *f* infra fracta, *n* quasi dimidiata *..ora* descripsit Hirschf. idem *mater* restituit

617

C. Val. Didymionis

una die geniti eandem horaque creati.
una fuit genetrix. sed d[isc]ors eam fato
adque u[na] marit[am] aeterna [sede manebit.

CIL. XII 894 tradidit Dumont Arelate uidetur Didymio ex gemella prole unus fuisse, sepulcrum plurium

1 i. eadem 2 *d[isc]ors* Hirschfeld 3 *eam* genetricem an potius quacum genitus fuerit sororem? 4 post *marit* tres uidentur desiderari litterae

618

Qui dolet interitum, mentem soletur amore.
tollere mors uitam potuit, post fata superstes
fama uiget. periit corpus, sed nomen in ore est.
uiuit laudatur legitur celebratur amatur
nuntius Augusti uelox pede cursor ut aura,
cui Latiae gentis nomen patriaeque Sabinus.
o crudele nefas, tulit hic sine crimine mortem
damnatus, periit deceptus fraude latronum.
nil, scelus, egisti: fama est quae nescit obire.

Brambach inscr. Rhen. 780, Murat. 903, 3 ex Browero. AL. Burmanni IV 23, Meyeri 1176 Treueris, periit subscriptum fertur *posuit Furius*

1 *honore* Schrader uoluit 3 cf. 545, 4 5 traditur *nuncius*

619

Hostibus indigne saeua nu[nc morte peremptus
dunc cupit infelix flammas [inferre, maritae
oblitus generisque sui spem Ta[rtara obiuit.
coiugis huic misere lachrima[e funduntur amantis.

CIL. XII 629 ad ectypum rep. in finibus Arelatensium, iam Massiliae tabula marmorea, litteris paruis aetatis recentioris. editor dubitat an medii aeui sit, sed *dunc* coarguit antiquitatem. ego sententias redintegraui

620

Francus ego ciues, Romanus miles in armis,
egregia uirtute tuli bello mea dextera semper.

CIL. III 3576 Aquinci litteris non barbaris sed latinis

2 *tuli* arma, *mea dextera* ablatiui ut puto. sane malis *tulit*, sed illud Mommsenus testatur

621

Fl(auius) Maximinus iacit, cuius fama super | ethera notus, dignitate et honore | perfunctus transegit annos XLVI.

Notizie d. scavi 1892 p. 4 descr. Bertolini Concordiae. aeui Constantiniani. sequitur *hanc uero de suo emeraterpius* (i. *emerat frater pius*) *Maximus, co[n]ue(n)it uiginti argenti libras fisco esse dandas siquis aperire [uol]uerit* Aeneas Verg. I 379 *fama super aethera notus*

622

Sede sub hac recubat clarus praetorique praefectus
Maiorinos uirtute caelebratus magna per orbem.
haec illi nuc requies fati, haec sedis aetern[a
Filippi extructa studiis gratique nepotis.

Waddington inscr. de la Syrie 2475, CIL. III 124 in Trachonitide inter Agraenam et Zorauam. litterae tam malae quam carmen quarti certe, si non quinti saeculi. graecum carmen eiusdem argumenti ibidem repertum est W. 2474 Kaibel epigr. 441, in eo Μαιουρῖνος cuius laudem oriens et occidens norint συνκλήτου φίλον ὄμμα dicitur, Philippus ex sorore nepos βασιλῆος ἀμύμονος ἐσλὸς ὀπάων. bini carminis uersus ternos lapidis implent uirgula inter se distincti

3 i. nunc 4 *Grati* pro nomine editor habuit. uni Philippo etiam graecum carmen sepulcri structuram adsignat, *que* ab sententia superuacaneum

623

et iacet hic talis, qui nunquam fraudibus iste
laetatus post magnos actus pauperes reliquit liberos
spe liberos.

CIL. VIII suppl. 15719 descr. Cagnat prope Siccam lapis cum sit integer, desideratur alter horum praenuntius

1 *qui* aut *iste* otiosum, sed generali definitioni (*talis*) illud inseruiit ideoque hoc accedit magis proprium, cf. Haasium in Reisigii scholis l. lat. adn. 379 2 filios sperans exuturos seruitutem: saepe eius uocabuli captata est ambiguitas (Petron. 41)

624

. . . . iheu . . . . ctionis . . .
interea dum liberos [q]uae[runt], | libera parentes habebun[t.
anno pene finito tecum | me finitima uidi.
separatio Rhodi.

IohSchmidt eph. epigr. VII 443 ad ectypum Cirtae lusus potius uocularum quam numerorum
1 non *eheu* fuisse uidetur sed *Theu[est- adfectionis* prop. Schmidt 2 *quaerunt* Mommsen: *.uaei* fertur 3 i. finitimam, sublata in aetheris auras uxor procul a uiro mortua. uir fortasse Rhodi ab ea discesserat

625

Hoc sit[us est tu]|mulo C[arus fa]|tis ma[le raptus

CIL. VIII suppl. 16651 descr. Dessau Theueste uidetur carmen fuisse, supplementum arbitrarium (*Christi baptismate natus*)

626

C. digno innocenti uiro qui impleta tem|pora cessit,
Iulius pater erat, qui uixit an|nis LXXX,
Rufulus cognomine, cuius ut na

Renier inscr. Alg. 4115, inde CIL. VIII 4551 Zarai. praescriptum *d(is) M. s(acrum)*
1 *c(oniugi)* proposuit Renier. *huic* aut *uic* lapis habuit? sin *C.*, acrostichis fuit accusatiuus absolutus ut CIL. VIII 4372 *post multum temporis interuallum reliquias recollectas tumulum tibi constitui*, 7517 *omnium feminarum sanctissimae, seniles annos inpletos suum maritum secuta est* 3 imperfectus titulus erat aut mutilum exemplum Renerio traditum: *cuius ut natus monumentum faceret* sim.

627

Vrsi tum(u)lum cernis quicumq. uiator, |
quem (i)uuenem rapuit sors ultima, perlege q(ue)so. |
qui uixit quinquaginta in annis.
heu m(i)sera Al|exandria gemit decepta marito.

qui est putita dul|cem coniugem uiginti et sex annos.
et nemo reuentos. |
alios mone: uita brebis est,
cunctis fila parant et Parc|e nec parcetur ullis.
hunc illi dismisit duo anxia natos. |
condicio talis omnem conplectitur urbem.
sed m(e)ritu|m et binefacta adiutan(t) laborq. fidesq.
haecne libertum | dominis fecere probatum,
hec ne defendunt senper sociant|q. beatis.
si par esse belis, semilem mihi suscipe curan.

CIL. III suppl. 9623 ad ectypum Salonis in basilica in sarcophago, cuius operculo inscriptum est *depositio Vrsi die XI kal. Nouembris indic(tione) XV.* lapidis uersus ad dextram in modum syringis increscunt, scriptura pessima uitiisque multis deformata

2 *uueaem* arca, tum *uitima terlege* 5 i. quae est potita. extrema interpretor *et nullus est reuentus*, quae et metri causa et cohortationis uersui sequenti subici debuerint. corrigendum Mommsenus *nemo reuenit:* (*h*)*os* proposuit 7 bonus uetustioris, opinor, auctoris uersus *parant Parcae nec parcitur*, nam *et* recte sustulit Hirschfeldius 8 i. hic illi reliquit duos natos, *nunc* ci. Hirschf., *anxia* aut pro *anxiae* est aut abl. nominis angores significantis 9 *conflectitur* lapis. *urbem* orbem 10 *adiuiam* lapis 11 12 *haecine* iustos efficit numeros. *ne* non interrogantis sed adfirmantis (MWarren in ephem. philol. Americana II p. 50)

628

Gaudia semper [agens] | quondam dum uit[a manebat] |
LXV uitam [transegit] | in annis
. . | com . . . . . .'

CIL. XII 973 Arelate, periit. 1 finem suppleuit Le Blant, cetera ego

629

Dum c[u]pidus i[u]uenis urbem uoluisse uidere,
inde regrediens incidi febribus acris.

at pres[s]us grauiter omisi cun flore i[u]uent[a]m,
quoniam [in]iqua meam sic fata uoca[ru]nt,
intonsamque tuli [in ipso fu]nere barbam
infelix nec potui p[e]rfer[r]e uota meorum.
f]unere acerbo iace[o] sedibus istis,
et misera mater abet in corde dolorem,
cottidie fletus dat, et in pectore palmas.

CIL. V 8652 (pars minima ea quae extat uersuum 4-6) suppl. ital. 384 (totum carmen descriptum olim cum mendis plurimis a Cella abbate, item particula nuper inuenta u. 8. 9) Iulii Carnici. praescriptum .. *Laet[i]lio C. [f.] Ga[ll]o de[c(urioni)*, subsequitur *qui uixit ann. XX m. VII d. VII: Laetilia T. f. Custa filio carissimo atq. pient. mater infel[ix* menda Cellae plurima sustulit Mommsenus, quae nolui repetere omnia (sic *inuenis* 1, *inuentum* 3 pro *iuuenis, iuuentam*)

1 cum uoluissem 2 i. acribus, cf. Charisium p. 82 et 117 3 *ac* Mommsenus aut Pais coniecit, idem *amisi*. uide supra 613, 2. *presus* Cella 4 *ioua meam* Cella, *me [i]am* proposueram. *uotaint* Cella sed *uoc* in lapide superstat 6 *prefere* Cella 9 *tunsae pectora palmis* et similia poetae obtulere

630

. . . totius utilitatis
. . . rina tumulo habitas
. . . filii nuf . . . ientiae s(an)c(tu)s
. . . patri du[m corpus de]ficit huius
. . . fecilia . . . . ntarius artis
. . . cenua . . [an]nus pl(us) m(inus) L.

CIL. VI 9176, partem dextumam quae extat descripsit Rossi Romae in S. Pudentianae dactylici uersus fuisse uidentur praeter ultimum et dicati uxori

3 *nuf* Manutius, *nul* Papenbrukius. uelut *nutrix sapientiae* 4 *du* .. Papenbr. *dul* .. Man. in exemplum uersus adsciui illud (uelut *uiuit amor p.*) 5 *fecit n* .. Papenbr. *argentarius* Henzen proposuit, datur etiam *unguentarius*

631

. res . . . .
. . ca . . . .
Leonti . . .
displicuer . . .
uenienti in cor . .
usum ∴ . . . .
hominum d . . .
. . ndae ∴ septe . .
. . ta nocte ∴ e . .
. . . . ntum ∴ la . .

Revue épigr. du midi 1878 p. 17, 26 descr. tractauitque Dezeimeris, Iullian inscr. de Bordeaux II 151, 945 tabulae marmoreae fragmenta prope Burdigalam rep. Lupiaci ad Garunnam ubi Ausonii uillulam deprehendisse sibi uisus est editor, idem in hoc carmine Leontium cognomine Lasciuum praeceptorem Ausonii (prof. 7) et anapaestos monometros conditos ab Ausonio aut exemplo Ausonii. punctis triquetris carminis uersus distincti fuisse uidentur. nempe hexametros quasi christianos agnosco (*displicuere* animae *uenienti in cor*poris *usum* res uiles *hominum, d*iuum placuere uere*ndae* sim.), etsi angustior inferiorum uersuum scalptura ab hac ipsa u. 4 ss. restitutione dehortatur. fortasse septuennis elogium puellulae

inter 2 et 3 uacat spatium, 9 uelut *circumdata n.*, 10 *parentum*?

632

. . o]ptima quae domi[n . .
. . p]ro meritis uitae mo . .
. . recepi patrono dona . .
. . i inmemorum quan . .
. . ic posset si uiueret ip[s .

CIL. III suppl. 9636 ad ectypum Salonis, litteris malis, laciniae hexametrorum

2 *dignaque pro m. u. monumenta recepi* suppleuit Rossius. tum nimis multa desunt, 1 *mortuus optima quae domini dare praemia possunt*? 3 *donante*? alio modo Leo *nactus pro m. u. morumque uidebat mercedem recipi p. dona ferente* 4 Vergilius *non inmemor umquam*, sed lapis ista sic distinguit, *quant-*? 5 *hic* aut *huic*. in fine *ipse* ci. Hirschfeldius 6 superest lectionis incertae scriptura *f...ifodca..*, alii legerant *eodem*

633

Quae nullo poteras] sedu[ci] crimine coniunx,

castus erat tibi a]mor. filo et sorte crudeli
iam lacr]umis mariti eris triumque nato[rum,
qui sumptus ca]pitis tertios fecere su[premis,
deflenda sem]per et eris memoranda fut[uris.

CIL. VIII suppl. 11448 ad ectypum in agro Sufetano prou. Byzacenae praescriptum *d.*] *M. s.* 1 *sed u*[*llo*] IohSchmidt, expectamus *nullo* aut *sine* 4 aliquid edolaui sententiae, melius quaero. *fecere supremos* proposuit Schmidtius, *feceri* aut *-pi* descriptum est. pro *..pitis* datur *me*]*ritis* sim. 5 *semper* et *futuris* Schmidtius

634

Haec tibi, kara, tuus conscrip[si uerba] maritus,
o dulcis coniunx, de[xtrae sola]men amissae.
iam sine te orb[a domus mo]lesta mih[i manet, Or]cus
et cael[ebs mihi] uita placet, [neque d]uras amab[o
funere mut[andas] tales acce[ndere] faces.
tum . . . ruc . . . nutristis . .
. . . fueris . . . . .

CIL. VIII suppl. 16737 ad ectypa inter Theueste et Cirtam, iam Theuesti hexametri foliis hederaceis inter se distincti sunt. suppleui praeeunte Schmidtio litteras semirutas et ambiguas ex re nostra interpretatus 2 *defuncta leuamen* proposuit Schm. 3 post *orb* insequens littera tamquam *i* fertur in fine *..cus* Galli descripsere, *..gus* Schm. neque *Orgus* inauditum est (Fest. p. 203) 6 *fructu-?* sed quasi *-oruo* enotauit Cagnat

635

Kara mihi con[iunx], | multis solaci[um] | annis, superasti [mar]|itu.
omna que s[unt] | nobis, tuo sunt q[uae]|sita labori.

CIL. VIII 5834 descr. Cherbonneau Sigus Numidiae. praescriptum *Pomponia Fort*[*unata*, subscriptum *honeste memorie mulier*

1 *superusti*... fertur, emendaui ex Siguitano quod sequitur epitaphio 2 non audeo substituere *omnia*, istud commodius numeris

636

N|am te su coniunx | multa dilecta per anos, |
obsequio pietatis | superasti maritu. |
omni[a] quae sunt no[bis], | tuo [s]unt quaesita l[abore.

CIL. VIII 5804 descr. Costa et Cherbonneau Sigus. praescriptum *Iulia Spesina*, subscriptum *Marinu(s)*
1 *n ami.a coniunx* Costa. et desideratur *a me tu es*, ex persona Speusinae *a te sum dilecta*, praeterea *multos* 3 *omnis quae* Cherb. *no'uo..iaquaesitan* Costa, *no'quo u m quaesitai* Cherb. neuter in fine uersiculorum lacunam indicans. correxi ad exemplum carminis superioris

637

. . . suum | mi[se]randa dolorem.
num|qua feci dolum neque duos | [rapio] tibi ama(n)tes.
oc migi indigne | positum (i)n pectore uolnus: |
dulcem superstitui natum | miser(a)nda genetrix.
tert[ium] liq(uit) miserae florentem condere saxso.

CIL. III 5295, suppl. 11709 recognouit Gurlitt ex agro Celeiano in museum Grazense delatae arcae inscriptio mutila lectuque difficilis
2 *duos baettibi* aut *rae..lbi amates* lapis, non extat *mater*. intellego filium ante matrem mortuum tertium, duos patri relictos. *duos* monosyllabum est ut in priscis 3 i. hoc mihi. notior *michi* forma 4 i. superstes fui 5 *tertio fi'comiseris lorentem* Pichler exscripsit, *tert*...|*iio miserae eorenii*... Gurlitt: *liq*. satis ueri simile puto, potest *tertio* pro accusatiuo fuisse *condere* nunc euanuit

638

Dulcis Proserii coniux Vincentia quondam
sarcofago hoc tegitur caro condente marito.

hanc post bis quinos sequitur Piruntia mater
annos et aeterno iungit pia membra cubili.

Lanza lap. Salonitane p. 144 n. 156 ex ms. Boghetichi, CIL. III 2490 sarcophagus iste fuit in monasterio S. Rainerii

639

Hunc qui leges [titulum] peto perlegas, neue reu[ell]as
de se quod immatu[re la]udabile cernas.
hic iacet triste [et mis]erabile funus.
uere flori similis . . . . . nostra per annos
ornabat cubita [atq. omn]ia laeta gerebat.
nunc huius memo[res hec p]erscripta posuere,
ut quae hilari[ter su]mas cum littera mes[ta.

CIL. V 5961 descr. Mommsen Mediolanii media parte mutilatus titulus *Atiliae* . . . *contuber*[*nalis* . ., lateribus adiunctae sunt imagines genii

1 suppl. Mommsen. reuelluntur scilicet cineres manesue 4 annorum deest numerus 5 i. cubitus uel cubilia. plenum est uocabulum distinctione seiunctum ab eis quae sequebantur 6 intellego *memoriam perscriptam*, uelut CIL. V 6087 titulum Senti Secundi discipuli heredesque posuerunt 'ut etiam post obitum nomen eius pro meritis suis legeretur' 7 exitus idem 582, 3

640

Nomine quae Solida uixit cum coniuge sanctae
clara genus et pulcra gena sed plena pudoris,
hic iacet extremum fatis opressa sinistris.
hec eadem nox una dedit talamosque necemque,
aurea bis denos aetas cum stringeret annos,
quattuor ast dederat solacia digna marito.
pignore caro tamen uacuum soluta cubile
pergit ad occasus, quoniam sors omnia uoluit.
cuius pro meritis pulcram de marmore sedem,
Valeriane, dolens comuni in pace parasti.

CIL. V 1710 ex ms. Moschettini. AL. Meyeri 1519 Aquileiae. subscriptum *deposita IIII idus Septembris* 1 i. sancte 2 *cenus* et *cena* traditum. *genas* Meyerus 4 *hec* pro datiuo habendum est, *huic* substituit Steinbuechel 6 *quatuor* et *solatia* tradita, *ast* fortasse nihilo uerius 7 uoluit opinor scriptor indicare ex puerperio quod ante reditum mariti accidisset Solidam mortuam, quamquam *cubile* aeque male enuntiauit ac u. 4 *talamos* 10 *in pace communi*, tum *catholica* increbruit sub finem saeculi quarti

641

Rupe caua manes feci nunc coniugi Paulle
inque pari requie Viatorinus eligo sedem.
sed et Viatorino nepoti eorum qui uixit annis IIII.

CIL. X 5819 ex editis Aletrii in anaglypto marmoris albi opere quod uirum uestitu consulari et feminam ostendebat. uersum 3 consentaneum est metricis duobus adiectum esse posterius
2 *elico* ediderant. interpretor quasi *requiem sede*

642

Hoc nuc nos po[si]to titulo nomenq[ue] tuemur:
Pelagia Nata[li] coiugi cu Optato l[i]ber[to.

CIL. IX 2991 contulit Dressel in agro Frentano. praescriptum *d. M.* [*s.*

643

. . . uit . . rea . .
. . uoq. et natae nata uti comite
. . outuimrc comitata necauit
. . um spreuit nulloq. cupidin eius
. . mucituit uno contenta marito
. . nomen erit a summo nuii uers

CIL. III 2667 ex sylloge ms. Bartoli prope Salonas . subscriptum ... *b*]*ene meritae Sabinus et sibi*. litteras sic prope omnes ut descriptae sunt expressi, quoniam certa nullius uersus datur emendatio

2 potest *quoque* fuisse, in extremo pede *mite* aut *uite* 3 *mr* conexae et *r* inferius adaucta in transuersum. an *f*]*ortuna - negauit?* 4 fortasse *lucrum.* cum u. 6 extremum uerbum non sit integrum, seruato metro *cupidine ius*[*ta* restituas licebit 5 *contenta* Mommsenus qui ex primis *fuit* adsumpsit: *conpena* descriptum. *casta et frugi fuit* coni. Leo, *enituit* Hense 6 *nonen* traditur. acrostichon indicari Mommsenus uidit, *At tibi n. erit a s. intuito uersus?*

644

Condidit hic natum infelix Bocontia mater
functa . . [c]um magno dolore,
nomine et ipsius situs est Bocontius i[nfans
qui tulit bis binos [meses et] quattuo[r annos
qui effecit . . . .

CIL. III 2616 ex sylloge ms. Bartoli prope Salonas. sinistra cum uuis uitis, dextra genius cum face inuersa uisebantur

1 Vocontiorum nominis prima corripitur 2 inter *functa* et *magno* haec traduntur *eep* (super picta *q*) *uon* | *nimis suos socium.* si recte *functa* scriptum est, requiritur talis sententia, hoc officio exequiarum matrem praepostere functam esse. sed fortasse *functum* fuit, aeuo *nimis* angusto? *dolore* pro *aolore* scripsi 3 *ipsuo* traditur 4 *binos ufsfsq* | *quaetucoueines* Bartoli: *meses* tam certum puto quam *quattuor* 5 *quleffecithulastisbatisuaedo* | *mueullauorpocrtent* traditur, unde sententiam colligas huiusmodi: effecit morte sua (*subitis fatis?*) ut ne domus ullam progeniem habere posset

645

. . . en curi . . . |
. . . si scire quad . . |
. . . corpus et ipsud |
. . pe]r marc Romam
p . | . . . . r
albeus insontis | . .
. . p]lures in Tartaro | misit.

Boissieu inscr. Lugdun. p. 475 fragmenti sini-

stra parte uerba plurima, dextra in primis uersibus paucae litterae desunt, ut subscriptio ostendit ... *sub ascia dedicauit*
1 *nomen? curiosi?* 2 annorum numerum *uoltis si scire, quadrimus?* 3 extrema littera *d* esse uidetur magis quam *m* 5 *t* ante *albeus* Monfalcon mus. Lugd. 92, 352. occidisse uidetur in flumine dum ipse aut parentes Romam tendunt 7 fortasse continuabatur *insontis plures* *sub Tartara* uel *ad T. mittit* uel *misi* Vergiliana

646

Hic situs in tumulo genitus nomenque Valerius,
Antoniaes subules, uixi bis septenos in annis,
et patris ut nomen tuler(im) rogatus Aëtae,
set genitus brebiter, uoluit me tollere Fatus.

Notizie d. scavi 1892 p. 190 descr. Vivanet prope Tharron in ora Sardiniae rupinaque inuentum marmor. praescriptum *d. M.*
1 i. natus Valeri 2 debuit *annos* aut *septenis* 3 s. ἀσύντακτα, *ut* regi uidetur a *rogatus* (cum patris nomen mihi arrogare uellent occidi), tum debuit *genitum*

647

Disce quisque pius pater es uel mater que generasti:
natos habere bonu est, si non sint inuida fata.
sic tibi non rapiat mors inuida tam cito natos,
ut meis atque tuis dignis leue terra preceris,
ut mors in uoltum uiuat semperque colatur.
Aelius Marcellinus pater filio Felicissimo
hoc ego feci bene, si quid sapiunt inferi.

CIL. VI 10731 descr. Henzen, Gori I 157, 85 Roma translatum Florentiam, litteratura ea in qua *u* corrotundatur. praescriptum est *d. M.*, carmen in orationem transit metro non adstrictam, nisi quod extrema paene senarium aequant 179, 1. post *inferi* sequitur *qui uixit annis X menses V dies XI*
1 *disce* pro *discite* substitutum, interpolatum *mater* 4 *dignis ifue* CIL. *dicnisilue* Gori. scilicet *leue*(*m*) *terra*(*m*) 5 hoc membrum suspensum uidetur ex u. 4 et *preceris*: qui mortui uiuant in uoltu tam infixo pectori quam expresso per signa

648

. . . . . parentes
. . dederu]nt oscula natae
. . . . . penare solebant
. . . est sub terris imago
. . . ofspotmiipocpent

CIL. X 7527 descr. miles aliquis Sulcis in Sardinia 2 *natne* fertur, 3 *n* in *penare* inuersa (*sperare, adpellare* tale), 4 *ierris imaco*

649

Eheu quos fletus retinet crudele sepulcrum.
da lector lacrumas et duro flectere casu.
hic est Simplicius nam funere mersus acerbo
indole sublimis, morum grauitate colendus,
praeclarus studiis, primis deceptus in annis.
qui cum te pu
ultra annos sapiens praeceps fata inuida raptum,
de cuius spe promittens sibi plurima mater
immeritos potius suscepit casta dolores,
nec ualuere preces, quas fuderat anxia caras.

CIL. IX 5012 Curibus Sabinis in coenobio Farfensi. principia uersuum extant recognita a Stevensonio, posteriora hemistichia fide nituntur Iucundi subscriptum *qui uixit ann. XIIII m. VI d. X defunctus III nonas Sept. Eusebio et Ypatio cos.* id est anno 359

3 *funere mersit acerbo* Vergilius 6 omiserat Iucundus hiatu non indicato. diffracto lapide non cohaerent 6 et 7, tamen sententiae nihil deest, elocutio qua 7 clauditur ne per se quidem uacat suspicione. *cum te pu*[*ro concepit pectore, Christe,*] *ultra annos sapiens praeceps fata inuida obibat*, saltem *raptus* desideratur. at *ter q* legere sibi uisus est Rossius inscr. christ. Rom. II p. 400 suppleuitque *ter quinos nondum compleuerat annos* 10 lapis uereor ne habuerit *curis* aut *cura*

650

. . . . nus honores

culpand[o] nihilum dignus, set dignus amari,
dux idem sociusque sui cum milite regis.
digna memoratu clueat per saecula fama.

CIL. III suppl. 9504 contulit Hirschfeld Salonis in sarcophago christiano. subscriptum *dep(ositus) die VII idus Aug. Constantio Aug. X et Iuliano Caes. III conss.* anno 360 praecedit uersiculus dirutus cui principium fortasse *Eus[ebius* fuit, potuit addi *iacet hic ob spretos magnus h.* Mommsenus proposuit *habuit si minus honores,* credibilior barbarismus scripturae *plenus honoris*
2 exitus Vergili ecl. V 89 3 regem foederatorum aliquem a Romano isto adiutum intellegit Mommsenus

651

. eilniiabo pribatus luci in . . .
. nos iunctoque secundo similes incolumis.
. nim:res humatus debitum sumpsit perpetu.
. manibus haec sors . . . nec fugit aliquis ipsa[m.
V]ius si lector uis nomen nosse sepulti, ordin[e
S]urso a summa li[tte]ra discis.

CIL. X 672, periit in tractu Salernitano lapis supra mutilatus, post *discis* adiecta haec *compari bene* [*m.*] *qui uixit annos XXII minus VII menses* [*d.*] *XV: dies X kal. Maias post consecrationem Fl. Gratiani Augusti,* in quibus *consecratio* cum ex *cons(ulatu)* interpolata uideatur, annum indicari ueri simile est 367 lapidis scripturam repraesentaui, hexametri exire uidentur in *secundo* 2, *sumpsit* 3, *ipsam* 4. bonus unus est 5. propter acrostichida 2 *frate]rnos,* 3 *benigni mores,* 4 *perpetua a manib. haec sors est* si sumas, oriatur *Suagrius*
2 *sic miles* coni. Leo 4 *nec tucit* editur 5 6 suppl. Mommsen (*huius*), idem *liiiira* sic emendauit

652

Iustitiae facies, pudor integer, omnis honestas,
casta maritali semper deuincta pudore,
mortis onos tua perpetuis datur aula sepulcris.
ante meos talamos me dignum sola petisti

contemptisque aliis me dicto iure secuta es.
cum te pura domus quaerit, scit publica fama
et probat omne bonum soli seruasse marito.
o durus raptor, mors inproba. uix mihi tecum
conubii gratas licuit coniungere taedas,
inpia praepropero uidi tua fata dolore.

Notizie d. scavi 1888 p. 449 n. 40 descr. Gatti, acta acad. inscr. Gallicae 1888 p. 365 Romae in coemeterio basilicae S. Valentini uia Flaminia in arca marmorea subscriptum *Fl. Crescens Aciliae Baebianae dulcissimae adque amantissimae coniugi benemerenti in pace quae uixit annos decem et septem et mensibus nouem, diebus tredecim, fecit cum marito annum et mens. III, dep*(*osịta*) *VIIII kal. Mart. Valentiniano et Valente Augg. iter*(*um*) *conss.* anno 368

653

Cara pia coniux Yguia deditaque marito,
funeris tui causa tota nos mente dolemus.
aeternamque domum Comienus Amantius paraui nobisque.
sanctique tui manes nobis petentibus adsint,
ut semper libenterque salmos tibique dicamus.

Gruter 1061, 7 'in uico S. Gemini in Vmbria IohMetellus uidit' numeros inconditos secuntur haec: *Aurelia Yguia que uixit annis XXXVIIII mens. IIII d. II, durauit cum marito annis XXIIII mens. IIII d. II, dep*(*osita*) *die prid. kal. Maias Valentiniano et Valente Augg. IIII* anno 373

1 pro *Ygia?* 3 communem tibi nobisque 5 i. psalmos

654

Inter auos proauosque tuos sanctumque parentem
uirtutum meritis et honoribus emicuisti,
ornamentum ingens generis magnique senatus,
sed raptus propere liquisti, sancte Kameni,
aeternos fletus obiens iuuenalibus annis.

te dulcis coniunx lacrimis noctesque diesque
cum paruis deflet natis, solacia uitae
amisisse dolens casto uiduata cubili.
quae tamen extremum munus, solacia luctus,
omnibus obsequiis ornat decoratque sepulcrum.

Eph. epigr. VIII p. 159, 648 ad photographum exemplar, Elter in actis inst. arch. Rom. 1884 p. 56 et 208 prope Antium subscriptum *Alfenio Ceionio Iuliano Kamenio u*(*iro*) *c*(*larissimo*) *quaestori candidato pretori triumfali, VII uiro epulonum patri sacrorum summi inuicti Mitre hierofante Aecatae arcibuculo dei Liberi XV uiro s. f. tauroboliato deum matris pontifici maiori, consulari Numidiae et uicario Africae, qui uixit annos XLII m. VI d. XIII, rec*(*essit*) *II nonas Septemb. d*(*omino*) *n*(*ostro*) *Archadio et Fl. Bautone u. c. conss.* anno 385. cf. eiusdem uiri titulum CIL. VI 1675 uersus complures (5 6 9 10) in Vergili uerba desinere Hense adnotat, cum 9 cf. Aen. XI 62 *solacia luctus exigua ingentis*, infra 734, 10

655

Vrna Valentinum haud totu[m] tegit haec: h[abet eius
celum animum, acta orbis; pars ergo mi[nor manet istic.

CIL. III suppl. 7407 descripsit Gallus aliquis anno 1739 prope Constantinopolin in marmore eruto cum urnis uasculisque sepulcralibus Valentinus fortasse Selgensis Gothorum uictor a. 398 (Zosimus V 15)
1 *totu* item ut *celum* fortasse ipsa habuit tabula

656

Cubiculum duplex cum arcisoliis et luminare
iussu p(a)p(ae) sui Marcellini diaconus iste
Seuerus fecit mansionem in pace quietam
sibi suisque memor, quo membra dulcia somno
per longum tempus factori et iudici seruet.
Seuera dulcis parentibus et famulisque
reddidit (octauo) Febrarias uirgo kalendas.

quam dom(inu)s nasci mira sapientia et arte
iusserat in carnem, quod corpus pace quietum
hic est sepultum, donec resurgat ab ipso
quique animam rapuit spiritu sancto suo,
castam pudicam et inuiolabile semper
quamque iterum dom(inu)s spiritali gloria reddet.
quae uixit annos (nouem) et (undeci) menses,
(quindeci) quoque dies. sic est translata de saeclo.

Rossi inscr. christ. Rom. I p. CXV cum pictura in Callisti coemeterio in transenna marmorea qua arcisolii frons olim erat exornata

2 *p p sui* lapis. papalem Marcellinus dignitatem obtinebat ab a. 295 ad a. 304 5 *loncum* lapis ut 7 *uirco* 7 *reddidit* uitam, mortua est. tum *VIII* lapis 8 confert Rossius inscr. christ. II p. XXXIII carminis aduersus Marcionitas uersum I 228 *quam dominus mira sapientia fecit et arte* 11 quasi pentameter 14 et 15 numerorum ego uocabula posui, notas lapis praebet

657

Candida qu]od moribus, qu[od Christi flori]dus hortus
et pat[rem sectans sup]eris concessit ab or[is,
expers si]t fatis nec ferro cla[m uioletur,
adiungi po]ssit Genesi nec corpu[s alius.

Marucchi in actis municip. Rom. 1888 p. 443 cum suis Rossii Viscontii supplementis in coemeterio S. Valentini uia Flaminia superne margo apparet. infra sequitur ..*marit*]*us fecit. que fuit me*[*cum*... *dep. Licini*]*o V et Crispo Caes. cons.* anno 318 uidetur christianae mulieris elogium

1 *quod uultu fl.* Marucchius conferens VTcant. 4, 12 *hortus conclusus* 2 fortasse *patrem decorans* aut clarius pietatis et obsequii erga patrem eum qui genuit indicium 3 *occubuit fatis?* *ferro clam* Rossius: *ferrocia* traditur, *ferrocia uexet* Mar. 4 non certum mihi propriumne nomen illa habuerit *Genesis* an genitura dicatur ut in ethnicis, *oppressit genesi*

658

Hic titulus pueri casos describit iniquos.
Dalmatium querit pater quem sine matre nutriit.
dulcis infans obiit modicaq. uita peregit.
nouennem puerum eripuit cum mensib(us) octo
et dies XVI quib(us) superfuisse uidetur.

Rossi inscr. christ. Rom. I p. 56, 82 qui depinxit in coenobio S. Laurentii in agro Verano operculum sarcophagi marmorei   subscriptum *dep(ositus) XII kal. Iul. Amantio* cos. id est anno 345

2 nutriuit, cf. 520, 6   4 mors *eripuit*: reticentia eadem supra 563, 3

659

Felix uita uiri, felicior exitus ipse.
Caiani semper crescit per saecula nomen,
nescit fama mori sed semper uibit ubique.
aduenit hospes princeps Romanus in urbem,
qui fuit hic primum iuris consultor amicus.

Rossi inscr. christ. Rom. I 64, 101   de loco parum conuenit inter ueteres, in S. Saluatoris de Cupellis? subscriptum *quiescit in pacem depositus diem quartum nonas Augustas Flauio Filippo et Flauio Sallea consulibus: pater Sabbatius fecit.* annus est 348

3 *crescat semper* Pighius, Gruter 1162, 8   3 cf. 618, 9   4 producta est ante *h* syllaba   *romanus princeps* Manutius quod forsitan alii mutarint metri gratia. cogita Constantinum hospitem Romae a. 326   5 *qui* datiuus ut 607, 4 ac saepe   *consultus* unus Pighius

660

Tristis Anastasio Cons[tantia carmina scribit
coniunx, qui lucem t[enebris mutauit amaris.
uita quater denis et q[uinque annis fuit, eheu
quam cito praerept[us dilectae uxoris amori,

fletus duodecimum [cum Ianus sumeret ortum,
conditus Arbitio co[nsul cum duceret annum.

Rossi inscr. christ. Rom. I 76, 127 qui expleuit prodiit ex praediis Amarantianis uia Ardeatina praescriptum α Xρ. ω et utrimque secus *in nomine* [*dei*

3 *quinis constitit annis* Rossius, qui numerus nimio maior uidetur. potuit *quattor* 4 *praerfpt*.. lapis, em. Mercklinus 6 anno 355 Arbitione et Lolliano cos.

661

Semper ob meritum uincis praeconia laudis
Et bona progenies quaeret tua fortia facta,
Rerum summa coros melius exercendos [d]o[c]et.
Belle quidem tua ex ordine gesta naremus:
Iam me uincet amor, nequeo tenere dolorem.
Laeta quidem semper Felicis nomine ducta,
Laetior ut essis iacis in pace fidelis,
Abis ut decuit Felicis pace perennem.

CIL. X 1338 uidit Mommsen Cimitile prope Nolam in S. Felicis subscriptum *Eusebio et Ypatio coss. dep(osita) in p(ace) VI kal. Iun.* anno 359. Seruillae acrostichon agnouit Mommsenus

2 *fortia facta* V. Aen. X 369 3 in caelo choros meliores exercebis. uersus requirit *melius dabit exercendos.* posui *docet* Mommseni lectionem secutus hanc *|o||et.* interpolando *deus melius parcendo reducet* Remondinius fecerat 4 pro *narraremus.* simplicem *r* in eo uerbo Varro probauit aliique (CIL. X 1255 *cuius facta enarari non possunt*) 5 *omnia uincit Amor* V. ecl. X 69 6 *ducta* non in matrimonium sed per omnia ut praeiit Felix 8 *abis* habes. *perennis* olim edebatur, IRN. 2053

662

Haec aete]rna domus in qua nunc ipsa secura quiescis,
at tuus in caelo] spiritus a carne recedens
uiuit cum] sanctis pro meritis et opera tanta,

quaeque deu]m metuisti, semper quiescis secura.
mandasti corp]us terrae pignusque receptus
. . . spl]endori cum lumine claro
. . . s quae te semper deo dicasti
. . tas sed pro factis ad alta uocaris.
. . ca Pacatiano cum multa debebit.

Rossi inscr. christ. Rom. I 88, 159 fuit in aede S. Saluatoris in Curte, est in museo Lateranensi in margine dextro adpicta singulis uersibus insignia christiana, infra haec *Pac]atianus Eleuteriae matri suae locum fecit [quae uixit] ann. pl. m. LXXV mens. II d. X, dep(osita) IIII kal. Iun. dormit [in pace cons.] d. n. Cl. Iuliani Aug. IIII et Fl. Sallusti con*... *[H]esperius quem nutrit iscripsit.* is annus est Chr. 363. supplementa Rossiana metri causa paululum immutaui

5 lapis habet *picnusque*, quod sequitur uocabulum ualere puto idem quod receptionis 7 s. non hic tu nunc habitas 9 fur sed aperta arca

663

qui gemitu tristi lacrimis te deflet in oras,
dulci coniugio quaeritur se luce relictum
. . . . . . una
sobria cas[ta . . . .

Fabretti 237, 629 et 740, 499, Rossi inscr. christ. Rom. I 89, 160. AL. Burmanni IV 390, Meyeri 1516 fuit in coemeterio Priscillae sequitur *Marcio quae uixit annos XVIIII et m. X, dep(osita) kal. Sept. Iuliano Aug. IIII et Sallustio* anno 363. supra mutilam fuisse tabellam non indicarunt

1 Vergili uerbum Meyer comparauit *amor mihi crescit in horas* 2 i. priuatum, ut 466, 5

664

Quiensces in pace merens Leontia con[iux
incomparauiles. que uixit in seculo an ...
mens. VII d. XXVIII. Cresces maritus contra uo[tum posuit.
d(eposita) IIII non. Octob. Valentiniano II et Va[lente II coss.

Rossi inscr. christ. Rom. I 107, 207 fuit in S. Priscae in Auentino. annus est 368

1 hexameter: *quiesces* uel *quiescis*

665

. . . it felix residet sub numine uirgo
. . . s habens castae si fas est dicere magnis
. . . tribus concessa uolens, nam uiuere norat
. . . tipuo recolens . . nnam nomine laudem
. . . sere sue releuato e . . . magna per ora
subl]imis uirgo caeli sub sedibus haeret,
prae]mia quae meruit, decreta retenta[t in aeuum.

Rossi inscr. christ. Rom. I 170, 388 e schedis Turrigii satis corruptis in S. Pancratii sequitur *quae*] *uixit ann. XV d. XXV, dep(osita) IIII idus Nob . . . ale . . .* ubi extrema Valentiniani aut Valentis consulatum uidentur indicare, annos 365—390

1 *hic Christi?* 2 *mentis?* 3 *martiribus* 4 *tipuore colens* traditur. fortasse *antiquo recolens condignam* uel *praecipuo*, Rossius *sancta pudore colens aeternam* proposuit 6 s. Rossii dedi supplementa. in titulo anni 369 (ibidem I 108, 211) mortuus laudatur *cuius tantus amor et caritas retenetur ab amicis in aeuo*

666

Constanti coniux, paruorum mater Honoria,
dulcibus eximie carissima semper et una,
conple(n)s ter denos quae uitam uixerit annos,
martiribus adscita cluet. cui paruula contra
rapta prius praestat tumuli consortia dulcis.

CIL. III suppl. 9506 contulit Hirschfeld Salonis in sarcophago, cuius sinistra parte haec leguntur *depositus Constantius u(ir) cl(ariss.) ex proconsule Africae die prid. non. Iul. post cons. d(omini) n(ostri) Gratiani Aug. III et Equiti u. c.* anno 375. ad quem Constantium rescriptum imperatorum codex Theodos. IV 12, 7 habet datum VII idus Sept. a. 375, quod temporis indicium titulus sepulturae refutat. dextra carmen legitur istud cum subscriptione *deposita VII kal. Apriles*

4 *cul* pro *cui* lapis filia exaduersum Honoriam ut uidetur sepulta, cf. 428, 8

667

Integer adque pius uita et corpore purus
aeterno hic positus uiuit Concordius aeuo.
qui teneris primum ministrum fulsit in annis,
post etiam lectus caelesti lege sacerdos
triginta et geminos decim uix reddidit annos.
hunc cito sideream raptum omnipotentis in aulam
et mater blanda et frater sine funere quaerunt.

CIL. XII 942 contulit Hirschfeld Arelate in sarcophago apostolorum uolumina tenentium et columbarum oliuam gerentium signis ornato, infra α Χρ. ω. intellegunt episcopum Arelatensem qui concilio Valentinae a. 374 habito subscripsit, rectius opinor alii sacerdotem cognominem
3 sic pro *minister* 7 fortasse *Blanda*

668

Praesbyter hic situs est Celerinus nomine dic[tus,
corporeos rumpens nexus qui gaudet in astris.

Rossi inscr. christ. Rom. I 137, 303 in S. Agnetis uia Nomentana subscriptum *dep(ositus) VIIII kal. Iun. Fl. Syagrio et Eucerio* anno 381
2 *caudet* lapis

669

Amplificam sequitur uitam dum casta Afrodite,
Fecit ad astra uiam, Christi modo gaudet in aula.
Restitit haec mundo semper caelestia quaerens,
Optima seruatrix legis fideique magistra
Dedit egregiam sanctis per secula mentem.
Inde p(er) eximios paradisi regnat odores,
Tempore continuo uernant ubi gramina riuis,
Expectatque deum superas quo surgat ad auras.
Hoc posuit corpus tumulo mortalia linquens,
Fundauitque locum coniunx Euac[rius ins]tans.

Rossi inscr. christ. Rom. I 141, 317 pars extat in S.

Agnetis praecedit *Theodora que uixit annos XXI m. VII d. XXIII. in pace. est bisomu,* sequitur *dep(osita) die Antonio et Siacrio con[ss.* id est anno 382. octo primi uersus Afroditen parastichide declarant, extremi duo fortasse *honestissimam feminam*

6 *inde p* traditur, dubitat Rossius an *inder* pro *inde per* scriptum fuerit 7 clausula Vergili ecl. X 29 8 *surcat* lapis. confert Hense 279, 18 *superas consurgere in auras,* praeisse Lucretium VI 1021 10 i. Euagrius ut *Siacrio* Syagrio *instans* Rossius, *orans* Suaresius. littera ante *ans* posita minus certa

670

Quid loquar aut sileam? prohibet dolor ipse fateri.
hic tumulus lacrimas retinet, cognosce, parentum
Proiectae, fuerat primo quae iuncta marito,
pulcra decore suo, solo contenta pudore,
heu dilecta satis miserae genetricis amore.
accipe — quid multis? — thalami post foedera prima
erepta ex oculis Flori genitoris abiit
aetheriam cupiens caeli conscendere lucem.
haec Damasus prestat cunctis solacia fletus.

Rossi inscr. christ. Rom. I 145, 329 rep. in suburbano aliquo coemeterio nunc in museo Lateranensi sequitur *uixit ann. XVI m. IX dies XXV, dep(osita) III kal. Ian. Fl. Merobaude et Fl. Saturnin(o) conss.* anno 383. Damasus papa ipse nobili feminae Flori religiosi hominis (Gruter 1171, 9 1172, 6) filiae epitaphium composuit

1 *eloquar an sileam?* V. Aen. III 39 7 abiuit, cf. 520, 6

671

O semel atq. iterum cum uero nomine Felix,
qui intemerata fide contempto principe mundi
confessus Christum caelestia regna petisti.
o uere pretiosa fides, cognoscite, fratris
qua ad caelum uictor pariter properauit Adauctus.
presbyter his Verus Damaso rectore iubente
composuit tumulum sanctorum limina adornans.

Rossi inscr. christ. Rom. II 32, 76 et 102, 32 ex syllogis compluribus fuit uia Ostiensi in sepulcro ss. Felicis et Adaucti, fragmentum Philocaliana scriptura exaratum extat in museo Vaticano

1 sic Einsidlensis, *uero de nomine* ceteri 4 *fratris* Eins. *fratres* ceteri. sic in alio *ornauit Damasus tumulum, cognoscite, rector* 5 *qui* aut *quia* alii 7 *adorans* uel *adoras* alii non male

672

Hanc aram domini seruant Paulusq. Iohannes
martyrium Chr(ist)i pariter pro nomine passi,
sanguine purpureo mercantes praemia uitae.

edidit tractauitque PGermano in Waalii scriptis Rom. trimestr. 1892 p. 60 ss. Romae in monte Caelio ad ss. Iohannis et Pauli. carmen pseudodamasianum totum seruauit codex Leidensis, primi uersus litterae paucae *domi]ni s[eruant* Philocaliana specie inscriptae redierunt in lucem. uide supra 308

1 i. Iohannes Paulusque

673

Quisque uides tumulum, uitam si quaeris operti,
ter morior denos et post bis quattuor annos
seruatum Chr(ist)o reddens de corpore munus,
cuius ego in sacris famulus uel in ordine rector
officio leuita fui Florentius ore.
qui pater in terris, item mihi s(an)c(t)e sacerdos
contigit et natum tenuit iam morte secunda;
hoc superante meo discedit spiritus ore.
iste seni casus grauis est, mihi morte beatus,
quod patris homicii tene mea membra quiescunt.

Rossi inscr. christ. Rom. II 92, 57 ex codice Petropolitano, 'frustula litteris Damasianis effossa ex agro Verano composui bull. crist. 1881 p. 34'

quisquis . . . es (*quis* ante lacunam in litura) et *sequeris* codex 6 *cui* Rossius rectius *idem* 10 *homicii tene* cod. *hoc tumulo bene iam* coni. Rossius, multa conatus nihil effeci (*patris comiti aetherii*)

674

Quisque uides tu]mulum, cogi[ta .
. . . m raptum a . . .
. . . t]eneris lact[atus ab annis
. . . sonus sermonis . . .
. . . pet]eret Romanis m[issus ab oris
. . . e probitus ipso in c . .
. . . r]eperit quod non sp[erabat . .
nam sua membra dedi]t terris, ut redd[eret astris
spiritum ouans sanc]tis. hic fuit spes [una suorum,
sed binis no]uiis compleuit t[empus in annis.
at tu parce pat]er lacrimis, compes[ce dolorem,
nam caelo est na]tus quem tellus i[nuida condit.

Rossi inscr. christ. Rom. I 159, 361 qui suppleuit prodiit e coemeterio aliquo Romano subscriptum ... [*defunctus*] .. *Aug. Mediol*(*anii*), *perduct*(*us*) [*Romam* ... *Honorio n. p.*] *et Fl. Euodio* [*conss.* anno 386, praeterea monogramma *Leon*(*i*)*s*

6 i. probatus. uelut *in certamine Martis* 9 prima ego addidi, *uitam* .. Rossius 10 *bisq. acto nouiis* (i. nouies) c. *tempore uitam* R.

675

Perpetuam sedem nutritor possides ipse
hic meritus finem, magnis defuncte periclis,
hic requiem felix sumis cogentibus annis.

Rossi inscr. christ. Rom. I 176, 403, Henzen Or. 6259 rep. extra portam Salariam nunc in mus. Vaticano continuatur *hic positus papas Antimio qui uixit annis LXX, depositus domino nostro Arcadio II et Fl. Rufino uu. cc ss. nonas Nobembr.* anno 392. *papas* et *nutritor* idem ualere iam nemo nescit, olim hinc aliquis Felicem pontificem summum effecerat refutatus a Marinio

2 Verg. Aen. VI 83 *magnis pelagi defuncte periclis*

676

Pal]ma celestia regna t[enentes . .
A] . . uero totius castitati . . .
Nuper tante fides in te i . . .
Tante pudicitiae ment . . . .
Hanc uero grata anim . . . .
Aceruus natus quanta oue . . .
Generosa michi coiux et in . . .
Aurea sunt celestis que tu celo . .
Trium subolum mater in sin[u . . .
Eius autem nomen capita uer[suum edunt.

Rossi inscr. christ. Rom. I 185, 425 de uisu in museo Vaticano. subscriptum *uixit autem ann. XXV . . . XVII kal. Sep. Olybrio et Probi[no coss.* anno 395. *Panthagate* ex *Pantagathe* factum traiecta ut uolgus solet aspiratione 2 fortasse *a te* nam duae aut tres litterae non plures perierunt 6 *oue..* pro *obe..* an pro *que*?

677

. . . . pro]pere mors
. . . . per annos
. . . in sa]ecula lugens.

Rossi inscr. christ. Rom. I 161, 369 in museo Capitolino subnotati apparent depositionum ut R. putat, certe humanarum rerum anni duo, prior *Valentiniano III et Eutropio* a. 387, posterior . . *H*]*onorio III Aug. co*[*nss.* a. 396

678

Ne dubium longo quaeratur in eu[o,
Theoduli tibi nomen erat, quae grata parenti
reddideras subolem pari dicata marito.
nunc te tellus habet, septem post decer peractos
exegeras fasces, eu tegit ossa sepulcrum.
haec tibi pro meritis pendo merentia uoto.

Rossi inscr. christ. Rom. I 201, 464. AL. Burmanni IV 170, Meyeri 1473 Romae in S. Pauli subscriptum *d(e)p(osita) d. id. Sept. d. n. Hon(orio) Aug. IIII cons.* anno 398
1 Lucani uersum esse II 344 monuit Burmannus uol. II p. 124 2 *Theodule* recte intellegunt editores 4 *decer* pro *dece(m)*, 5 *easces* lapis. *eu* heu 6 colludit *m(a)erentia* cum *meritis*, at 4 s. *peractos exegeras* inscitum *uota* AL.

679

Hic iacet extinctus pri[mo sub limine uitae
angusto multum dilect[us tempore pupus.
nec reor hunc lacrimis [fas esse urgere beatum,
corporis exutus uinclis q[ui gaudet in astris
nec mala terreni sensit c[ontagia sensus.
menses namque noue[m postquam super addidit anno
conpleuitq. dies uitae se[x, iuit ad astra.

Rossi inscr. christ. Rom. I 207, 479 cuius supplementa sunt pleraque, Gudi 372, 10 Romae ad S. Martinum in montibus, iam in museo Lateranensi. subsequitur *depositus*] *L. Mallio Theodoro u. c. cos.* anno 399 *pri(die) non.* ... *q(ui) uixit an. unum m. VIIII* ...

680

Tu mihi aeternum renobas tu[mulata dolorem,
Crescentina, meum si fas si[mul accipe corpus.

Rossi inscr. christ. Rom. I 211, 490 in museo Lateranensi de coemeterio tabula praescriptum *Fl. Crescentina h(onestissima) f(emina) quae uixit ann.....Fl. Stilichone u. c. consule A*... [*maritus fecit?* annus est 400
1 Rossius expleuit, 2 ego (*si*.. R. *su*.. Fea legit)

681

'Accipe me' dixit 'domin[e in tua limina Christe':
exaudita cito fruitu[r nunc lumine caeli
Zosime sancta soror m[oresque imitata Bonosae,
iam uidet et socios sanc[ti certaminis omnes

laetaturque uidens mira[ntes sistere circum,
miranturque patres tan[ta uirtute puellam,
quam suo de numero cupie[ntes esse uicissim
certatimque tenent atqu[e amplectuntur ouantes.
iam uidet et sentit magni [spectacula regni
et bene pro meritis gaudet sibi praemia reddi
tecum, Paule, tenens calcata morte coronam,
nam fide seruata cursum cum pace peregit.

CIL. XIV 1938 uidit et expleuit Rossi (nisi quod u. 3 *magno defuncta periclo* ille dedit, ego sororis definitionem praetuli) prope Ostiam. *sanctis martyribus Eutropio, Bonosae et Zosimae Donatus episcopus* tempore incerto circa a. 400 tumulum adornauit ibidem 1937, *natalis ss. Eutropi, Zosimae et Bonosae sororum idibus Iuliis in Portu* celebrandus in uetusto martyrologio refertur. carmen Rossius Donato episc. antiquius existimat, sed excepit tamen Damasiana

10 Pauli uerba II Timoth. 4, 7 s. respici R. adnotauit

682

Quod dulcis nati, quod cara pignera praestant,
continet hic tumulus, membra qui parua retentat.
dolorem sine fine dedit, Felicitas isto
clauditur infelix falso cognomine dicta.
nam cui prima dies in lucem protulit annus
quattuor, et male cum quintum sumeret ortum,
abstulit atra dies et funere mersit aceruo.
haec mater et genitor conscribunt carmina busto,
quo legenti simul redeat sub corde figura
et siccato saepe madescant lumina fletu.
sic medicatur amor nec curant carmina manes.

Rossi inscr. christ. Rom. I 220, 518 Gruter 1052, 10. AL. Burmanni IV 240, Meyeri 1345 fuit in S. Mariae monasterio in uia lata. figura puellae in medio, subscriptum *dep(osita) in p(ace) die kal. Iulias d(omino) n(ostro) Theodosio Aug. et Fl. Rumorido u(iro) c(lariss.) conss.* anno 403

2 *qui paruula membra* corr. Burmannus 3 *maerorem* Burm. 7 Vergili Aen. VI 429 XI 28, supra 608 8 *pater* descr. Torrentius *et genitrix* addit Burm.

683

. . . funere coniux
. . . annos qui uixit . . .
. . . or sed modica uit[a
. . . a]blata marito

Notizie d. scavi 1891 p. 94 descr. Borsari Romae uia Ostiensi ad S. Pauli inter reliquias christianas. in auersa parte marmoris legitur *...us Auceps qui* | *...as Ian. post co*[*nsulatum The*]*odosio II Aacc* | *...u* anno ut uidetur 408 2 quae tot annos uixit in aeuo 3 magnus erat rerum splendor, sim. cf. 658, 3

684

Exegit u]itam florente Cinegius aeuo
et laetu]s sancta placidae requiescit in aula.
illum nu]nc Felicis habet domus alma beati,
dudum per lo]ngos susceptum possidet annos,
ipseque iam pl]acito laetatur in hospite Felix.
sic et tu]tus erit iuuenis sub iudice Christo,
cum tuba terri]bilis sonitu concusserit orbem
humanaeque ani]mae rursum in sua uasa redibunt:
Felici merito] hic sociabitur ante tri[bunal.
interea] in gremio Abraham [cum pace quiescit.

CIL. X 1370 ex schedis, nam periisse uidetur Cimitile prope Nolam in S. Felicis. 'de Cynegio in basilica S. Felicis sepulto Paulinus Nolanus scripsit ad Augustinum, cuius de ea re liber extat *de cura gerenda pro mortuis*' Mommsen. supplerunt Remondinius (historia eccles. Nol. I 512) et Rossius (cf. bull. crist. 1875 p. 31) 2 i. placide. potest uero *et pacis s.* 4 *..ncos* traditur

685

Cum prima Datiuae suboles monstraret gaudia cara,

cur subito nobis lacrimas, non gaudia reddes?
non ita uota tua meruerunt spectare parentes.

Rossi inscr. christ. Rom. I 278, 644 uia Ostiensi in coenobio S. Pauli. praecedit *consulatu Iohanni Aug.* anno ut Rossius demonstrat 425 *hic requiescit Datiua dep. VI kal. Feb. in pace,* subsequitur *et Basilia soror eius hic requiescit dep. V idus Martias in pace*
1 modulatius *cum prima subole monstrares* 2 i. reddis 3 *uota* quasi nuptialia opposita funeri

686

Hic pietas, hic prisca fides, hic i[ntegra uita,
hic labor inmensus, prudens h[ic . . . .
felix simplicitas mentis, doctri[na . . . .
Floridus hau paruis magnus g[enitoribus ortus
et qui maiorum uelarit nomine [famam,
liber sed docili laudatus per fo[ra lingua,
urbani primum praetoris fasc[ibus auctus.
auxilio pos[t] hunc iudex cum [posceret . .,
hoc lateri[s] socio creuit uica[rius urbis.
mox raptus Romae regimen sus[cepit . . .
post Ligurum in populis regum praetoria r[exit,
consiliis iterum Romana sacraria fouit,
publica post docuit Romani foedera iuris.
sexaginta duos uixit bene purus in annos,
occidit Hierio qui consule clauditur anno.
floride, non aliter, uenerandus Floride perge
caelestis per regna dei. sic uita meretur.

Rossi inscr. christ. Rom. I 282, 654 qui suppleuit in coenobio S. Pauli uia Ostiensi litteris optimis. subscriptum *d(e)p(ositus) XV kal. Nob.* occidit Hierio et Ardabure coss. anno 427. 'Floridus peracta aduocatione (*per fora* u. 6) praetor seu praetorios codicillos a principe obtinuit, tum consiliarius ab urbis uicario expetitus et adsessor adlectus,

tum praeses uel corrector alicuius opinor prouinciae, tı Liguriae consularis, tum consiliarius iterum uel praefe... urbis uel praefecti praetorio, denique publicus Romani iuris antecessor. clarus doctrina iuris consultus, non senatoriae stirpis uir indicatur hoc honorum decursu' Rossius

1 V. Aen. VI 878 *heu pietas, heu prisca fides.* idem Capuae longo et corrupto presbyteri epitaphio saec. VII uel VIII principium CIL. X 4539 *hic pieta(s), hic p[ris]ca fidens*
2 uelut *iuris honestas,* 3 *probata* 6 *pereo..* lapis, item 16 *uenerandus eloride*

687

Hic iacet antistes s(an)c(tu)sque Nouatus
ter denos et VII sedis qui meruit annos.

Renier inscr. Alg. 3430, CIL. VIII 8634 Sitifi. praescriptum signum crucis, subscriptum *precessit die X kal. Septb.* (*anno*) *pr*(*ouinciae*) *CCCCI* i. Christi 440. potitus ergo sede Nouatus erat a. 403. memoratur episcopus idem in actis conciliorum et Augustini epistulis, uide CIL.

688

Antistes domini qui p[aupertatis] amorem
praeponens auro rapuit c[aelesti]a regna,
Hilarius cui palma o[b]itus e[t uiu]ere Chr(istu)s,
contemnens fragilem ter[ren]i corporis usum
hic carnis spolium liquit a[d] astra uolans.
spreuit opes, dum quaerit opes, mortalia mu[t]ans
perpetuis, caelum donis terrestribus emit,
gemma sacerdotum plebisque orbisque magister,
rustica quin etiam pro Chr(ist)o [mu]nia sumens,
seruile obsequium [non] dedignatus adire,
officio uixit minimus et culmine summus.
nec mirum si post haec meruit tua limina, Chr(ist)e,
angelicasque domos intrauit et aurea regna,
diuitias, paradise, tuas, flagrantia semper
gramina et halantes diuinis floribus hortos,
subiectasque uidet nubes et sidera caeli.

CIL. XII 949 descr. Hirschfeld eiusque socius   Arelate in sarcophago, cuius operculo inscriptum est *sacro sanctae legis antestis Hilarius hic quiescit.* de quo uide Gennadium u. ill. 70, mortuus fertur die 5 m. Mai a. 449, extat uita scripta ab Honorato Massiliensi. suppleuere primi editores

3 Pauli ep. ad Philipp. I 21 *mihi uiuere Christus est et mori lucrum*   8 *gemma,* cf. Augusti ad Maecenatem epist. *Cilniorum zmaragde* et cetera (Macrob. sat. II 4, 12), diuolgarunt metaphoram Sidonius et epitaphistae christiani   12 superest metro *si* aut *haec*   14 i. fragrantia   15 V. ge. IV 109 *croceis halantes floribus horti*

689

Hic Lucianus cum bona pace | quiescit.
innoces mansuetus | mites letus cum amicis amicus |
uixit annis pl(us) m(inus) L nulla manente | querella.

Notizie d. scavi 1893 p. 422 descr. Sogliano   in Hirpinis prope Pratam in crypta basilicae antiquae. subscriptum *depositus est in pace die .. kl. Septembres Flabio Marciano et* [*Z*]*enone u*(*iris*) [*cl. cons.* anno 469

2 prouerbium *amicus amico* (Plaut. mil. 658 Petron. 43 s.)

690

Presbyter hic positus Felix in pace quiescit,
cuius pura fides probitas uigilantia sollers
pontificum claro placuit sic nota Leoni,
post labsum ut reparans uenerandi culmina Pauli
huic operis tanti renouandam crederet aulam.

Rossi inscr. christ. Rom. I 366, 831 qui uidit fragmenta extantia in coenobio S. Pauli. subscriptum *depositus VII idus Maias Leone Aug. III*[*I et Probiano u. c.*] *conss.* neque enim tertio Leonis Aug. consulatu (a. 466) scriptum esse titulum sed quarto i. anno 471 probauit Rossius. Felix cum Adeodato iussu Leonis pontif. basilicam Pauli restituit, pater idem Felicis III pontif. et atauus Gregorii M.   subscriptum porro *Martius dulcis uixit ann. III m. VI*

691

Panditur hic adi[tus . . . .

et domus etheri[a . . . .
in qua iugis super il[lustres . .
Ceragi ossa ia[cen]t c . . .
si]c Chr(istu)s populis cunctis . .
nun]c uia siderea graditur . . .

CIL. XII 5347 descr. Hirschfeld Narbone in marmore malis litteris praemisso crucis signo. altera marmor parte titulum inscriptum habet Anastasii depositi *III kal. Maias indict. decema anno sexto*, ut LeBlant putat, anno 472, quo titulo carmen multo antiquius existimat Ramé
4 in *Ceragi* prima littera non certa

692

Ticianus uates Chr(ist)i doctrina peritus,
emeritus miles Chr(ist)i dum crucem requirit,
membra solo posuit, celi perexit ad astra.
eccl(esiae) et congregauit opes undique sacerdos,
b(i)enio rexit populos,
post annos numero uitae LV quieuit in pace.

CIL. V 6404 Laude Pompeia, non exstat. subscriptum *sub d. kl. Maias d. n. Basilisco p(er)p(etuo) Aug. bis et Armato u. c. cons.* anno 476
2 *emeritis* codex Papiensis 4 *eccelet* traditur: *eccl. et* coniecit Mommsenus, *excelsus* alii fecerant, an *et celi?*
5 *benio* traditur

693

Mandrosa hic nomine, omnium gratia plena,
fidelis in Chr(ist)o, eius | mandata reseruans,
martyrum obsequiis deuota transegi | falsi seculi uitam,
unius uiri consortio ter quinus coniuncta | per annos
reddidi nunc d(omi)no rerum debitum communem | omnibus olim.

Rossi inscr. christ. Rom. I 392, 882 in coenobio S. Pauli. subsequitur *quae uicxit ann. pl(us) m. XXXIII, d(e)p(osita) VIIII kal. Februarias cons. Aginanti Fausti u. c.* anno 483

694

. . ins]ignebus pariter et nomin[e clarus
. . . m terramque simul sociosque [reliquit,
sancta sac]erdotii tenuit qui sede coron[am
. . . inis et septem reuoluentibus a[nnis,
quem plebs] cuncta gemet suismet carui[sse supremis.

CIL. XII 2702 uidit Hirschfeld in agro Albensi Heluorum in marmore inmisso ecclesiae. subscriptum . . *men*]*sis sexti iterum p*(*ost*) *c*(*ons.*) *Symmachi u. c. indictione X* anno 487 supplementis LeBlantii et Hirschfeldii pauca mea adieci

2 *ecclesiam, hanc plebem* sim. 4 *ter quinis* uel . . *binis* tale 5 *gubernis?*

695

Eutreptus iustis bis senos cursibus annos
egit, at ante diem mors illum mersit acerbo
funere, nec potuit cuiquam superare suorum.

CIL. V 6221. AL. Burmanni IV 127, Meyeri 1254 Mediolanii, periit. subsequitur *d*(*e*)*p*(*ositus*) *d*(*omino*) *n*(*ostro*) *Anastasio A*(*u*)*g*. [*co*]*n*[*s*. anno 492

2 s. dictio Vergiliana

696

. . lli . . amisisse [dole]mus
Et cupit dignis diu seruire cineribus.
Nomen dulce, lector, si forte defunctae requires,
A capite per litteras deorsum [p]ellegendo cognoscis.
ter denos uitae aeu[o i]am duxerat annos,
cum pia iubente deo anima migrauit ad astra
die V kal. Nouemb. Messala u(iro) c(larissimo) cons.

CIL. XII 631 ex editis in uico Le-Pin inter Aquas Sextias et Massiliam sito. bona pars carminis periit scripti de Serena aliqua aut Amoena aut Helena. uersus qui acrostichidem excipiunt dextrorsum reiecti leguntur, ultimo annus indicatur 506

1 tumulum fecit *illi quam amisisse d.? lugemus* primus editor 2 *seruire marito, puellae* poetae 4 *et legendo* aut *ellegendo* fertur: *perlegendo* LeBlant 5 *aeu. ham* testis unus

697

. . s]ed quod pr[e]cepuus iu[uenis . . .
. . maxemu[s] eius erat C[hrist . . . .
nunc di]gnus ce[l]o prume . . . .

CIL. XII 2066 contulit Hirschfeld Viennae. subscriptum ..*Nou]emb[r. p. c. F]elicis u. c.* anno 512
3 *pro mente - benigna* an ἀμέτρως *pro meritis?*

698

Inlustris titulis meritisque haut díspar auorum
Pantagatus fragilem uitae cum linquerit usum,
malluit hic propriae corpus committere terrae
quam precibus quaesisse solum. si magna patronis
martyribus quaerenda quies, sanctissimus ecce
cum sociis paribusque suis Vincentius ambit
hos aditos seruatque domum dominumque tuetur
a tenebris lumen praebens de lumine uero.
militiam si forte roges quam gesserit ille
prestitiritque boni positis in luce superna,
quem sic Chr(ist)icolae celebrent post fata iacentem,
inuenies quod iura dedit, iustissima sanxit
arbitriis, nam custus patriae recturque uocatus
a patria, rexit quoniam promptissima ciues
libertate animi, parcus sibi, largus amicis
et fidus dominis, primum quod postulat ordo
uitae et aeternum fama transmittit in orbem.
abstulit hunc rebus decimo mors inuida lustro,
namque Senatoris posuit post cingula uitam
. . . . .

CIL. XII 1499 descr. Hirschfeld, LeBlant inscr. christ. Gall. II 492, 399 Vasione rep. in ecclesia cathedrali, nunc Auennione annus u. 19 indicari uidetur post cons. Cassiodori qui est a. 515 sententias carminis multas et particulas (*inlustris titulis, iustissima sanxit patricius praesul patriae rectorq. uocatus*, al.) in aliis monumentis repetitas esse LeBlantius tabella docuit inserta manuali epigr. christ. p. 68

10 quidque praestiterit boni 13 *nam* omissum oportuit 14 *quondam* corrigit Hirschf. 15 cf. 312, 6. in alio *parcus sibi, diues egenis*, persaepe similia 17 *et* Mommsen: *ei* marmor

699

Te Ioannem Tarraco coluit mirificum uatem
tuosq. in hoc loco in pace condidit artus.
in te libra morum, in te modestia tenuit regnum,
nitens eloquio mitissimus pollebas in corde
gerens curam pauperum, pietate preditus ampla.
s(an)c(tu)s namq. uita, fide magnificentius ipse
[ap]paruisti cunctis pergens ad premia Chr(ist)i.
tuum nempe nomen tuamq. dulcissimam mentem
laudabunt posteri, numquam abolenda per euum
merita preconiis adtollunt facta per s(ae)clis.
denis equo libram memineantib(us) lustris
rector doctorq. prefuisti monacis et populis
octiens denos uita peragens feliciter annos.

Rossi inscr. christ. Rom. II 294, 3 ex codice Parisino epitaphia continente Hispanica Iohannes episcopus Tarraconensis conciliis praefuit Tarraconensi a. 516 et Gerundensi a. 517

5 *predictus* cod. 6 *magnificentus* cod. 10 *adtollent f. per saecla* Rossius, malo tale *parentis* 11 *aequam libram tenens remeantib.* Rossius, sedisse eum annis XXV. fortasse *aequo libramine minuantib.*

700

Meritis pariterque | et nomine Celsa
hic | corpus. caelebem nam | spiritum caelo refudit |

almo. mundana spre|uit carne subacta cru|ci mactuensque
pros|pera semper aduersa | ridens, sic sodales cunc|tas
diuinctas habens, | seseque praebuit omni|bus alumnam,
non in|par decem sapientibus pu|ellis accenso oliuo
spon|sum praestolata Chr(istu)m. | cuius dep(ositio) IIII
non. Mart. p(ost) c(ons.) Agapiti.

LeBlant in actis acad. inscr. Gallicae 1894 p. 7 Viennae ad S. Petri. annus est 518
1 deest metro *hic recubat* uel quod u. 2 principium est *hic corpus - Celsae*, cf. 694, 1 13 quinque sapientes erant, quinque fatuae eu. Matth. 25, 2

701

Si mentis uirtus lucisque serenior usus
defuncto in Chr(ist)o reuenit, non Tartara sentit
Cymeriosque lacus, meritis post fata superstis
funeris et legem perimens terraeque sepulcris
astra tenet nescitque mori sic luce relicta.
nullis uita dolis cunctum uiolata per aeuum
respuit inlicitos probrosi criminis actos.
insultus iuuenis nullus subrepsit in actus
ambitio nexitque ipsam nec saeua libido.
Bisytes uim passa supernis indita castris.

CIL. V 5737, Rossi inscr. christ. R. I p. 451 Gropelli prope Mediolanium. detritus titulus lectionis minime certae, 'denuo examinetur necesse est' Mommsen. aliud epitaphium praecedit *b(eatae) m(emoriae) hic requiescit in pace Lazara h(onestissima) f(emina) quae uixit ann. XXVIII m. III d(e)-p(osita) die VI idus Februar. ind(ictionis) I Maximo u(iro) c(larissimo) consul.* anno 523. deinde sub carmine *dep. die VI idus Apriles Opilione u. c. cons. ind. II* anno 524
4 *sepulcrum* Frisius dedit, *sepulcriq.* Marinius coniecit 6 init. *uiuet Bsyta deo* Biraghius legebat, nomen hoc ut esset idemque u. 10 8 *insultus* nouum pro *insultationis*, sed *insidios* Frisius. *nullosq. Catonis in actus subrepsit - uoluptas* Lucanus II 390 10 mulierem indicat, cetera uirum: *mens fidei?*

702

Qua[muis maturo] rapiaris funere, dulcis
o se[ruande tame]n nimium festinus obist[i.
. . n]osse putet quae quisq. pauere
. . . eris natosq. gementes
. . . s crudeli in luce relinquis
coniugis et co]niux. solis heu deniq. nobis
defecis. ad manes gaudent quaesisse maritum.
hos tibi germani tristis pro morte paterna
imponunt lacrimis cru(de)lia munera dantes.
bis septem lustris octauo functus et anno
hoc iacet in tumulo repetens Petronius humum.

Rossi inscr. christ. Rom. I 423, 943 cuius supplementa u. 1 3 6 retinui extat in uilla Borghesia. praecedit maritae titulus *hic requiescit in pace Turtura c(lariss.) f(emina) dulcis Petroni coniux, deo seruiens, unice fidei, amica pacis, castis moribus ornata, communis fidelibus amicis, familiae grata, nutrix natorum et numquam amara marito, quae uixit pl(us) m(inus) ann. XXXVII, depo[sita] XV kal. Aprilis Inportuno u. c. cons.* anno 509. carmen cruce praesignatum duabus pagellis distributum excipit duodecimus uersus hic *depositus VII kal. Febr. pos cons. Mauorti u. c. cons.* anno 528. praeludere metro ista *nutrix - marito* animaduertit Leo

2 *semper tamen* Rossius 3 uelut *uitari ne posse putet quae q. p. debet, tu subito moreris* 5 *patre quoq. orbatos* 6 *praecessit coniux* uel *pridem obiit?* 7 i. at. non recte Rossius *deficis ad m.* coniunxit 8 *hos* manes, i. eodem sepulcro te condunt

703

Vltima concludens praesentis tempora uitae
presbiter hoc positus tumulo per secla quiescit
. . ldo superas meritis rediturus ad auras,
gratus in officiis atque omni strenuus actu,
magnanimus puroque fratrum dilectus amore,
corpores hanc requiem meruit pro munere uitae
commendans sanctis animam corpusque fouendum.

Rossi inscr. christ. Rom. II 172, 31, CIL. V 6742, maior pars extat, totum carmen seruauit codex Palatinus qui in quibus differat a lapide adscripsi ut sylloges eius fides cognoscatur   Vercellis. subscriptum *qui uixit in hoc seculo ann(os) pl. m. LXX d(e)p(ositus) s(ub) d(ie) V kal. Iun. p. c. Mauurti u. c. consul.* anno 528   carmen Bruzza Flauiano episcopo Vercellensi Damasi aemulatori adsignat cuius epitaphium habes 709

2 *saecla* codex   3 *Fredaldo* uel *Ingildo* proponit Bruzza: *Dalmatius* cod.   5 *magnanimis* cod.   *que* delet Leo, Hense confert V. Aen. I 344 *magno miserae dilectus amore*   6 *corporis* cod.

704

Emeritae quantum damnato corpore uitae
Vel cunctis exuta malis mens possit, inisi
Sat dedit agnosci uirtus, quem mille labores
Exiliique dolor uicti stupuere fidelem.
Blandus et adfatu facilis sanctusq. sereno
In uultu exponins animum, patientior aequo,
Virtutum specimen, diues sub paupere mundo,
Scribtorum custos rigidus dubiiq. serenus
Excusor ueri, contendens mente beata
Purgatam in terris animam reuocare per aethra,
Indignum clamans demergi crimine uitas
Sulpureasq. undas corrupto corpore adire.
Candor erat mentis uerus semperq. docebat
Omnia factorum nostrae rationis habenda
Participesq. mali facinus qui in fata reclinant.
Vltor inexpletus fidei, bellator in hostes,
Sincerus cultorq. dei domitorq. malorum,
Errantum lumen, qui crimina tolleret ore,
Talis erat specie, quem nec ieiunia longa
Magnanimum uicere, sitim fluuialibus undis,
Algorem uili solitum depellere ueste.
Robore caelesti mundum calcauit et omnes

Terrenas uicit labes purgatior aethra,
Vitarum maculas puro qui decoquit igni,
Rebus qui docuit populos factisq. uocauit.

CIL. V 6723 contulit Mommsen qui litteras Romani aeui magis quam medii dicit Vercellis in S. Eusebii. acrostichis est *Eusebius episcopus et martur*, factam Bruzza putat a Flauiano episcopo
2 i. enisi 9 i. excussor 17 *dominorq.* fertur 20 exitus Vergilianus

705

Pontificis s(an)c(t)i requiescunt membra sacrato
pro meritis deuota loco, qui pace perenni
misticus antistes paradysi sede locatus.
hu[n]c ueneranda sibi suscepit ecclesia patrem
perpetuo Chr(ist)i referentem flore coronam.
iustitiae cultor sacra s(an)c(ta)e praemia legis
sumpsit apostolicae numeratus in ordine turbe.
unum ter quinis adiunxit ep(iscopu)s annum
tergeminoq. super compleuit tempora mense.
Iustinianus ouans penetrauit limina caeli.

Rossi inscr. christ. Rom. II 172, 32, CIL. V 6724 ex codice Palatino Vercellis subscripsisse Iustinianum episcopum Vercellensem concilio Mediolanensi a. 452 Bruzza docuit, epitaphium uideri factum a Flauiano episcopo
4 *huic* codex 6 initium Lucani II 389

706

Grata quies geminas tenet hic in pace sorores,
quas sacer antistes Christo Constantius auctor
germano ad[f]ectu instituit dominoque dicauit,
moribus ac uita similes actuque modesto.
una domus, mens una fuit, domus una sepulchri.
nomine Exuperiae gaudens una, altera fratris,
ambae uirgineum sacratae uertice crinem
intacto castam seruarunt corpore mentem.

quisque fidem trinam confessus dogmate uero,
aeternam fisus Christo cum carpere uitam,
censeat has nunc luce frui uitaque perenni.

CIL. V 6729 ex schedis Modenae uel Ranzae fuit Vercellis Bruzza auctore Mommsenus sorores intellegit Constantis episcopi defuncti circa a. 520, carmen hoc ut alia ibidem scriptum fortasse a Flauiano episcopo
3 *adiectu* traditur 6 altera Constantia

707

Heu memorande pater, longi mihi causa doloris
et quaerenda nimis cunctis tua grata senectus.
te carum suboles, te fixum sensit amicus,
te leuitas toruum, dulcem cognouit honestas.
turpia castigas uiuens cum coniuge casta.
actibus urbanis miscebas gaudia ruris,
ut tua plus gemino fulgeret uita labore.
nam meritum mors ipsa docet, quam pectore laeto
optasti in manibus filiorum saepe tuorum
sumere et amplexu dulci tenuare nepotum.
adfuit his uotis excelsi gratia Christi:
felix uita fuit, felix et transitus ipse.

Rossi inscr. christ. Rom. I 475, 1047 descr. Marini in uilla Borghesia. subscriptum *hic req(uiescit) Achillis u(ir) s(pectabilis) qui uixit ann. pl(us) m(inus) LXXVII, dep. V ka(l). Iun. Paulino iu(niore) u(iro) c(lariss.) c(o)s.* anno 534
5 *castigans* interpretatur Rossius 12 cf. 659, 1

708

Aceruum luctum mihi demisisti, dulcissima coniux.
Non mihi sufficiebat habuisse uita tecum per tempore mala,
Aliam quidem futuram cottidiae optabas bona, sed infelix casus effecit aliena.

Tu uero cottidiae expectabas uidire proxima palma.
Haec tua mi demisisti pignera, fructus, quas desiderabas mecum [per inte]rminata uota.
Optaueram, dulcissima coniux, ut bona uideremus simul...
Longa mala tempora mecum fecisti,
Inimica mors fecit te non uidere quod uoluisti.
Animam quidem tuam suscepit diuina potestas, a qua credo peccata posse tibi demitti.

Rossi inscr. Rom. christ. I 293, 677 pars sinistra extat in Laterano. subscriptum *hic quiescit de qua superius legisti. qui legis, reuertere per capita uersorum et inuenis propium nomen. que uix(it) ann. p(lus) m(inus) q(ua)d(raginta) III, dec(essit) in exilio .... Mar(tias) Appio u. c. Fl. Hierac. urb(anicianus) mar(i)t. s(upra) s(criptae) defuncte ..... dep(ositae) VI id. Mart.* ubi pro *Appio* Rossius primum cum Sirmondo *Aetio* scribendum censuit qui consul fuit a. 432, post p. 487 recte *Appione* cos. id est anno 539 2 *tempora* Sirm. 3 *optabam* desideramus 5 *haec* lapis: mutatum est in *nec* quod sensus postulat et orthographia (*Anatolia*) apud Fabrettium 272, 150 *mecum ....rminata* Manutius descripsit, *mecum geminata* Winghius, *mecum incontaminata* Sirmondus. Manutium secutus Rossius expleuit

709

Flauiani antistitis resonant praeconia uitae.
casto pollens corpore, summi fastigii archae
liliis ceu uernantibus artus conseruans ab aluo
intemerataq. celso de ore uehens membra,
industria sensuum ditatus munere amplo,
speciosa proceraque compta forma gestantem,
amaeniorque existens praeclaris moribus, fibris
cunctis in se linquentibus facinus funditus parcens
nec reuocans prisca memoriae mentis delecta,
insignem gestans opem morib(us) patientiae arcem,
pollens et exiguis dapes porregere multas,
tantaque fari nequeo, quanta insunt gratiae opes,

corde lustrans abdita cuncta fastigia poli,
quamquam aruis gradiens mente aethera pulsat.
u[ixit]que in saeculo annos plus minus LXV,
du]m uocatus a d(omi)no deliquit mundi procella.

CIL. V 6728 contulit Mommsen Vercellis Flauianus episcopus obiisse creditur circa a. 542. elogium fortasse multo multoque post factum cum exoleuisset uetus mos numerorum et 'ritmi monstra' placerent
3 i. albo 6 pro *gestans?* cf. 667, 3 9 i. delicta

710

Clauditur hoc tumulo Benedicti fida iugalis,
quae tenuit castam defuncto coniuge uitam.
nomine Pulcheria fuit, sed nomine formam
signauit mentemq. simul uitamq. decentem.
filius his Thomas, aluit quem blanda relictae
simpliciter pietas cari post fata mariti,
officium sula exibuit commune parentum.
ipsius hic collo genetrix portata quiescit:
tale decus meruit funeris pia mater habere.

CIL. XI 312 descr. Bormann, Muratori 427, 3 Rauennae subscriptum *d(e)p(osita) s(ub) d(ie) id. F(e)b. X p(ost) c(onsulatum) Basil(i) ind(ictione) XIIII* anno 551
7 i. sola, mater paternis uicibus fungens 9 sine uitio *mortis*

711

Hic iunctae saepulchris | iacent Maria uenerabelis | religione et eius Eugenia neptes. |
sed Maria longum uitae c(u)rs(u)m | centeno console duxit.
ob(iit) d. id(u)s | Ian(uaria)s.
Eugenia XVIII ann(o)s habens | iuuentatis florem amisit durae | uiolintia mortis.
ob(iit) d. III kal(enda)s | Ianuarias XII p. c. Iustini ind(ictione) prima.

Monfalcon mus. Lugd. 104, 508 Allmer et Dissard inscr. de Lyon IV p. 124   annus indicatur 552, quoniam Lugduni ab Iustino cos. 540 sequentes anni sunt pernumerati
2 *centeno consule* Mart. VIII 45, 4

712

Fulgida regna petens, caelesti sorte uocatus
Lucis et aetheriae penitrans fastigia laetus
Optimus atque pius nunc Florentinus in isto
Resplendit tumolo meritis sanctissimus abbas,
Effera qui quondam linguae descrimina calcans
Neq. optare malum studuit nec laedere quemquam,
Terruit ipse tamen faciles sed publice uerbis
Iustitiae tramitem seruans cum pace paterna,
Nescia iurandi pandens conloquia cunctis.
Verba d(e)i sollers toto de pectore promsit,
Sancta quibus d(omi)ni resonant praeconia semper
Atque perassiduis concentibus aethera plaudent,
Bella gerens carnis pestifera uitia contra,
Belligeransque palam saeuissima proelia uicit.
Ast hinc celsa poli capiens iam praemia felix
Sanctorum socius fruitur cum laude coronam.

Huius namque uiri corpus per cuncta sacratum
Iamdudum aduectum d(omi)ni cum laudibus amplis
Constantinus ouans posuit faeliciter abbas
Intra beata crucis condens fastigia sacrae,
Nec non et tumuli pretiosa tegmina firmans
Praestruxit solida e crustato marmore fulchra.
Adtamen exactis iam septem denique lustris,
Condita quo fuerant praefati membra sepulchro,
Effulsere Petri tandem de sede beati
Quae propriis meritis pandunt hic signa salutis
Virtutumque simul, praestant et commoda larga

Infirmis ualidum dantes per cuncta uigorem.
Ergo, potens pastor, conpensa praemia uotis
Splendida, sed Chr(ist)o commenda saepe poetam,
Cuius parua tibi promserunt carmina laudem.
Ianuarium exhoc quem candida mente nutristi
Tantillumque semul scalptorem marmoris huius
Adnixis precibus d(omi)no per saecula cuncta
More tuo placidus commenda iugiter. hinc iam
Esse quoque monachum nosti quem, s(an)c(t)e, benignum
Nunc et in aeterno Hilarianum semper adorna.

CIL. XII 944 ex schedis quarum constans in plerisque est lectio, discordans in orthographia (u. 10 *prompsit*, 22 *fulcra* Saxius), LeBlant inscr. christ. Gall. II 246, 512 fuit Arelate   acrostichides efficiunt *Florentinus abbas hic in pace quiescit, amen.* uersui 17 ut noui carminis exordio rursum crux praeposita, subscriptumque fuit *primus itaque fuit scs. Florentinus abbas monasterio nostro* S. Aureliani ut ait LeBlant *per annos V et menses Vs(emis), qui uixit annis pl(us) m. LXX, obiit prid. id. April. duodecies p(ost) c(onsulatum) Basilii u. c. Iunioris indict(ione) prima* anno 553: *post hunc secundus fuit domnus Redemtus abbas.* carmina eo tempore posteriora esse annis plus XXXV patet
36 *quoque et m.* Saxius

713

Cassius immerito praesul de munere Christi
hic sua restituo terrae mihi credita membra.
quem fato anticipans consors dulcissima uitae
ante meum in pace requiescit Fausta sepulcrum.
tu, rogo, quisquis ades, prece nos memorare benigna
cunta recepturum te noscens congrua factis.

Muratori 429, 1 Gruter 1161, 8   Narniae. subsequitur *s(e)d(it) ann. XXI m. VIII d. X, r(e)q(uieuit) in pace prid. kal. Iul. p(ost) c(onsulatum) Basilii u. c. ann. XVII* anno 558

4 *pacem* Gruter 5 *memorare* memento cf. 596, 7 6 *cuncta* Gruter

714

Seruatur fidaei patrieq. semper amator
[h]ic Paulinus iacit cu[lt]or pie[ntis]sim[us aequi.

Huebner inscr. Brit. christ. 82 cum imagine Caermartenshire in Cambria. 'Paulinum paulo ante a. 569 synodo alicui Britannicae interfuisse ex eius aeui annalibus probant docti' Huebner

2 *ic* H. fortasse recte, quamquam in imagine lacuna *h* litterae capax cernitur

715

Pontificis requiem caelesti mune[re cessam
Agnellus uirtute d(e)i non perdedit [illam,
qui optatam meruit lucis cogno[scere pacem,
corporis ipse sui templum serbauit [ut esset.
iustus cum s(an)c(ti)s Chr(ist)o medicante [resurget.
sic quoque pro meritis gaudet qu[i talia gessit.

CIL. XI 305 descripsit Bormann quae supersunt, clausulas uersuum seruauit Agnelli liber pontificalis in quem totus titulus transcriptus est Rauennae. subscriptum *hic r(e)q(uiescit) in p(a)c(e) Agnellus arc(hi)episc(opus) q(ui) s(edit) ann. XIII mense uno dies VIII, qui uixit annos octuginta et tres, depositus est sub d(ie) kal. Aug. ind(ictione) II*[*I* anno 570

5 malis *mediante,* sed cf. 748, 5 6 *neritis* Borm.

716

. . . . . .

mensibus et geminis concludens tempora uitae
uiuit in aeternum nullum moritura per aeuum.
ista ualens fieri fletu manante rogauit
iura sacerdotii seruans nomenque iugalis.

CIL. XII 1045 quae superest partem descr. Hirschfeld

prope Auennionem. subscriptum cum crucis nota *obiit bon(ae) m(emoriae) Casaria medium noct. d(ie) d(omi)nico inluciscente VI id. Decemb. quatragies et VI p(ost) c(onsulatum) Basil(ii) Iunior. u. c. c. ann(o) XII regn. domni Chelderberti regi(s) indict. quinta* anno 587 exordium tituli Polycarpus de la Rivière tradidit ex uetustissimis membranis, ut ipse ait, sumptum, fraudis tamen eum non immunem fuisse Hirschfeldius docet. exordium hoc est decem uersuum *condita Caesariae sunt hoc pia membra sepulchro, cui probitas uirtus facies mens nomen origo connubiumque fuit simili splendore refulgens et dulcis proles, post cuius fata superstes se totam uouens caro cum coniuge Christo, ieiunans, orans, mendicis laeta ministrans has solas censebat opes mercedis opimae, quas illis sacrisque dabat de diuite censu templis. unde satis meritis felicibus aucta, lustris iam denis et quatuor insuper annis* in quo unum abhorret a uetere prosodia *totam uouens.* superiores uersus nihil tale exhibent si u. 4 effertur *sacerdoti*

1 cf. 703, 1

717

Florentia uirgo | Chr(ist)i uix. ann. XXI
et ui ta breui expleuit te|mpora multa.
obdormi|uit in pace Iesu quem dile|xit kal. April. era DCXXVI.

Huebner inscr. Hisp. christ. 21 ex FrLudovico prope monasterium Arcense Lusitanorum. praescripta *α* et *ω* cum signo crucis anno 588

718

Dum simul d(u)lcem cum uiro carpere uitam,
ilico me fortuna tulit semper noxsea cuntis.
uita dum uixi, Venantia nomen in seculo gesi.
ter deciens quater in pace quietos pertuli annos.
ultimum iam solui deuitum comunem omnibus unum.
hoc loco erga meos elegi quiescere proles,
no]ndum quos dominus [uo]cauit purgatos un[da l]abacri.

Huebner inscr. Hisp. christ. 12 ad ectypum prope Eboram Lusitanorum. praefixum est crucis signum, subiectum *requi[eui]t in pace sub d. XI [kal.] Februar. er(a) DCXXXI* qui annus a Christo est 593 negligentius quam sollertius titulus incisus, litterae multa compagine

catenatae, hexametri praeter quartum ad lapidis regulam terminatum notulis discernuntur

1 quae deest littera in *carpere*, ea superest in *comunem* 5, sed hoc idem legisti 693, 5 2 *fortuna tuna tulit* lapis 4 *pertiiu* lapis deuincta *i* priore ad *t* 6 *meos proles* ut in eadem Huebneri sylloge 149, 7 *suorum prolium pignera nata* *elegu* legi potest in effigie Huebneriana

719

Hic iacit Iohannes peccatur et indignus presbiter.
expleto annorum circulo quinto
hunc sibi sepulcrum Iohannis condere iussit
Marcellino suo pro consule nato
germano praesente simul cunctosque nepotes.
ornauit tumolum mente fideli defunctus,
accessit obsis una cum coniuge natis
Anastasii seruans reuerenda limina s(an)ct(i).
tertio post decimum Augusti numero mens(is)
ind(ictione) II praefiniuit saeculi diem.

CIL. III suppl. 9527, Bulič bull. Dalmat. 13 p. 49 tab. III Salonis rep. extra moenia Marcellinum procos. Dalmatiae anno 599 memorari in Gregorii Magni epistulis IX 5 et 82 Iohannemque mortuum esse si indictionis numerus in u. 10 uere fuit II (potest enim ex editis etiam *u* legi nota quinaria) die 13 Aug. 599 adnotarunt editores. continuantur uersus in lapide, nisi quod 1 disiunctus est a reliquis et spatii aliquid circa *ornauit* 6

2 annos L interpretatur Bulič, ego ex indictione LXXV 4 Marcellinus Rossio mihique uidetur Iohannis filius dici, Mommseno filius fratris. debuit aut *natum*, si *nepotes*, aut si *nato*, etiam *nepotibus*. horum causa nuncupatur frater

720

Haec tenet orna tu(u)m uenerand(u)m corpus Vincenti abb(at)ix,
set tua sacra tenet anima caeleste, sacerdos,
regnum, mutasti in melius cum gaudia uite.

martiris exempla signat, cuod membra sacrata
demonstrante d(e)o uatis hic repperit index.
cuater decies cuinos et duos uixerat annos,
misterium Chr(ist)i mente sincera minister.
raptus aetereas subito sic uenit ad auras,
sic simul officium finis uitamcue remouit,
sp(iritu)s adueniens d(omi)ni cuo tempore s(an)c(tu)s
in regionem piam uixit animamcue locabit.
omnibus hís mox est de flammis tollere flammas.

Huebner inscr. Hisp. christ. 142 (inscr. Brit. christ. p. 2*) cum imagine lapidis Legione in monasterio S. Claudii. subscriptum *obiit in p(ace) d. V id. Mart. era DCLXVIII* anno Chr. 630
1 i. abbatis 4 *exemplar* intellegi uolt Wordsworthius. resuscitauit Vincentius abbas S. Vincentium martyrem an cuiusuis martyris adsecutus est uim diuinam? 7 i. mysteriorum 8 s. *aurasic* lapis sed *s* ut uidetur addita super *a* alteram 11 i. uexit et locauit 12 *his* addito apice ad *i* dextrorsum lapis, *hiis* Huebn.

721

Haec caua saxa Oppilani | continet membra, |
glo[rioso] ort[u] natalium, | gestu abituq. co[nspi]c[u]um. |
opib(u)s quippe pollens et ar|tuum uirib(u)s cluens |
iacula uehi precipitur predoq. | Bacceis destinatur. |
in procinctum belli necatur | opitulatione sodalium desolatus. |
nauiter cede perculsum | clintes rapiunt peremtum, |
exanimis domu reducitur, | suis a uernulis humatur. |
lugit coniux cum liberis, | fletib(u)s familia prestrepit. |
decies ut ternos ad quater | quaternos uixit per annos, |
pridie Septembium idus | morte a Vasconibus multatus. |
era sescentensima et octagensima | id gestum memento. |
sepultus sub d(ie) quiescit | VI id. Octubres.

Huebner inscr. Hisp. christ. 123 ex Zamorae schedis in Cordubensi regione (Villafranca) in oliueto rep. sepulcri tegumentum marmoreum grande. aera DCLXXX aequat annum Chr. 642 conlatum hoc carmen cum 699 exuta fere ostendit numerorum uincula et exituum uetera nequedum alia astricta firmiter nisi isocolian ternariam

1 *caua saxa* (iam sing. fem.) iterantur in aliis epitaphiis Hispanicis, referuntur ab Huebnero inscr. Brit. christ. p. 2* ad exemplum Ouidi am. III 6, 45 2 *cl[aro nit]or[e* uel *gloria et decore* Huebner. at *ort[u* aut *ortum* schedarum pictura prodit. clausulam expleuit H. 4 iaculari et uehi (equestrem iaculationem) docetur, praedatum exire iubetur in Vaccaeos Pyrenaei accolas uel Vasconas 5 *desolatur* corrigit H. hemistichia ut pariter desinant 6 *clientes* fortasse lapis exhibuit, nam *clentes* apographum alterum. cf. *pentissimus*, *incinta* al. 8 pro *perstrepit* 10 pro *septembrium*

722

Vius namqe tumulo procumbit Seruande post funere corpus.
parua dicata deo permansit corpore uirgo
astans cenobio cum uirginibus sacris nobile cetu.
ter denis fuit annis uegetans in corpore mundo,
hic sursum rapta celesti regnat in aula.
obiit Iunias decimo quartoue calendas:
hic est querulis era de tempore mortis DCLXXXVII.

Huebner inscr. Hisp. christ. 86 ad ectypum Medinae Sidoniae annus significatur 649

1 huius namque 5 hinc 6 quartoque 7 *querulis* non a querendo sed quaerendo dictum

723

Quisq. legis titulum, lacrimas effunde freq(uentes).
hic situs est iuuen(is) pietat(e) inl(ustris)
eclesiasq. petit securus martur(is) umbra.

Huebner inscr. Hisp. christ. 124 ex Morale aliisque in S. Basilii prope oppidulum regionis Cordubensis. praescriptum fertur *Iusta famula Cristi uixit annos plus minus LXVII*, subsecutum *recepta in pace sub die idus*

Nouembres era DCCI anno Chr. 663. itaque nisi fraus errorue subest, epitaphium aliquod maris iuuenis translatum est in feminam anum

1 *frequenter* Mor. 2 *iubene* idem. desideratur clausula (*et ortu*) 3 traditur *mabi ui* (*mabius* Mor.) *umbra*, emendaui *martur* cf. titulum Cordubensem christ. 126 *sanctorum martyr*(*um*) Zoili et Aciscli al. at Huebnerus proposuit *ecclesiaeq. petit s. Flauius umbram*

724

Quisquis hunc tabule [lustra]ris titulum huius,
ecc]e locum respice, situm [cognosce u]icinum.
malui abere [locum sacr]um [sacer ipse minister.
annis sexsa[ginta p]eregi tempora [uitae.
fune]re perfunctum s(an)c(t)is [com]mendo tuendum,
ut cu]m flamma uorax ue[n]iet comburere terras,
ce[ti]bus s(an)c(t)orum merito sociatus resurgam.
hic uite curso anno finito Crispinus pr(e)sb(y)t(er) peccator in Chr(ist)i pace quiesco
era DCCXXXI.

Huebner inscr. Hisp. christ. 158 ad ectypum rep. in oratorio christiano regionis Carthaginiensis tabula marmorea grandis, nunc Matriti. aerae numerus dubiae lectionis est, Huebnerus *DCC cu*(*m*) | *XXXI* edidit, posse item legi *DCCLV* | *XXXI* sed in saeculum octauum medium non uideri titulum quadrare. ego annum ab Huebnero statutum, christianum 693 accipio, *cu* utrum adiectum sit copulandorum causa numerorum in duos uersus discriptorum an aliud uelint litterae istae *cu* uel *lu* aberrantes ab ordine scripturae non decerno supplerunt Guerra atque Hispani et Huebner

1 *legeris* fortasse uerius Rios 3 ante *annis* cernuntur uestigia litterarum uelut *ia*, ut clausulam talem facias *ecclesia in il*]*la* 5 ss. qui a superioribus seiuncti leguntur, 'mutuatos esse Hispani obseruarunt ex Eugenii Toletani carmine in Recibergam reginam (opp. patrum Tolet. I Matriti 1782 p. 33) in quo *hinc ego te, coniux - funere perfunctam sanctis commendo tuendam, ut cum flamma uorax ueniet comburere terras, coetibus ipsorum merito sociata resurgas*' Huebner 8 *anno*(*rum*)? fac *hic uitae cursu finito in pace quiesco*

725

. . . . .
Ex]celsum dominum men[t . . . .
Poscit et ueniam Chr(ist)i flebi . . .
Inclite quem dignis tumulabi[t honoribus .
S(an)c(tu)s et inlustris herus Leo . . .
Cunctis quod profuit ad spem . . .
Ob quod continue, lector, dom[inum benedicas
Pos]cens ut uenia maneat e . . . .
Viu]at perpetua uita ma . . . .
Sepultus] era DCCC . . . . .

Huebner inscr. Hisp. christ. 128 ad ectypum, paulo pleniorem titulum uiderant Velasquez et Nasarre in agro Cordubensi. aera indicat annum posteriorem christiano 762 aperte fuit acrostichon ... *episcopus*, Nasarrius u. 5 suppleuit *Leouigildis episcopus*, 'nescio quo iure' Huebnerus 1 ..*iiciicx*.. talium uestigia litterarum supra -*sum domin*- apparuere 2 *excelsum* aut si fidem habet *s* a prioribus tradita, *escelsum* acrostichis postulat 4 *dignus* edidit Huebn. at *dignis* imago exhibet 5 i. heros 7 ss. suppleui ob acrostichon 8 uelut *ei quam meret utque* 10 potuit *sub die* . .

726

Parce precor Paulo sanct[orum] maxim[e praesuL
Alta patere poli fac illi culmina, Chr[istE
Viuat in aetherio felix per secla [senatV
Luce fruatur ouans, [re]gno laetetur O[lympI
Vita sequatur eum, mortis sic uincula uincaT
Semper in aeterna caelesti floreat aulA
pauso sepultus ego Paulus praesentib(us) exul.

Revue archéologique a. 1873 m. Iul. p. 61 ex diariis Romanis inuentum Romae ad basilicam S. Laurentii in Lucina. praefixum crucis signum, subiecta haec *dep(ositus)*

id. Mart. ind. VI temp. d(omi)ni Hadriani papae anno 783   duplicem esse acrostichidem intellexit redintegrauitque mutilata Rossius, ultimum uersum Viscontius adiectum putauit ut litteris eius prima et postrema repeterentur *Pauli leuitae* litterae principales, immo syllabis prima et postrema (*exsul?*) altrinsecus lectis quod in medio est nomen repetitur *Paulus*

7 reliquit Paulus praesentia saeculi

727

Te moderante regor, deus. sit mihi uita beatA
Vt merear abitare locis tuus incola s(anct)iS
Spem capio fore quod egi ueniabile. ob hoC
Exaudi libens et sit fatenti uenia largA
Reor, malum merui, set tu bonus aruiter aufeR
Heu ne cernam tetrum quem uultu et uoce minacI
Eden in regione locatus sim floribus ad hoC
Deboret ne animam mersam fornacibus astV
Ocurrat set tua mihi gratia longa perenniS

Rossi inscr. christ. Rom. II 295, 7 ex anthologia codicis Parisini Hispanica   'carmen acrostichum et telestichum *Tuserhedo Ascaricus*, epistula Ascarici episcopi Asturum ad Tusaredum et huius responsio leguntur in patrol. lat. Migne XCIX p. 1231, Ascarici episcopi Hispani meminit Hadrianus I a. 785, epistularum et epigrammatis rudis stilus saeculo octauo conuenit' Rossius. poema genere proxumum sepulcralibus

1 et 10 *mici* codex   4 *Exadi* cod.   6 *tretrum* cod. *te taetrum uultuque* emendat Rossius, ego diaboli notionem desidero aut potius e *tetrum* (*anguem?*) elici posse credo   8 i. deuoret. 'uidetur deesse *diabolus, Belial*' Rossius, adest opinor in 6

728

Dacia quem genuit, suscepit inclita Ro[ma,
m]aerorem patriae tantum luctusque remi[sit.
cui pater Alexander, quique eo nomine dic[tus,
mater Dioclia, annoque uicensimo ui[tae
d]um pollet studiis, fatis decessit ini[quis.

Fabretti inscr. ant. 112, 276 Romae in coemeterio Priscillae uia Salaria. subsequitur *deposit. XVIIII kal. Sept. die V..*

1 ut in Vergiliano sepulcro *Mantua me genuit, Calabri rapuere* 2 cf. 587, 8 3 potest *dignus*, sed praestat nominis quod mortuo fuerit indicium clarum

729

A

Statio Marullo fratri Stercoria sepulchrum,
qui per triginta septem deuixit in annos,
hanc dedit in sed[e e]meriti pro munere iusto.

B

. . u]itam qui foedere nupta iugali
. . . m et super[os] post fata reliquit
. . . . pio . . s . . [u]ictor.

CIL. VI 5167 Romae in sarcophago litteris recentibus inscripto, A ad sinistram, B ad dextram, inuento in columbario uetustiore. si non ritus, at aeui christiani

2 *deuiuere* nouum opinor, καταβιοῦν 3 i. hac post *se* fuisse *b* aut *p* aut *r* fertur, *e* ante *meriti* adumbrata lineamentis superioribus. *in se plus* coniecit Gatti infra 3 alius uersus scriptus erat desinens in *xi* fortasse numerorum notam 4 mulieris epitaphium puto, *qui* pro *quae* scriptum aut *cui* 5 in lacuna unius uelut *a* litterae uestigia exhibentur

730

A

Dixit et hoc pater omnipotens cum [pelleret Adam
'de terra sumptus terrae traderis hu[mandus'.
sic nobis sita filia et Agape Crhist[i fidelis
bis denos septemq. annos emesa [quiescit.
haec illi per Crhistum fuerat sic [plena senectus.

B

Eucharis est mater, pius et pater est [mihi Celsus.

uos precor, o fratres, orare huc quando ueni[tis
et precibus totis patrem natumque rogatis,
sit uestrae mentis Agapes carae meminisse,
ut deus omnipotens Agapen in saecula seruet.

Marini iscr. Albani p. 32 ubi de litterarum transmutatione disserit qualis in *Crhisti* uocabulo hic conspicitur, Rossi inscr. christ. Rom. II p. XXX qui expleuit carmen et inter antiquissima christiana recensuit Romae in coemeterio Priscillae in lapidibus duobus litteris bonis ac rubricatis. uersus 7-10 repetiti leguntur in epitaphio altero mutilo optumae litteraturae, ubi *Marcia* substituta in locum Agapes
1 initium abruptum Leo comparat cum illo καὶ τόδε Φωκυλίδεω, nam tertiam eiusdem monumenti tabulam extitisse non ueri simile est. potuit *cum cuncta crearet* 3 *est* expectes. *Christumque secuta* idem Rossius proposuit 4 i. emensa

731

. . . colonus
. . . p]rima
. . . a]more
. . . i]pse lauacro.
hic ti[bi] finis er[at] uitae, dulcissime nate.
set pater omnipotens, oro, miserere lab[orum
tantorum, misere(re) animae non dig[na] ferentis.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. IX qui correxit et suppleuit in horreis uillae Borghesiae ad portam Pincianam. uersus 1-4 sinistra, ceteri dextra parte lapidis inscripti sunt, post *ferentis* christiana signa ΙΧΘΥC et palma. scripturae genus tale dicitur quale post tertium saeculum uix umquam occurrat
4 *sanguineo lauit deus ipse l.* proposuit Rossius 5 *einis*, 6 *omnipqtens* lapis 6 *oro* et cetera omnia ex Verg. Aen. II 143 s. sumpta, ut monuit Rossius. *animi* Vergilius

732

Hic iacet infelix proprio Cicercula nomen

innocens qui uix(it), semper in pace quiescat.
cui cum bis binos natura ut conpleret annos,
astulit atra dies et funere mersit acerbo.

Marini act. fr. Aru. p. 827 in coemeterio Cyriacae christianis litteris α et ω et Χρ insignitus lapis, litterae malae instabiles semiplenae
1 debuit *proprio nomine* aut *proprium nomen* 3 *natura uix c.?* 4 V. Aen. XI 28, supra 682, 7

733

H]eu quantis impedimur lacrimis memorare sepulcrum,
c]um subito nobis carorum trium prolis aufertur,
Agaton [a]mabilis, teque defleam Yppolite dulcis,
nec non et tu omni[b]us istis carior Petronalis.
o atra dies a qua tumulus sus[c]epit funus germanum.

Fabretti 733, 456 Romae trans Tiberim. subscriptum *hic requiescent in pace Agato Yppolitus et Petronalis ggg. fff.* (puto *carissimi filii tres*) flebile et sacrum poema, de principio cf. 565, metro aptum *opus est*

734

Consul in egregiis bis senis fascibus auctus
magnus ab Insteiis gens inclyta Pompeianus
istic terrenos terrenis sedibus artus
reddidit, inque sinus summi genitoris apertum
aethera peruolitans leuibus se sustulit alis,
caeloq. et terris placida sic pace repostus
felix luce noua saeclorum in saecula gaudet.
femineo sed uicta animo et miserabile dulci
germano diuulsa dolens fratremq. requirens
Paula soror tumulum dedit et solacia magni
parua tulit luctus, tristiq. heu pectore 'salue
perpetuumq. uale frater carissime' dixit.

Rossi inscr. christ. Rom. II 446, 199 ex PSabino Romae fuit trans Tiberim. Sabino *magnus* u. 2 nomen esse Instei proprium uisum est isque Magnus consul ord. anni 460, at carmen utique antiquius, hunc uirum egregium adhuc ignoramus

5 V. Aen. IX 14 *in caelum paribus se sustulit alis*

10 cf. Nymphii elogium Tolosanum AL. Riesii 722, 19 *parua tibi, coniux, magni solacia luctus hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.* fertur *solatia*

735

Hic Festus iacet, cognosc[ite fratres,
quem puerum, Chr(ist)e, monuisti [spernere mundum.
pro meritis credo quia sa[ncta luce fruetur.
bis duodenos necdum conple[uerat annos.
conposuit uersos Marcian[us . . . .

Rossi bull. arch. crist. 1875 p. 48 cuius supplementa adposui in Domitillae coemeterio repertus lapis una cum monumentis annorum 361 367 392. post u. 5 legitur *deposit(us) I idus . . . | qui uixit ann. XXIII et . . .*

1 pleniorem requiro uersum, *fidus amicus* sim., uide 670, 2 et 671, 4 3 *sa[luum surgere . . .* scripsit Rossius quia in Damasi epitaphio quod cum iste sub finem quarti saeculi tum post alii imitati essent (inscr. chr. R. II 252, 1) uersus ultimus est *post cineres Damasum faciet quia surgere credo.* malui equidem iuste concludere orationem

736

Prae cunctis opibus laudem seruauit honesti
iustitia pietate fide prudentia sollers
sancta pudica decens uni deuota marito.
cuius ab occasu uincli pertesa iugalis
octo et bi(s)senis uidua permansit in annis.
natorum curam miro suspexit amore.

Rossi inscr. christ. Rom. II 447, 200 ex Sabino in S. Pancratii Romae. subscriptum *uixit ann. LXVII m. V d. XVIIII, dep(osita) VIIII id. Octob.* Sabinus epitaphium Prudentiae matronae dixit, adsentitur Rossius ob metrum u. 2 et quia nomen defunctae desideratur. hoc potuit esse

praescriptum, correptum ablatiuum aequiperat nominatiuus productus u. 5

1 cf. Lucan. II 389 4 cf. V. Aen. IV 16 18

737

O Rhode, dulcis anima, aceruo mihi funere rapta,
qui tantum properasti matris foedare senectam
senilemque aetatem tantos onerare dolores,
te sine namque mihi nec lux nec uita iocunda est.
quid primum tollerare queam, tua dum singula quaero,
cum uenit in mentem quod tuorum tu decus omnium esses?
quid pudor castus, quid s(an)c(t)a fides moresque benigni
ingeniumque doctrinaque tua et uerba sobria mente?
prudens et innocua caelestia regna petisti.
iam uale perpetuo dulcis et in pace quiesce.

Rossi inscr. christ. Rom. II 87, 31 et 116, 91 e codicibus Petropolitano et Palatino fuit inter monumenta uiae Salariae nouae

2 i. quae *properas* Petrop. qui primos uersus bis exhibet, loco altero 3 dicebant *onerare uinum* et *nauem uino* 6 *tu* om. Petr. 8 *ingenium doctrina et uerba salubria mente* Petr. *menti* idem manu secunda et Pal.

738

Difficile] est dictis narrare singul[a gesta.
ergo hoc so]lum discis hic iacere pue[llam
quae liquit] cito subolem digno sibi ss . .
quisque] legit rs haec me uera parasse [maritum.
te mori]ente sedent in luctu pa[rentes
. . et eam rei p . . .

CIL. XIV 1935 descr. et suppleuit Rossi Romae in suburbano Paccae. praescripta α et ω et Χρ

1 *s. plenis* Hense 3 ex *ss* altera non plena legitur, conicio ex 4 raptam spem subolis sponso siue sodali 4 *rs* lapis: *respondeat* sententia respuit, *ratus?* tum addendum *dolebit* sim.

739

Praenestina, tibi Verus tuus heu [g]raue munus
soluo sub hoc carum deponen[s] marmore corpus.
discreuit nos uita quidem, se[d] uiuet amoris
indiuisa fides, erit hic quoque copula nobis,
coniugio nostro nec mors [d]iuortia ponet.
concordes animas Christ[u]s reuocabit in unum.

CIL. X 1230 descr. Mommsen Abellae in S. Petri. supra corona cernitur, infra scriptum *d(e)p(osita) XII...*

740

Ceruia quae idem uixit Abundantia saeclo,
ter denos aeuo binosque quater attulit annos,
laeta doli expers, culpa procul, insons honesta,
astrigeram scandit alma uiam caeloque recepta
hic uitae metas, hic inania membra reliquit.

CIL. V 6202. AL. Burmanni IV 84, Meyeri 1467 Mediolanii, periit. subsequitur *d(e)p(osita) pridie nonas Ianuarias*, praecedit *b(onae) m(emoriae)*, circumiecta sunt christiana insignia columba, Χρ, αω

1 eadem Abundantia nomen habuit 2 debuit *tulit* 4 *secat* Alciatus corrigit (Grut. 1051, 2), *alta* Schraderus 5 *et inania* Alciatus

741

Leontia bene merita teget haec sedes cui tale sepulchrum
sancta beatorum merito uicinia praestat.

CIL. V 1678 Aquileiae in ruinis ecclesiae ss. Felicis et Fortunati. subscriptum *haec uixit cum uiro suo Simplicio annos. XIII et aetatis suae annos XXXII, felio Valentiniani clarissimi et Vetranissae*

1 fac uelut *Simplicium tegit* 2 Ouidiana ex P. II 9, 79 *tua nunc uicinia praestet* adscripsit Cortenovis

742

Nuper praeclaro signatus munere Crhisti,
qui quondam dura genitorum morte direptus
suscepi gratos meliori sorte parentes,
sed traxit fortuna diem nec distulit horam,
nam geniali solo praeclusi[t t]empora uitae,
nomen Alexander: patriam genus s[i que]ris, hic est.

Stevenson in Waalii ephem. antiq. eccles. 1888 p. 343, CIL. XI 2836   Volsiniis in coemeterio S. Christinae litteris saeculi quinti. subscriptum *hic uixit ann[is..mens.] VIII die[b...deposi]t. II idus Septem(bres)*
5 *geniali* in patria   6 debuit *patriam si quaeritis.* Bormannus [*si cu*]*pis* edidit

743

Si mentes puras retinent con[finia caeli,
Castorius iuenis sociis nunc here[t amatis
corporeos nexus linquens et uincu[la uitae.
aeternas sedes meruit conplecti pi[orum.
sublimes animas nullus putet ire sub [umbras,
occubat in terris sapiens, sed uiuit in a[uris.
et nunc, docte puer studiis et iure pe[rite,
in uirenti loco comitatur tur[ba piorum
et laudes repetit uit(ae), fit [sp]iritu[s . .

Stevenson in Waalii ephem. antiq. eccles. 1888 p. 342 qui pleraque suppleuit, CIL. XI 2839   Volsiniis in coemeterio S. Christinae, saeculi fere quinti, infuma perierunt, cum decimo uersu absoluentia nonum
2 *iuenis* descr. Bormann, *iuuenis* Stevenson   *haeret adeptis* Hartel proposuit, *adultis* Stev.   9 illa fere Borm. excepit, tantum *et laudes re*[*sonat* Stev.

744

Tenet amicoru[m me]moria carit[atem

Honoremque mil[iti]ae perfunctu[s obiuit.
Eius enim fides ostendit corniculoru[m
Omnibus conmilitonibus amicisque fi[delis
Deo gubernantem fama magis quam pec[unia,
Vrbanae praefecturae officium eius inte[gritatem.
Laudes eius, si sufficerem, dicerem semper.
Vt rata sint ei prom[i]ssa munera lucis,
[S] . . . .

Rossi Roma sotterranea III p. 556 qui composuit fragmenta et suppleuit in coemeterio Callisti. scriptus erat titulus duabus pagellis, quarum dextra periit tota

3 cornicularius Theodulus fuit et ex officio praefecti urbis 4 *firmata?* 8 contulit Rossius Antonii carminis aduersus gentes uersum 225 *hoc facit ut rata sint uenturae munera uitae*

745

Omnia bona meruit ipse dum uiueret annis,
Nec quidem tale aliquis potest adtingere filis,
Ergo gloriosa uita filiorum gauisus,
Sex iubenis super cum unam sorore,
In omnibus bona, uidens celestia regna.
Magna est pietas Chr(ist)i redonare delicta.
Iam si queris nomen, capita uersorum require.

CIL. XIV 2224 b descr. Lanciani, Notizie d. scavi 1884 p. 239 in sepulcreto Nemorensi in tabula marmorea. praescriptum *Onesimo b(ene) m(erenti) i(n) p(ace)*, subscriptae notae eaedem *b. m. i. p.* et inferius christianae αω Χρ et *Vsent*

2 *audtingere* fertur conexis *a* et *u* *filis* non filius sed per filios 4 post *sorore* hiatus tribus hastulis notatur quasi abrasae *m*: sex filii superstites erant cum una filia 6 *delieta* lapis

746

. . . . ianorum nuncupabitur
. . eccle]siaeque atria sancti

. . . aula pudoris
. . ing]ressus letabili tumulo metas
. . planx]imus interiori defessi parentes
. . clerus] sanctus episcopusq. Iucundus
. . pl]eps obeuntia funebri peracta
. . mic]at insonti lux alma quae celsa
. . . re..si. nos atque intima tutum
. . . em placidum componitur curae .
set tu accep]tum habeas, Agapite sancte, rogamus.
. . . erum Placidianum merenter uersibus dixi.

CIL. XIV 3415 Praeneste in marmorea tabula saeculi quarti aut quinti. in ecclesia conditus iuuenis a parentibus fletur. mali uersus fortasse ab acrostichide (*Placidianus* excepto 12) aliquid excusationis habebant recepi quaedam Marucchii supplementa (6 et 7) qui 3 *aula pudoris* tam hic legi quam in inscriptione ecclesiae S. Petri Romanae (supra 315, 1) animaduertit, paucissima adieci ipse 7 *obeuntia* fortasse nomen quale obsequentia dictum ab obeundo munere exsequiarum 8 aeternum micat insonti lux quae nondum reuisit nos atq. intima uix mens ad finem componitur curae? 9 *atque* an *aeque* in lapide sit dubitat editor 12 *merenter* incertum ut quod testis uetus diuinarit magis quam legerit, noui non legerint

747

Adeodatus indignus archipresuiter s(an)c(ta)e Nol. eccl. requiescit hic
Dilectus a d(e)o et hominibus in sacerdotium.
Erat enim in sermone uerax, in iudicio iustus, in commisso fidelis,
Omnia in se abuit que Chr(istu)s amauit, fidem caritatem et cetera,
Dulcis et benesuadus in uersibus suis semper.
Atduxit munera quopiosa, quando ingressus est in s(an)c(tu)m Felicem,

Tempore quo nullus fuit pretiosior illo sacerdos.
Vixit cunctis diebus uite sue ante ordinatione ann. XXX,
Sedet sacerdotali ordine ann. L.

CIL. X 1365 uidit Mommsen Cimitile prope Nolam in S. Felicis. supra est columbae tenentis oliuam, primum et postremum crucis signum, decimus uersus *et dep(ositus) est*

748

Lumine uirgineo hic splendida membra quiescunt.
Insigneis animo, castae uelamine sancto
Crinibus imposito caelum petiere sorores
Innocuae uitae meritis operumque bonorum.
Noxia uincentes Christo medicante uenena
Inuisi anguis palmam tenuere perennem,
Aspide calcato sponsi uirtute triumphant
Letanturque simul pacata in secula missae
Euictis carnis uitiis, saeuoque dracone
Obluctante diu subegunt durissima bella.
Nam cunctis exuta malis hic corpora condunt.
Tantus amor tenuit semper sub luce sacratas,
Iungeret ut tumulo sanctarum membra sororum.
Aluus quas matris mundo emiserat una,
Ad caelum pariter mittet domus una sepulcri.
Mirifico genetrix fetu, quae quattuor agnas
Protulit electas, claris quae quattuor astris
Emicuit castoque choro comitante Maria
Letatur gradiens germanis septa puellis.
Ingressae templum domini uenerabile munus
Accepient, duros quoniam uicere labores,
Floribus et uariis operum gemmisque nitentes
Lucis perpetuae magno potientur honore.

Aduentum sponsi nunc praestolantur ouantes
Veste sacra comptae, oleo durante beatae.
Immortale decus numerosa prole parentes
Aeterno regi fidei pietate sacrarunt.

nomina sanctarum lector si forte requiris,
ex omni uersu te littera prima docebit.
hunc posuit neptes titulum Taurina sacrata.

CIL. V 6731 ex ms. S. Eusebii uita quam transcripsere Ferrerius quem in plerisque sequimur anno 1609, Baldessanus, Cusanus. orthographica ut parum fida omisi fuit Vercellis. acrostichide nominantur *Licinia Leontia Ampelia Flauia.* male Cusanus uersus 15—21 positos post 22—27 habet unde *Flauia Ampelia* prodit
2 *insignes animae castis u. sacro* Bald. Cus. 4 *mentis* Ferr. 5 *Christo iuuante* uel *iuuante Christo* Bald. Cus. 7 *aspis* per Christianos ut Commodianum et Prudentium generis facta est masculini ut anguis et draco
10 *oblectante* Ferr. Bald. 24 *praestolari iubentur* Cus. cf. 700, 14 27 *regi fidem* Cus. *regis fidei* Ferr.
30 *sacratum* Cus.

749

Munus uirgo tuum inuiolata carne iuuasti
Aeternumq. inde adepta per saecula nomen
Coronam pacis habes, quam castis dat ab origine princę.
Regnare qui quiuit, sanctis dedit uictoriae palma.
In sinus iam requiescis Abraham Iacob adque Isac,
Nulla poenarum te loca ditinent horrendae gehennae
A deo, Macrina, uiuis semper in nomine Chr(ist)i.

CIL. V 3216 contulit Mommsen apud Vicetinos
3 i. princes princeps (ut alibi *ples* pleps) 5 *alque,* 6 *roenarum,* 7 *niacrina* in arca scriptum est. graeca formula ἀνάπαυσον ὦ θεὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς κόλπους Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ 7 caue iungas *adeo*

750

Pro nefas, iste tuum loquitur, Petronia, nomen

iam titulus nono uixdum lacrimabilis anno,
nata diu dulcis et longi pignus amoris.
uita breuis, sed nunc istic iam longa parentum
uulnera. Nereus genitor genetrixque funesti
Sofronia breuibus tumuli fleuere querellis.
tu tamen hinc spera caelum pia mente, fidelis.

CIL. III suppl. 9610 descr. Hirschfeld in basilica Salonitana in sarcophago cuius operculum sub protomis muliebribus scripta habet *deposita Petronia die III kal. Aug.* et *deposita Sofronia die XII kal. Iul.*, ipsa arca habet *depositus Nereus die II nonas Agustas*, tum carmen. post mortem parentum compositum esse titulum cum filiae tum ipsis parentibus intra breue tempus mortuis (cf. 6 *breuibus*) monuit Mommsenus. qui extrema de spe caelesti uerba Petroniae mortuisque dicta singulis putat, ego potius in cohortationem legentium fidelium .
3 Vergili clausula cf. 360 5 quasi *Neraeus* pronuntiatur (GLK. VI p. 67)

751

Hic puella iacet pr[imis cito rap]ta sub annis
Siluia [materno reno]uans in nomine fletus,
[quae uitam] pro morte tulit ne[q]u[e Tartara foeda]
uidit et ad dulcis [paradisos nunc] aditu[ra
ut] sperauera[t . . . .
occ[idit i]nfelix seru[ans in saecula n]omen
que . . . na iubent . . . beatos.

CIL. III suppl. 9613 contulit Hirschfeld Salonis in basilica suppleuit Rossius 1-3 init. et 6, addidi incertiora etiam supplementa 3 ex. et 4. 5 ut adumbrarem sententiam numerosque, quamquam plenum hexametrum non capit lacuna u. 5 eorumque quae u. 3 excipiunt uerborum in uersus distributio ambigua est
7 quae praemia habere diuina iubent praecepta beatos?

752

in lucem po]stquam [te fudit celsa u]oluntas

annos et uir]ides postquam doctrina repleuit,
tunc lacrimat]us abis, tunc gaudia larga parentum
spesque omnes] mesto tecum sub puluere condis.
at super astra] deus, qui te formauit et aufert,
clemens accipi]at seruetque ad gaudia membrum.

CIL. III suppl. 9638 descr. et expleuit Bulič Salonis in basilica in opere musiuo

4 *spes laetas*, 5 *omnipotensq.* Bul. 5 *Iouem qui ponit et aufert* Hor. ep. I 18, 111 (monuit Leo) 6 i. membrorum, ex resurrectione

753

Hic iacet Heraclius nimium dilectus amicus,
eloquio primus, nulli probitate secundus.

Rossi inscr. christ. Rom. II 116, 95 et 90, 52 ex schedis ipsoque lapide a uia Salaria translato ad S. Mariam Transtiberinam, 'in lapide secuntur uersus duo, alii exsecta tabula perierunt'

2 *pietate* substituerat Gruter 1176, 10. Vergili Turnus *haud ulli uirtute secundus*

754

Paccius hic ego sum Germilla compare gaudens.
uiximus heu nimium frugi, dum iussa tulerunt,
atque per emensum spatiis transegimus aeuum,
coniuge cum s(an)c(t)a suscepta prole potitus,
per senos iterumque decem sat fecimus annos.
tristia sunt natis, sed multum grata parenti,
ut prior in pacem cedat subolemque relinquat.

Rossi inscr. christ. Rom. II 116, 94 et 88, 36 e codicibus uia Salaria noua

3 *transegimus* absolute i. satagendo ad finem peruenimus

755

Corpus humo, animam Chr(ist)o, Petroni, dedisti.
nam iustae mentes fouentur lucae caelesti

sidereasque colunt sedes mundoque fruuntur.
tu, dulcis fili, memor hinc aspice nostri.
nunc igitur laudes quas clauso pectore mecum
ipse uolutabam, referam: tu lumen auorum,
tu decus omne tuis, te flent orbati parentes,
blandus eras seruis cunctisque benignus amicis.
iustum dulce pium, rogamus, suscipe Chr(ist)e.

Rossi inscr. christ. Rom. II 118, 103 ex codice Pal. et marmore quod uiderat olim in S. Laurentii in agro Verano 1 *humi* codex 2 *iam* cod. 5 *tunc* cod. post 9 'in imo lapide duo uersus paene deleti qui in codice desiderantur' R.

756

Aspicite uenientes hic mea membra sepulta:
hic recubo felix parba etate peremta.
Felicia mic(h)i nomen est ex progenie ductum,
octauo etatis in s(ae)clo gesseram anno.
dulcis eram patri et garrula matri,
serbis eram leta, tota me leta ferebam.
non uitium mors, consuetudo propria natis,
uirginio iam in cetu nunc letior adsto.
ultime cum dominus totum concusserit orbem,
tunc cineres (i)sti mundo pereunte resurgent.

Rossi inscr. christ. Rom. II 273, 3 ex codice Parisino saec. VIII in quo praecedit epitaphium Monnicae Ostiense 5 *et carae garrula* proponit Rossius 7 confert idem Senecae dicta CIL. VI 11252 *mors etenim hominum natura, non poena est; cui contigit nasci, instat et mori* 9 cf. 684, 7 10 *nunc* codex, em. Rossius

757

Condita sub tu]mulo requiesc[i]t cor[pore Marth]a,
cui deus pandad [caelor]um ostia summa.

Gatti in actis municipal. Rom. 1889 p. 468 qui suppleuit pleraque   Romae in pauimento ecclesiae S. Clementis. sequitur [*transiit*] *de hoc mundo mens*[*e Mar*]*tio die VI indictio*[*n*]*e nona: r*(*e*)*q*(*uiem*) *et*(*ernam*) *d*(*ona*) *e*(*i*) *d*[*omine*

758

Hoc tumulo Baioli conduntur membra sepulti,
sed pollens anima praeclaro manebit Olympo,
meruit pontificum qui primus uestiarius esse,
quem seruator poli redimiuit stola perenni.
haec Decorosus amici depinxit in uertice tymbae
acolothus, ne lateat quis hic humatus quiescat.

Rossi inscr. christ. Rom. II 65, 16 et 107, 53 ex syllogis Turonensi et Laureshamensi (Gruter 1173, 6)   locus sepulcri uidetur uia Latina fuisse
3 omisit Turon.   6 i. acoluthus

759

Presbyter hic uoluit Sisinnius ponere membra
omnibus acceptus populis dignusque sacerdos,
qui sciret sanctae seruare foedera matris
blandus amore dei, semper qui uiuere nosset
contentusque suo nesciret diuitis aulam.

Rossi inscr. christ. Rom. II 65, 17 et 108, 56 ex syllogis antiquis   ad urbem, fortasse uia Latina

760

Victor ego quondàm in matura aetate defeci
ereptus superis Tartarea custodia sedes.
etsi inimici multi, tamen superasse me credo
carendo insidias gemitumq. meorum laborum.
redditus in terra corpus cui uita herebat,
sp(iritu)s animaque mea expecta die ultimo causa.

aduentum s(an)c(t)i credo gaudere me iuste,
seruii mandatis mea ab ineunte aetate.
per gradus ascendi, usque hoc presbiter ueni,
terra marique fui tantum pro nomine Cristi.
expecto mercede bonis repromissa caelorum,
annorum quinquaginta hodie aetate peregi
d. IIII id. A[pr.

Fabretti 329, 484 ad uiam Nomentanam
2 uoluit opinor in nomine uerboque ludens intellegi *uictor defeci T. c. sedes* 5 an *redditur?* 6 i. expectat causam 8 cf. Plaut. trin. 301

761

Omnia quaeque uides proprio quaesita labore,
cum mihi gentilis iam dudum uita maneret,
institui cupiens censum cognoscere mundi.
iudicio post multa dei meliora secutus
contemptis opibus malui cognoscere Christum.
haec mihi cura fuit, nudos uestire petentes,
fundere pauperibus quidquid concesserat annus,
psallere et in populis uolui modulante profeta.
sic merui plebem Christi retinere sacerdos.
hunc mihi conposuit tumulum Laurentia coniux
moribus apta meis semper ueneranda fidelis.
inuidia infelix tandem compressa quiescit.
octoginta Leo transcendit episcopus annos.

Rossi inscr. christ. Rom. II 92, 62 et 106, 48 ex codicibus adhibitis marmoris fragmentis quae in agro Verano reperta sunt temporisque notas adscriptas fuisse sub carmine et in margine laeuo ostenderunt, neglectas illas ab exceptore, bull. crist. 1864 p. 55 et 1881 p. 34

12 uersus idem eodem i. paene ultimo loco in epitaphio Redempti leuitae fortasse Damasiano Rossi ibid. II 109, 61a: *haec fuit insontis uita, laudata iuuentus. inuidia infelix tandem conpressa quiescit. nunc paradisus habet, sumpsit qui ex hoste tropaea*

762

Hic requiescit in pace Mercasto
qui florentem aeuum LX egit per annos.
iucundam uitam haec per tempora duxit.

CIL. XII 2130 fuit Viennae. cf. CIL. XII 2127 *aeterna hic Martina in pace quiescit, qui [fl]oren[tem a]euum [sexaginta e]git [in annis,* ut corrigam malum qui supra legitur hexametrum. ad alterum deest *pius* sim.

2 masculine *aeuom* post Plautum Lucretius extulit, indiscrete idem *aeuo florente*

763

Hi requiescit in pace Eunomiola
quae uixit bis denis et nouem simu labentibus ann(i)s.

CIL. XII 2113 contulit Hirschfeld Vienna Lugudunum translatum marmor. male cessit carmen ei qui fecit, male etiam inscriptio cum 2 *uixit eis d.* tabula exhibeat. exitus Vergilianus

764

inlus]tris ortu generis, sanc[tus studiisque
imb]utus bonis primum defl[oruit aeuum
qui]nque simul decim meruitq[ue annis reuolutis

CIL. XII 2703 descr. Hirschfeld in agro Albensi Heluorum in marmore usque quaque fracto saeculi fere sexti

1 princ. expleuit Allmer 2 *de flore iuuentae* proposuit Hirschfeld 3 meruit coronam aeternam, talia continuabantur

765

Castitas fides caritas pietas obsequium
et quaecumque deus faeminis inesse praecepit,
his ornata bonis Sofroniola in pace quiescit.
Martinianus iugalis eius titulum ex more dicabit.

CIL. XII 2143 uidit Hirschfeld Viennae. subscriptum *obiit octauum idus Iunias* saltem u. 2 et 3 numeris iste decurrere uoluit dactylicis, hinc etiam fatuum illud *ex more dicauit*

766

Hoc iacet in tumulo sacra qui mystica semper
diuisit populis pietate honore decorus,
quem nemus Aelysium Marinum conclamat omne.

CIL. XII 2124 descr. Allmer, particula perparua extat Viennae

2 *pietatis* intellego quia tritior haec erat copulatio, non *pietate et honore* 3 in *Marinum* ultima littera nescio quo modo commutata est subiectaque ante *conclamat* quod in tabula uersus noui initium est, nota similis gamma graecae

767

Vndiq. diuinis exornans cultib[u]s a[ras
casto dum n[u]tr[i]t honore et uigi[lat ut mox
pugn[a] disced[at p]alma[mque f]ru[at]ur [in astris,
quod meruit lacrimis, quod uotis fida po[poscit,
id tribuente deo iam longa in gaudia [cedit
coetibus admixta futura in [s]aecu[la sanctis.

CIL. XII 2098 ad ectypum Viennae. sequitur *quae ui*[*xit*] *annos XLVII obiit in Chr*(*ist*)*o IIII id. Noum*(*bres*) *II p*(*ost*) *c*(*ons.*)*?..* supplementa indubia Allmeri sunt

1 *aeuum* aut *annos* spernendum. *aedes* Hartel 2 *uigile corde* Hartel 3 prima Allmer suppleuit (*discedens*), *fruatur* ex litterarum uestigiis ego 5 *cessit* praebuit Hirschfeld

768

Hic titulus teget diac(onum) | Emilium, quem funere | duro
eu nimium celere | rapuit mors impia cursu.

CIL. XII 5862 descr. Morel, depinxit et enarrauit Le Blant in actis acad. inscr. Gall. 1890 p. 325 in uico Andance regionis Viennensis in tabula quadrata, saeculi fere VI. adhaeret *XXXVIII etatis sue anno: mortem perdedit, uitam inuenit, quia auctorem uite solum dilexit*

1 *diac.* numeris superest

769

Indolis hic iacit heu ecce sepultus
cunctis karus, exosus non nisi maliuolis
Dextrianus nomine uocitatus in uita,
nec inmerito, nam tuo sic munere, Criste,
dextris tibi nunc fide adsistit in agnis
aeternum sperans te, d(omi)ne, largiente donum.
prudentia erat praeditus formaque decorus.
non aliud umquam habuit nisi cum bonitate fidem,
nec defuit illi eligans cum uerecundia pudor.
bis undenos aeui conpletis duxit mensibus annos
pulcer et innocuus, pia semper mente probatus.
lugemus te, miserande puer, quia breue omne 'quod bonum est.
obiit e saeculo astra petens die tertium nonas Iunias, quod est indictione prima.

CIL. XII 592 uidit Hirschfeld Aquis Sextiis in tabula marmorea. hexametri modiue singuli binos in lapide uersus inplent, primum et postremum cingunt signa crucis 1 post *heu* quae est crucis nota ex ea fortasse adsumendum quod uersui sermonique deest *uenerabilis*, *insignis* sim. 3 *uocitatatus* lapis

770

Insegnem genetum cruces munimene septum,
i]nsontem nulla peccati sorde fucatum,
The]udosium paruum, quem pura mente parentes
op]tabant sacro fontes baptesmate tingui,
imp]roba mors rapuet. set summi rector Olimpi
prae]stabet requiem membris, ubi nobele signum
prae]fixum est cruces, Chr(ist)ique uocauetor eres.

CIL. XII 5750 descr. et suppleuit LeBlant rep. in riuo Verdone (La Gayolle). praefixum signum crucis 5 Ouidi Lucanique clausula 7 i. uocabitur heres

771

Paulina h]ic posita est clarissima femina [mater
q]uae meruit miserante deo ut funus [acerbum
nesciret natae, quae mox in pace se[cuta est.
concessum est solamen ei n . .
q]ue potuit cr . . . .

Hettner mon. lapid. Treuer. 168, 404 Kraus inscr. christ. Rhen. 158 tab. VII 8 Treueris in museo prouinciali
2 *eunus* marmor. *funus Hilarinae* Hettner proposuit, malo hiatum statuere 4 *natam superesse, quae potuit credi multos uictura per annos* talis fortasse sententia
6 infra *potuit* quaedam litterarum, ut Kraus putat, christiani monogrammatis reliquiae

772

Hic iacit Artemia, dulcis aptissimus infans,
et uisu grata et uerbis dulcissima cunctis.
quattuor in quinto ad Chr(istu)m detulit annos,
innocens sub[i]to ad caelest[ia reg]na transiu[it.

Kraus inscr. christ. Rhen. 287 tab. XVIII 4 Coloniae Agrippinae in S. Gereonis
1 Gallicorum de liberis christianis carminum complurium haec clausula *dulcissimus aptus* (LeBlant n. 376 ss.)
3 inter *quinto* et *ad* paruum est in lapide interuallum, neque tamen scripturae fuisse quidquam puto (*quintos* Kraus uoluit) 4 expleuit Lerschius

773

Vrsiniano subdiacono sub hoc tumulo ossa quiescunt,
qui meruit sanctorum sociari sepulcrum,
quem nec Tartarus furens nec poena saeua nocebi[t.
hunc titulum posuit Ludula dulcissima coniux.

Hettner mon. lap. Treuer. 157, 374 Kraus inscr. christ. Rhen. 174 tab. VII 2 Treueris rep. ad S. Paulini. sequitur *r(ecessit) V k(al.) D(ec.)* et interiecta columbarum calici adsidentium figura *uiixit annis XXXIII*

2 *sepulcrum* pro certo adfirmat Hettner, quod si ita est, idem ac *sepulcro* ualet, aut potius *sociari* nouam structuram accepit eandem quam *sequi* ac deponentia transitiua. *sepulcris* Kraus ceterique 4 *ludula* H. *lupula* Kr.

774

Ne dubium long(o) umquam [q]uereretur in ebo,
quis hoc mortalium fuisset conditus humo,
Victorianum scribere curae fuit, qui suis omnes partitus opes
posteritati ea magna piaetate relinquit.

CIL. VIII 684 contulit Wilmanns, Guérin Tunis I 405, 176 Mactari in cippo recentioris aetatis, *u* formata in utriculum. praescriptum *Vmbrius Victorianus*, subscriptum *uicxit anis LX m. VIII.* in lateribus adscriptum sinistro *Vmbria Veia uicxit in pace anis XIIII ms. V* dextro *Vmbria C[heli]do in pace uicxit annis XLIIII menses III*
1 *uereretur* exceperunt, emendauit Rossius ex Lucano II 344 *nec dubium longo quaeratur in aeuo*, cf. 678, 1
2 *hoc humo* ueteres apud Priscianum p. 269 et Appuleius met. I 13 4 *fama gna* Guérin, sane melius *fama (ma)gna*

775

. . . ad a[stra
. . biber . .
ne la]crimas [d]imissa coniuge fundas,
ni doleas talem cui pro mort[e] data bita perennis.

CIL. VIII 2018 (Renier inscr. Alg. 3156) add. p. 939 Theueste. tria marmoris fragmenta concinnauit Garruccius subscriptum *depos]ita pridie kl. | ...indictione | ...in pace*
2 i. uiuer- 4 *ni* in ruptura ut possit fuisse *ne*

776

. . . . ii ex Nicii . . dom(ina) | [d]u[lcis]sima
Chr(ist)o lumine | iustitiae decorata ma|gistro.
recipe tu nos et m|ios.
quibus [pro m]eri[ti]s s(anctus) | cura merita[m r]eddet.

CIL. VIII suppl. 12130 descr. IohSchmidt Chusirae in Byzacena prouincia. *d* litterae graece factae ut delta

1 cf. 557, 2 *ex Nicia* *karis]sima* Schmidtius 2 *Christo* seorsus in medio ita conlocatum est ut rursus prorsus spectet *decorata* (*a*) *m.* Schm. 3 *recipi* fertur 4 *sanctus* interpretor, *suis* Schm. supplens deinde *merita ille r.*

777

Martyribus domini animam corpusq. tuendi
gratia commendans tumulo requiescit in isto
Siluius hic pleno cunctis dilectus amore
presbyter, aeternae quaerens qui premia uitae
hoc proprio sumptu diuino munere dignus
aedificauit opus. sanctorum pignora condens
praesidio magno patriam populumq. fidelem
muniuit tantis firmans custodibus urbem.
sustulit hunc laetum mundo longeua senectus
aeternum uitae, aetas matura quieuit.

CIL. V 6817, Rossi inscr. christ. Rom. II 173, 36 ex codice Palatino Eporediae

1 *tuendo* Gruter 1070, 2. coniungi oportet *tuendi gratia* (σωτηρίας χάριν) 3 cf. 703, 5 10 *maturaq. luit* codex, emendaui

778

Inlustris meriti recubat hoc marmore tectus
ecclesiae legisq. memor semperq. dicatus
Arsacius, domino reddens laudabile munus,
in fide catholica credens consistere uitam.
pauperibus donauit opes mortalia linquens.
membra solo posuit, caeli perrexit ad astra.
ter denos geminans transcendit cursibus annos.
aeternum laetus rediens rediuiuus in aeuum
praemia pro meritis capiet sub iudice iusto.

CIL. V p. 617, 6 Rossi inscr. christ. Rom. II 163, 6 ex codice Palatino Mediolanii, nam ibi inuenta carmina in codice praecedunt ibique Arsacium fuisse episcopum fama est

4 *uita* cod. 6 idem uersus supra 692, 3

779

Discite, qui legitis, diuino munere reddi
mercedem meritis: sedis cui proxima sanctis
martyribus concessa deo est gratumq. cubile,
Sarmata quod meruit uenerando presbyter acto,
septies hic quinos transegit corporis annus
in Chr(ist)o uiuens auxiliante loco.
Naiarius namq. pariter Victorq. beati
lateribus tutum reddunt meritisq. coronant.
ó felix, gemino meruit qui martyre duci
ad dominum meliore uia requiemq. mereri.

CIL. V 6739, Rossi inscr. christ. Rom. II 171, 30 ex codice Palatino   Vercellis fuit, cf. carmina quae a Flauiano episcopo condita uidentur 703 ss.
4 i. actu   5 *annos* Gruter 1169, 7   7 *Nazarius* Gruter mutauit, sed uolgari pronuntiatione eas uoculas confundi monuit Rossius   10 *meliora* cod.

780

Hic recubat dignus Chr(ist)o leuita sacratus
totam qui sancto tenuit moderamine uitam,
nomine dictus Aper Gallorum partibus ortus.

CIL. V 6727, Rossi inscr. christ. Rom. II 173, 33 ex codice Palatino   Vercellis

781

Quisquis post mundum aetherias conscendere plagas
posse putat iustos, Marcellinum quoq. credat
presbyterum caeli sedes habitare quietas.
nam rectis castum gessit sub moribus aeuum
religione pius Bessorum in partibus ortus
et gemina uitam felix aetate peregit.

CIL. V 6733, Rossi inscr. christ. Rom. II 173, 34 ex codice Palatino Vercellis
6 *uita* cod. secundum Rossium

782

Sanctorum gremiis commendat Maria corpus
casta grauis sapiens clemens moderata quieta,
claram sublimis fudit quam partus in auras,
sed placitura deo generis superauit honorem.
haec non mortales, sed uirginitatis amore
aeternos sortita toros Chr(ist)iq. petiuit
perpetuam lucem, nullo quae fine tenetur.
tertius et decimus gaudens hanc uiderat annus,
conposuit corpus, caelum cum laeta petiuit.
texerat haec sacros casto uelamine crines,
sed Chr(ist)um festina petit mundumq. reliquit.

CIL. V 6734, Rossi inscr. christ. Rom. II 173, 35 ex codice Palatino Vercellis
9 *cui* codex, corr. Gruter 1170, 1. fortasse etiam *cum posuit* scribendum

783

Caelestes animae, damnant quae crimina uitae,
terrenas metuunt labes sub iudice Cristo,
corporeo laetae gaudent se carcere solui.
sic regina potens meritis [post] uincula secli
aeternam repetit se nili noxia morti.
haec talamis, Albine, tuis ser...quae fed[e]lis
uirgineas casto seruauit pectore tae[das
coniugii om dignata secundi.
haec damnum, natura, tuum, quod inuida natos
non tribuis uotis matris, sub mente benigna
adfectu superare uolens nos iamque uocauit

Albini claro generatam sanguine prolem
exosum nomen nil magnis moribus ...
nam ueras beati pectore matri

CIL. V 7640, periit in Pollentinis in antiqua ecclesia ad aram maximam. dicebatur sepulcrum reginae Langobardorum
4 an *Regina?* 5 expectamus *repetit sedem nulli obnoxia m.* aut intra numeros *nil anxia morte*, atque uersiculi ita diuisi fuisse dicuntur *se|nili noxia* aut *nil innoxia* 6 *Sergique? serua usque* Leo 8 *om|dicnata* fertur, nulla significatur lacuna. uelut *officium non dedignata* uel quod Leo substituit *nomen* 10 *matris* | *sub* haec diuisio traditur 13 *horrens?* 14 post *ueras* uersus interruptus est. *pectore* unus, *corpore* alter editor

784

Hic mihi cara pio tegitur coniux ecce sepulcr(o)
emerita, sanctifico semper sociata pudore
bis duodinos et fida deo que pertulit annos,
inuiolata malo, felici condita luci
sanctimoniumque gerit domino tribuente corona.

CIL. X 7777 ex schedis, genuinum iudicat Mommsen etsi uenerit ex castris falsariorum Caralibus in crypta S. Luciferi unum ex quinque monumentis aediculae. subscriptum *Laurentius contra uotum*
2 *emerita* nomen esse mulieri potuit 4 *maio* ferebatur 5 *coronam* unus auctorum

785

Hic Leo uir s(an)c(tu)s sociat . . .
m]ens pietate potens ic . . . .
qui uitam ex monacho s . . . .
abstinuit tantum tantoq. . . . .
ut quasi iam angelic[a specie ferretur ad astra.

CIL. X 1376 fuit prope Nolam Cimitile in S. Felicis
1 *sociatur pace beatis* tale 2 *ens* fertur, ...*ens* Blanchinius. feci *mens ignaraque tota nocendi?*
3 *sanctam compleuit, iniquis?* 4 *tantoq. ardore recessit?*

786

Hic situs Silbius ecclesiae sanctae minister.
expectat Christi ope rursus sua uiuere carne
et gaudia lucis nobae ipso dominante uidere.

CIL. X 7972 uidit Mommsen ex regione Sardiniae Turritana inlatum museo Caralitano, litteris sexti aut inferioris saeculi rotundatis uel sinuatis. subscriptum *uixit ann. XXXIII, d. in pace nonis April.*

787

Quam domino fuerant deuota mente parentes,
qui confessorem talem genuere potentem
adque sacerdotem sanctum, sine felle columbam,
diuinae legis sincero corde magistrum.
haec te nascentem suscepit eclesia mater
uberibus fidei nutriens de[uot]a beatum,
qui pro se passurus erat mala cuncta libenter.
paruulus utque loqui coepisti dulcia uerba,
mox scripturarum lector pius indole factus,
ut tua lingua magis legem quam uerba sonaret.
dilecta a domino tua dicta, infantia simplex,
nullis arte dolis sceda fucata malignis
officio tali iusto puroque legendi.
adque item simplex aduliscens mente fuisti
maturusque animo, feruenti aetate modestus
remotus prudens mitis grauis integer aequus.
haec tibi lectori innocuo fuit aurea uita.
diaconus hinc factus iuuenis meritoque fideli,
qui sic sincere caste integreque pudice
seruieris sine fraude deo quanta pectore puro
atque annis aliquot fueris leuita seuerus,
ac tali iusta conuersatione beata

dignus qui merito inlibatus iure perennis
huic tante sedi Chr(ist)i splendore serene
electus fidei plenus summusque sacerdos,
qui niuea mente immaculatus papa sederes,
qui bene apostolicam doctrinam sancte doceres
innocuam plebem celesti lege magister.
quis te tractante sua non peccata reflebat?
in sinodo cunctis uictor superatis iniquis
sacrilegis, Nicena fides elata triumphat.
contra quam plures certamen sumpseris unus,
catholica precincte fide, possederis omnes.
uox tua certantis fuit 'haec sincera salubris'
atque 'nec hoc metuo neque illud committere opto'.
haec fuit, haec semper mentis constantia firma.
discerptus tractus profugatusque sacerdos,
insuper ut faciem quodam nigrore uelaret,
nobili falsa manu portantes aemula caeli
ut speciem domini foedare luce corusca.
en tibi discrimen uehemens non sufficit annum,
insuper exilio decedis martyr ad astra
atque inter patriarchas praesagosq. prophetas,
inter apostolicam turbam martyrumq. potentum,
cum hac turba dignus mediusque locatus
mite pium domini conspectu, iuste sacerdos.
sic inde tibi merito tanta est concessa potestas
ut manum imponas patientibus incola Chr(ist)i,
daemonia expellas, purges mundesque repletos
ac saluos homines reddas animoque uigentes
per patris ac filii nomen cui credimus omnes.
cum tuo hoc obitu precellens tale uidemus,
spem gerimus cuncti proprie nos esse beatos
qui sumus hocque tuum meritum fidemque secuti.

Rossi inscr. christ. Rom. II 83, 26 et 85, 31 a ex codice Petropolitano qui apographa duo praebet A et B, orthographica omitto fuit in uia Salaria sepulcrum papae nescimus cuius, nullum tamen sylloge ista monumentum habet posterius saeculo septimo, atque huius argumentum propius abesse uidetur a quarto

6 *dea* exemplum utrumque, *deuota* alterius emendator 7 *eras* Rossius 12 *fugata* codex 14 debuit *idem* 18 *diaconus* trisyllabum ut apud Damasum *diaconus hic Tigridas tumulo custode fouetur* 20 *quanta* cod. praue, *qui* uel *quam* prop. Rossius, hoc adprobo. *uita et pectore puro* Hor. sat. I 6, 64 (comparauit Hense) 21 *leuitat* A pr. *leuitate* AB 23 *iure perennis* B, tantum *per annis* A 26 *papa sederes* manu secunda AB 29 *quis te* Duchesne optume emendauit: *qui spe* codex *peccata* A: *peccante* B 31 *electa* B 34 uidentur uerba certantis cum aduersariis proferri, *sincera* fortasse fides dicitur 35 *ne illud committereq. opto* A 37 *prefugatusq.* codex 38 ss. sententia parum perspicua, fortasse hoc subest: insuper ut contristaretur ille, alii ad dignitatem prouecti sunt doctores falsi. an *uelarent*? 40 emendandum uidetur *foedarent* *corrusco* codex sed *corrusca* B pr., *coruscam* Rossius 41 *unum?* 45 deest aliquid metro et unde pendeat *mite pium* siue in primo uersu (*euum agis*) siue in medio (*frueris*) siue in extremo (*locatus adoras* Rossius inter alia) *locutus* codex, em. Rossius 46 *mite* codex *mitte* B ex corr. *mitteris in d. conspectum* Rossius *conspecto* B 47 '*sic* opinor delendum' Rossius. cf. inscr. christ. R. II 56, 15 *concessa potestas tanta Petro, reserare polos* 52 *tuo* A *quo* B. *cumque tuum hoc obitum* Rossius, fortasse *cumq. tuo obitu* scripsi: *obitum* codex 54 *merituum* B *fideiq.* fortasse A, idque praestat

788

Respicis angustum precisa rupe sepulcrum:
hospitium Romuli leuite est celestia regna tenentis.

CIL. X 1195 recognouit Mommsen Atripaldae in crypta ecclesiae primariae. adhaeret *quis enim possit siccis oculis eius narrare mortem? pauperiem Chr(ist)i et amore s(an)c(t)i Sabini episc(opi) sui puro corde secutus est, quibus ille praecibus, quibus lamentis ante specum m. martyrum, ne priuaretur magistri contubernio: testis est cuncta patria. fidis eius Chr(ist)o eum sociat, presens facilius quod postulat inpetrauit* Sabini epitaphium ele-

giacum extat *Si nescit mens,* Romuli istud sumptum est ab Hieronymo qui se Paulae sepulcro hos uersus ac plures incidisse scribit in epistula ad Eustochium 108, 34. ibidem illa ad Paulam dicta leguntur *fides et opera tua Christo te sociant, praesens facilius quod postulas impetrabis* cap. 33

1 *pr. in rupe* Hieronymi editiones Martianaei et Vallarsii 2 *hosp. Paulae est* Hier.

789

In nomine domini hic tumulus Honorii abbat(is).
respicis angustum precisa rupe sepulcrum,
hospitium beatissimi Honorii abbatis celestia regna tenentis in secula saeculorum. amen.

Huebner inscr. Hisp. christ. 49 ex Moralis antiquitatibus in agro Hispalitano ad portam ecclesiae in rupe

790

Hic magnis meritor mic[ans], hic prima iouentus,
q(u)em d(omi)nus u[o]cans sincir(u)m a cardine mundi,
Arcadi(u)s quondam d(e)o purusque menister,
benign(u)s hac mitis adq. desti . . .
cis . . .

CIL. XII 2361 uidit Allmer qui saeculo VII titulum adsignat in pago S. Laurentii sito supra Viennam

1 *meritor* nouum, *meritor(um)* improbabile 2 aut participium pro uerbo finito est aut *tu domine uocas* 3 debuit esse, non est *domino* 5 relictum fortasse ex *pa]cis* similiue uerbo

791

. . extructor templi quo corporis artos
orna sepulchralis retinet cum pace perenni
quique . .

Gruter 929, 2 ab Scaligero, CIL. XII 972. AL. Burmanni IV 367, Meyeri 1499 Arelate in fragmento

1 *artus,* 2 *urna* Burmannus. idem male 1 *quod* edidit

792

Hic requies data Hloderici membra sepu[l]crum,
qui capus in nomero uicarii nomine sum[p]sit.
fuit in pupulo gratus et in suo genere pr[i]mus.
cui uxor nobelis pro amore tetolum fie[ri] iussit.
qui uixit in saeculo annus plus menus LX,
cui deposicio fuit in saeculo VII ka[l. Aug]ustas.

Hettner mon. lapid. Treuer. 163, 393 Kraus inscr. christ. Rhen. 153 tab. XVII 2 Treueris ad S. Maximini, iam in museo prouinciali. marmor christianis ornamentis uelut piscibus insignitum

1 quasi *continet m. s.* 2 *capus* marmor, *carus* Kr. num pro *capos innumeros*, an *nomine* accusatiui loco? *capus* pro capite, ital. *capo*, inualuit aeuo Carolino 5 numerus parum certus, LXI suspicatur Hettner

793

Condita oc tumulis requiiscit ossa sepulchrum,
bique tumulatus prope iam subteriacit arcem.
fliuelis euinit meserorum corda parentum.

Kraus inscr. christ. Rhen. 44 tab. III 4 Moguntiaci in ecclesia S. Petri, iam in museo praecedit ... *requiiscit Dructacharius qui uixit in pace annus XXI,* sequitur *eo filius* quod *eorum* aut *ego* significare uidetur, *eho* creditur ab editoribus

2 bisque an ibique? 3 flebilis euenit mors parentibus

794

Hic iacet Meteriola mihi dul|cissima coniux,
qui mecum | laborabit multis et pl(u)ribus a|nnis,
que mihi fuit annus XXIII | coniux et annus VIII et meses | septe et dies XVIII soror in domin|o d(e)o nosro H(ie)su Chr(ist)o,
qui mihi tan|ti abeat ostendere uias suas qas | ego seqere possem.

IosKlein in annali antiq. Bonn. XCIII 1892 p. 26 Rigomago translata Bonnam tabula

2 *plribus* lapis ut uidetur, idem 3 *nosro* non scalpturae magis quam pronuntiationis uitio (CIL. X 7955 *posrisq. eorum*) 4 dubitat editor *tan* an *tar* legendum sit pluresque praeterea in eo uersu litterae fuerint, praefert tamen *tanti*. id uidetur ualere *dignetur*

795

S(an)c(ta)e m(e)m(oriae) Celsus ep(iscopu)s claro ex genere ortus
Custos gregis ouium Christi
Exemplo boni operis docuit cunctos uiam salutis,
Liquit mundum, celitem sed scandens ad sedem,
Sacerdotum de[c]us ecclesiae optime loquax et altor
Voluntate sincerus ac benignitate praecipuus,
Solers ad audiendum, clemens ad ignoscendum
Et cui diuina opitulabatur gratia semper,
Priscorum dogma seruans patrum, perfecta
Industria adhesit mentis mox ut uitaret obiecta,
Stolam sanctitatis meritis adeptus, pastor fidelis,
Corpore integer, Christo se dicauit in cunctis,
Opifex boni, sic euangelica implet praecepta,
Puroque corde Christo seruauit inuiólabilem fidem,
Vitam transegit in saeculo LIV menses VII,
Sed migrauit ad dominum sub id. Aprilis ind. VIII.
Gratianus suus carus et leuita ornauit amando sepulcrum.

CIL. V 6725 ex Ferrerii uita S. Eusebii fuit Vercellis. acrostichis *S. Celsus episcopus*

4 *coelitem* fertur, 5 *deus* 10 *mentis innox* puto

796

Species uenusta, mens cui aderat prisca,
Iacis inde flebilis adtumulata ecce,
Nardei qui sedulo et ambaris odorem

Ore spirabas, dogmata philosophorum more,
Diaconati gratia ipsaq. inter omnes
Virgulta praecellebas admiranda ualde,
Splendida de sorte Romuleaeq. inclite fontis
Deriuatus. nempe de quacumq. parentum patris
Indolis, hic mori maluit quam uiuere fallax
Animo elegit totumq. propositum fixit.

Rossi inscr. christ. Rom. II 171, 28 ex cod. Palatino inter Ticinensia. recepi ritmos propter acrostichon quod mihi uidetur *Sinodus dia[conus*

2 *ad tumulatam* cod. Rossius defuncti nomen in *mecce* latere corruptum existimat 3 nardini et ambrae 6 i. stirpe, propagine. *admirandā* cod. 7 *fons* femininum ut *frons* et *fontana* 10 fortasse inperfectum carmen

797

. . . . . ue cunctorum opifex d(eu)s
. . . p]aruaeque formator
. . . o mortalem gustum eden..
. . . us redditus unde sumptus
. . . n humo cunctaque conpago
. . . ix suo comedens natos
. . . his reddita ratione
S . . aequo iudicio coartantur
Ecce . . scit cuius merita digna
Prae . . ic urbi uitans omnem iniqum,
Inop[um et u]iduarum defensor et omni ualens,
Sedulus in cunctis mitis patiens et modestus,
Canticis et laudibus incessanter d(omi)no reddens,
Omnibus predicens ut d(e)o dig[n]a redderet pleuem,
Ponti[fi]c[at]um tenens quater lustr(o) e[t m]enses XX ·:·
obiit X̄ kl. Dk.
Veniens ab Hispaniis Isma[elit]ar(um) clade sublatus.
Si uis scire nomen, principia[les l]itteras iunge.

Notizie d. scavi 1888 p. 487 delineauit Gamurrini Clusii in basilica S. Secundiani. adiectum praeterea in margine sinistro .... *s episcopus*. saeculi octaui, cf. u. 16

3 *gustumeden* lego pro distinctionis nota habens quae in *m* inclusa uidetur quasi *s*, dubitaram an *custus meden* 5 *in humo*? cf. 760, 5 et 730, 2 6 fuit *-mix* aut *rix*, *genetrix suos* prop. Leo terram intellegens 9 initio *ecclesia*? 10 *praefuit huic u.*? 14 *pleum* sed ut *e* cum *u* conligata uideatur 15 ultima *k* opinor sed parum distincta

798

Ista uorax fossa Dominici continet ossa.

Huebner inscr. Hisp. christ. 129 ex schedis Cordubae. sequitur *anima eius requiescat in pace*. saeculo tribuitur nono aut etiam inferiori, cola plenum reddunt concentum

799

Vos qui transitis, nostri memores rogo sitis.
q(uo)d sumus h(o)c eritis, fuimus quandoque q(uod) estis.

Aldenkirchen in annali antiq. Bonn. 1875 LV p. 213 in ecclesia abbatiae Neuweiler prope Tabernas condita saec. XII. recepi quia antiquam et gentilem sententiam u. 2 exprimit, uide supra 247 uel pedestria talia *uiator, quod tu, et ego, quod ego, et omnes* CIL. VIII 9913. accedat ex Lateranensi ecclesia exceptum saeculo XIII et Gallico cuidam sepulcro anni 1146 insculptum epigramma commemoratum a Rossio inscr. christ. Rom. II p. 223 et 460 *quisquis ades, qui morte cades, sta perlege plora. sum quod eris, quod es ante fui, pro me precor ora.*

800

D(is) M(anibus). M. Iul(ius) Alexander ueteranus leg.
III Aug(ustae) ex optione uix(it) annis XLXV et dixit
'non fueras, nunc es, iterum nunc desines esse'.
hic situs est patriae.
Q. Ventidius Africus ueter(anus) socro dignissimo fecit.

Renier inscr. Alg. 717, CIL. VIII 2885 contulit Wilmanns Lambaesi

2 sic lapis, prior X fortasse errore praesumpta 3 cf. carmen superius

801

Quid sumus aut loquimur, uita est quid deniq[ue nostra?
uel modo nobiscum uixit homo, nunc homo no[n est.
stat lapis et nomen tantum, uestigia nulla.
quid quasi iam uita est? non est quod quaerere cu[res.

CIL. VI 22215 descripsit ediditque Bormann inscr. lat. nou. p. 8 Romae in museo Capitolino. praecedit titulus a M. Mario M. l. Sa... positus tribus libertis suis et carminis quasi index hic *uitae* (uel *uitai*) *consolati*[*o*
2 ex tali opinor *uixit Maro, nunc Maro* 4 *non est*] *nonisi* marmor. Lucanus VI 602 *non humilis labor est, dignum quod quaerere cures* (idem I 135 *stat magni nominis umbra*)

802

. . . moriens cum dixerit | ipse:
uiuite felices animae, | mors omnibus instat. |
haec postquam posuere | sepulchrum, kari | scripsere sodales.

Gruter 897, 6 CIL. VI 30124 fuit Romae trans Tiberim
2 principium Verg. Aen. III 493, uide supra 485 et 486
3 *hoc* Sabinus et Accursius. uersum correxeris sic *posuere pii scripsere*

803

Florentes annos subito nox abstulit atra.
uiuite felices, moneo, mors omnibus instat.

Notizie d. scavi 1888 p. 273 ad ectypum, Fabretti 189, 438. AL. Burmanni ad IV 268 Meuaniae praescriptum *d. M. T. Aelius Hospes hic situs est: Meuan*(*iae*) *natus uixit ann. XII d. LII sine crimine uitae*, prooemium hoc carminis. subscriptum *T. Aelius Primitiuu*[*s*] *filio pientissimo*
1 *apstulit* Fabr. cf. V. Aen. VI 272 2 uide 485

804

Viuite felices quibus est for[tuna . . .

CIL. VI 14281 ex Sabino Romae fragmentum 'in domo F. de Caluis'. et subscriptum fertur ..*o monument. Caluiorum*, qua re Henzenus fortasse non antiquam inscriptionem esse adnotauit

peracta iam sua addit Vergilius Aen. III 493

805

Viuite felices quibus est fortuna beata.

CIL. III suppl. 11036 descr. Mommsen Brigetione secundum titulum sepulcralem Val. Vrsini ducenarii et Aur. Firmillae filiae et Fl. Firmi mil. leg. I adiutricis *quirur* lapis

hinc interpolatum carmen CIL. VI 28239 *uiuite felices superi quorum fortuna beatast*

806

uiuite dum se ... [ui]ta[e] dat tempus honest[ae.

CIL. VII 154 Viroconii Britannorum. claudunt ista titulum euanidae scripturae positum [Fl]aminio cuidam Pollia annorum XXXV stip. XXII militi legionis XIV gem. quae in Britannia militare desiit anno 70. et antecedunt haec *militaui a*[*t*]*q. nunc hi*[*c*] *s*(*itus*) [*sum*] | *..legite et felices uita plus...* | *..........a.qua iioi..l...a* | *.....aditis* ex quibus hexametros editores Britanni hos coniecerunt *perlegite et felices uita plus minus iusta, omnibus aequa lege iter est ad Taenara Ditis* haud sane probabiles. ultimum ante *uiuite* uerbum in hexametri quadrat clausulam siue *aditis* siue *ostia Ditis*, prima a lege numerorum abhorrent. sententiam facias talem *haec legite et felices uita plus gaudete quam ego*, cf. 374

1 *Stygius* praeter ea quae recepi Britanni. *sortem* credibilius quam *sensum*

807

quid gemis et lacrimas, quod te, miserande, relinquo?
te non turbemus, ista fatalia dantur.

CIL. V 5870 in titulo Maximi Maximini Primitiui sexuiri Mediolaniensis, quem ille uiuus fecit *sibi et Rociae Secundinae coniugi incomparab. qui uixit annis XXI et Rocio Max. Maximini filio qui uixit ann. unum m. VI et Rociae Primitiuae fil. pientissimae, qui tibi dum staret*

pater ad torum, sic ait: o miser quid gemis — dantur, qui uix. ann. XVIII m. VI. imitatur adlocutio epitaphium aliquod carmen

808

Qui legis hunc titulum, mortalem te esse memento.

CIL. X 7697 uidit Mommsen. AL. Burmanni IV 192, Meyeri 1308 Caralibus Sardiniae incisum in rupe. praescriptum *C. Rubellius Clytius Marciae L. f. Helladi, Cassiae Sulpiciae C. f. Crassillae coniugibus carissimis posterisque suis* cf. 389, 4

809

mater genuit materq. recepit.

CIL. V 7454 recognouit Pais prope Vardagate Liguriae praescriptum *T. Vettius T. l. Hermes seplasiarius*, subsequitur *hi horti - cineribus seruite meis, nam curatores substituam* et cetera. Terra mater, confert Hense de seruis ut Terrae filiis scripta graece AP. VII 371 uel Kaibel epigr. 606 γῆς ὢν πρόσθε γόνος μητέρα γαῖαν ἔχω

810

erepti fatis h(ic) s(unt) c(oncordibus) atris.

CIL. VI 23036 descr. Henzen Romae. adhaeret carmen titulo huic *L. Nonius Rogatus sibi et suis emit. L. Nonius Felix fil. u(ixit) a. V et L. Nonius Felix fil. u. a. IIII.* 'uidetur esse hexameter pessumdatus mutato numero singulari in pluralem' Henzenus, itaque notas solui uoluit *h(ic) s(unt) c(onditi)* uel *hic siti conduntur.* ego *concordibus, communibus* praeopto aut *currentibus* (459, 2)

811

ia]m spes externis semper committimus oris.

CIL. VI 6225 contulit Henzen, Kaibel inscr. gr. Sic. 1909 Romae in monumento Statiliorum adlisis tabula lateribus inferius integra. altera parte scriptum *Eros libertus ad aedificia*, altera litteris malis Γάιος Οὐεδούσ[ιος cum graecis uersibus π]αῖδά με πενταέτη ὀλίγη ἐκρύψατο κρωσσὸ[ς ἀ]λλίστου ταχέως ἀντιάσαντ' Ἀίδεω· ο[ὔ]νομα δὴ δίζησαι; ἐνὶ

πρώτοισί με μησ... sequitur latinus qui supra est uersus, cui post *oris* quoniam interpunctum est fortasse pentameter accessit *du*]*m spes* —, *uotis nos prohibent inuida fata frui*
1 *im* descr. Brizio sepolcri nell' Esquilino 107, 476 *spes . es . externis* sic lapis

812

Feruida, dum po|tuit, lusit m.. | app. . .

CIL. VIII suppl. 11635 descr. Cagnat Ammaedarae. praescriptum *d. M.* [*s.* puellam praemature mortuam intellegit editor: an puer? feruida enim potuit dici iuuenta
1 *fe . ruida* lapis

813

quem non uirtutis egentem
abstulit a luce atra dies et funere mersit aceruo.

CIL. X 4728 descr. Mommsen, Or. Henzen 7375 Foro Popilii translatum in museum Neapolitanum. praecedit *d. M. M. Cocceio Nepoti Cocceia Celerina mater filio rarissimi exempli pietatis erga se fecit, qui hospitio lucis fruitus est annis XXXVIII m. IIII, quem* eqs. Vergiliana Aen. XI 27, interpolatum *a luce.* cf. supra 608
in titulo Macrothymiae *coniugi incoparabili inextimabili* posito Volaterris CIL. XI 1800 Aquilinus haec inseruit *quam abstulit nefanda dies et atra petitio sua funere mersit immeritam ante tempus*
in fragmento marmoris Viennensi CIL. XII 2175 b ..*infantis a* ... | *abstulit atr* ...

814

. . quem dederat cursum Fort[una peregi.

CIL. XII 287 apud Foroiulienses in latere sarcophagi in cuius fronte nomen ..*aconius Inua* ... *iiianlse* legitur Vergili fuit uersus Aen. IV 653 fortasse inmutatus *uixi et quem*, cf. 385, 4

815

qui nostro sunt] masuri solo perpe[tuo dum
uen]erit summa dies et [ineluctabile t]empus.

CIL. X 2533 uidit Mommsen Puteolis, iam Neapoli priora haec sunt *d.*] *M. s. Ianuarius se uiuo fec.* [*sibi et*] *Ianuariae coiug*(*i*) *suae hunc cubiculum* [*suisq. om*]*nib. libert. libertabusq.* Verg. Aen. II 324 *uenit summa dies et ineluctabile tempus Dardaniae*

816

Dii, si qua est caelo pietas quae talia curet,
persoluat dignas grates et praemia reddat.

CIL. VI 18296 descr. Henzen. AL. Meyeri 1162 in museo Vaticano in postica parte cippi Flauiae Auitae positi ab Syntropho Aegisthi Aug. serui uicario contubernali sunt Vergili uersus Aen. II 536 s. *persoluant grates dignas et p. reddant*

817

Hic] pietatis honos: ueteris stat gratia fact[i.

CIL. VIII 591 (prope Thalam) ex emendatione Mommseni hemistichia Vergiliana, prius quod sepulcris cum alias (supra 597) tum ibidem VIII 590 inscriptum est, Aen. I 253, posterius IV 539

818

Fili]us hunc titulum [debeb]at ponere matri.

CIL. III 2544, Or. Henzen 7393 Salonis sub titulo quem libertina mulier coniugi abducto a latronibus ann. XXXV et Proculo filio ann. VI posuit

819

Debuit hic ante miseros sepelire [p]arentes.

CIL. IX 678 descr. Mommsen rep. Ausculi Ap. nunc Neapoli praecedit *Sex. Tussidio Felici Tussidia Fortunata et P. Cerrinius Felix miserrimi parent*(*es*), subsequitur *ui*]*xit ann. XX*

820

quem flentes doleunt miserique parente[s.

CIL. III suppl. 10347 quasi exitus longioris tituli positi a Sept. Decorata coniuge et matre *P. Ael. Frontoni dec. col. Aq(uinci) ... et P. Ael. Vindici fil... et P. Ael. Inpetrato filio qui uixit ann. VI, cui uita parua, mors ualde citata fuit, quem* eqs. cf. *doliens* 604 et *neunt*

821

. . . hic | . . . deceptus | . . . um. |
. . . bam | . . . nec ullos | . . [s]emper [ni]si | tantum liqui | dolore malum | lacrimasque | parentibus aeuo.

CIL. X 1315 descr. Brunn et plura legi posse monuit acturo id de industria Visciani prope Nolam. supra legitur *d. M. s. L. Naeuio ...*, post duos uersus mutilatos *hic* eqs. undenas litteras aut quaternas denas singuli lapidis uersus tenuerunt

2 fertur *emperiusi* in *tantum* erasum aliquid ante *m* indicatur

prorsus eundem esse titulum suspicor qui CIL. X 4684 ex Zona editus est quasi Calenus, non eodem carmine signatum alterum, itaque omitto

822

quod si longa magis nexissent stamina Parcae,
aequius iste lapis patris super ossibus esset.

CIL. III 2183. AL. Meyeri 1533 Salonis. praescriptum *L. Aprofennius Pro .. posuit sibi* [*et*] *Iuliae C. f. Maximae uxori et L. Aprofennio Ci*[*rc*]*itori et L. Aprofennio Lucculloni annor. XXXIII defunct*(*o*)

1 *neuissent* Mommsenus, quod si non erat in lapide, at debuit esse. *quod si longa magis duxissent fila sorores* in carmine item Salonitano supra 456

823

Desine iam mater lacrimis renouare querellas,
namque dolor talis non tibi contigit uni.

CIL. VI 10105 descr. Mommsen aliique, Or. 4829. AL. Burmanni IV 124, Meyeri 1252 Romae trans Tiberim. praecedunt haec *M. Annaeus M. f. Esq. Longinus maccus*

uixit dulcissime cum suis ad supremam diem. C. Gauius Primigenius uix. ann. VII infra edam carmen ex quo Burmannus alterius uersus sumpsit emendationem *non nunc tibi*

824

Hic pater et mater posuerunt ossua nati.

CIL. IX 700 ad montem Garganum. praecedit *d. M. s.* insequitur *an. II m. sext. dies V: P. Vinius Arbula et Rufina Merope paren(tes) Vinio Etrusco filio f(ecerunt).* ergo bifariam *natus* huc et illuc distributum

825

Morte cita rapto tumulum fecere [parentes.

ChRobert in actis acad. inscr. Paris. 1872 p. 476 Lactorae Aquitanorum in cippo cuius basis aeque ac fastigium periit cumque basi eorum qui monumentum fecerunt nomen (*parentes. sodales*), superest quadra. praecedit *d. M. Luminatio Grecori* i. Gregori

826

quot nomen titulus praestat suisq. dolorem.

CIL. III 1899 musei Spalatini lapis in ora Delmatica repertus sic inscriptus *d. M. M. Allius Firminus Vrsino f(ilio), C. Septimi Carpopori delicato, infelicissimo p(uero) naufragio obito an. XI cuius membra consumsit maris* (ὁ πόντος), *per se, quot* eqs. hoc igitur nomen tantum titulus ac pater praestat cum dolore

827

incolumes saluosque | suos in morte reliquit.

Notizie d. scavi 1893 p. 168 descr. Persichetti in agro Amiternino in fastigiati lapidis fragmento litteris pulcris. praescripta apparuere haec ... *habuit*, ... *fuit* | *nupta*, *un[a liberi fu]erunt* | *unaque* ... *serui* |, nisi tamen secundi uersus finales syllabae retro flexae erant de tertio, *seruierunt*

828

. . . . faciant me quiescere tecum.

Vernarecci in actis inst. arch. Rom. 1879 p. 123 in Foro Semproni ad Flaminiam. sequitur *Onesime mater piissimo filio* deest uelut *et Manes precor ut f.*

829

Pro meritis paruum munus hoc tibi doles redd(o).

CIL. II suppl. 5910 descr. Huebner Castulone Hispanorum. praescriptum *Salutae* (nomen ex Paelignis adscitum quod caue mutes in *Saluiae*), subscriptum *s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)* hexameter sic fit *paruum munus nunc hoc tibi reddo* uel *tibi reddo maritus*

830

Acipe nunc frater supremi munus honoris.

CIL. V 4376, Or. Henzen 6788 Brixiae. praecedit *d. M.*, sequitur titulus Val. Vasse militanti in uexillatione equitum Stablesianorum positus a Val. Donato fratre. Stablesianos sola Notitia dignitatum commemorat (Boecking orient. p. 209) litterasque tituli Mommsenus aeuo deteriori adsignat

831

Conliberti et conserui merito posuerunt.

CIL. VI 7233 ex schedis Romae rep. extra portam Latinam. 'titulum superne mutilum facit Muratorius 1609, 2 recte ut uidetur' Henzen. si totus et integer est, numeri non sunt fortuiti

832

Tum quaerit nomen multis notescere nostrum,
contentus titulo nummos mihi reddidit heres.

CIL. VI 30131, Or. 4831. AL. Burmanni IV 50, Meyeri

1197 Romae inuentum carmen, supra quod uir in lecto stratus pateram tenens cernebatur, iocularius quam tristius

1 *dum* coni. Pithoeus aliique, *dunc* et *tunc* in tribus titulis confundi memini (CIL. III suppl. 8425, V suppl. 181, VI 19683) 2 heres titulo tenus hereditatem in sepulcro consumpsit. Hagenbuchius in honorariis titulis frequentatam comparauit locutionem *honore contentus impensam remisit*, inde opinor '*mihi* iungendum est cum *heres*, non cum *reddidit*' Mommsen, dubito num apte

833

Discitis crescentes pietate redere uostris.

CIL. V 7537, Or. 5058 in pago San Marzano Liguriae hexametro hoc male scripto (*discite c. pietatem reddere*) finitur titulus Cominio et Terentiae parentibus a filiis idemque Cominiis fratribus sacratus

834

Ossa piía cineresque sacri hic ecce quiescunt.

CIL. VI 20502 descr. Henzen, Or. 4772. AL. Burmanni IV 298, Meyeri 1393 in urnula marmorea Romae reperta delata Florentiam. praescriptum *diís Manibus Iuliae Helpidis*

835

Parce opus hoc scr]iptor, ita te tua uota sequantur.

CIL. IX 3331, IRN. 5480 ex Phoebonii schedis Superaequi ad pontem litteris elegantissimis suppleuit Mommsenus ex titulo Formiano CIL. X 6193, cf. 194 ss.

836

si]c te tua uota [sequa]ntur,
ut tu [mi hun]c locum dum u[adis non] ledere uellis.

CIL. VI 11529 uidit Rossi uia Appia in coemeterio Callisti. praecedit *d.*] *M. s. ...niae Fortuna*[*tae fec*]*it coníux con*[*iugi be*]*ne merenti et* . . . [*Cl*]*audius Stasimus po*[*suit*

2 *dumu* in hanc litteram exit lapidis uersus, quo Momm-

seni supplementum u|adis minus fit probabile. fortasse quoniam uepres cingentes sepulcra alias leguntur, *dumum* scriptor dixerat. carmen ei obuersabatur tale *ut tu praeteriens monumentum laedere noles.* frequentari in titulis *uellis* pro *uelis* uidisti

837

parce, piae Manes, ita te tua uota sequantur.

CIL. VI 23730 ad ectypum in agro Romano rep. nunc Parmae. titulus hic est *diis Man. Palinuro L. Aponi, u(ixit) a. LII, posuit Tiphus frat(ri) carissi(mo): otiose, parce pia* eqs. *piae* Lama descripsit, *pia* cum euanida quadam appendicula Bormannus. *pia* edidit Henzenus non recte. interpretari licet *parce pienter Manibus* aut *parce nam piae sunt Manes* (uide ad 192). infra leges *parce pios Manes sollicitare*

838

Hospes, ad hunc tumulum ne meias ossa precantur
tecta hominis. set si gratus homo es, misce bibe da mi.

CIL. VI 2357 descr. Henzen, Or. 4781. AL. Burmanni IV 197, Meyeri 1312 Romae in Vaticano. praecedit titulus coniugi eiusque filio et sibi et suis ab Euaristo publico Iuliano scriptus

2 *set* deleuit Burmannus

839

Vita boná fama fuit, mors exitú honesto.

CIL. VI 10021 descr. Henzen Romae in Laterano. praecedit titulus hinc inscriptus *Laetus*, illinc *Athenais Laetia de Capitolio* in quo *Laeti a(editui)* explicari uolt Mommsen *fama* omissum erat, supra *fuit* additum ita legitur ut possis etiam *fuit fama*

840

bis] denos uita [sine crimine p]ertulit [annos |
. . . ui]rtus |

. . uires mores | . . s corde benignus, |
matris in obsequio | et fratris clarus amor[e.

CIL. VI 30139 descr. Dessau in aedibus Maximorum urnae marmoreae fragmenta litteris paruis
3 potest *plus* 4 *obsequio et* | *et fratris* sic marmor

841

ter] denos animam sine crimine pertulit annos.

Revue épigr. du midi 1886 p. 200, 599 et p. 219, 619 Lugduni in monumento T. Flaui Flori *domo Philippopoli ex prou. Thracia ueter(ani) leg. I Min. p. f. ex b(ene)f(iciario) proc(uratoris) qui septies denos* eqs. et in monumento L. Sept. Muciani *m(issi) h(onesta) m(issione) ex leg. XXX V. V. p. f. domo Philippopoli qui sexsies denos* eqs.

842

in fluct[us quem fata dede]re Anienis iniqua.

CIL. VI 17876 descr. IohSchmidt Romae in marmorea tabula fracta. totus titulus hic est . . . *inf*]*elix uixit ann.* | . . . [*quem*] *p*(*ater*) *condidit, in fluct* . . . *re Anienis iniqua* | . . . [*et s*]*uis Secundus* | [*hoc monumentum*] *f*(*ecit*) *d*(*e*) *s*(*uo*). illud de morte membrum numeris conceptum fuit. Henzenus primum quod superest uerbum *F*]*elix* pro nomine proprio habet, nescio quam recte

843

casta pudica decens sapiens generosa probat(a).

CIL. V 7116 Augustae Taurinorum. adhaeret carmen titulo quem L. Valerius Seuerinus Gauiae *Ingen. coniugi sanctae ac piisimae* annorum XXIV posuit *probat* lapis, quod esse *probata* Maffeius uidit mus. Ver. 225, 8. cf. 546, 6 al.

844

infelix annosa uiro nataeq. superstes.

CIL. X 4429, Fabretti 21, 89 fuit Capuae, supra Gariglianus testatur fictam esse mulierem plorantem

845

D. M. Atticillae
praenomen Marciae pestis cui dira negauit.

CIL. XIV 632 ex schedis, Muratori 1637, 18 Ostiae libertatem nomenque Marcium ei praeripuit pestis lue dira anni 182 (CIL. III 5567) posterior, ut probat *praenomen* cf. 567

846

surrectura die caelo cum uenerit auctor.

sumpsi ex titulis Viennensibus CIL. XII 2111 *hic pausat Eufrasius bendictus in pace qui uixit an. LXX mens. II et dies VII surrc. die* eqs. et 2104 *hic requiescit in pace Armentariam quae uixit ann. IIII mens. VI surrictura cum dies d(omi)ni adue(ne)rit*

ADDENDA

847

Balbilla uotum debitum reddo tibi.

Rossi inscr. christ. Rom. II 102, 25 ex codice Palatino in quo legitur inter uiae Salariae titulos christianos post epitaphium S. Felicitatis   trimeter graecanicus, potest fecisse Sabinae Hadrianoque in Aegyptum comitata poetria, neque enim credo sanctae martyri dedicatum ut R. opinatur   insere superioribus circa n. 20

848

Adulescens, tam etsi properas, | hic te saxsolus
rogat ut se | aspicias, deinde ut quod scriptust | legas.
hic sunt ossa Maeci Luci sita |
Pilotimi uasculari.
hoc ego uole[bam] | nescius ni esses. uale.

descr. Kubitschek editurus in actis arch. epigr. Austriacis, misit mihi Bormann (m. Sept. a. 1894)   Romanae originis tabula delata Vindobonam, litterae bonae firmae uetustae. adhaeret continuo *posteris ius*, subiectum *L. Maeci L. l. Salui, Manchae Manchae f(iliae). Rutilia Rutiliae l. Hethaera, Maecia L. f.*   plane congruit epigramma Pacuuii conlaudatum a Gellio I 24, 4 cuius primus uersus hinc demum discitur quomodo sit emendandus: *adulḗscens, tam etsi properas, hoc te saxulum* (*saxum* libri) *rogat út se aspicias deinde quod scriptum est legas: hic súnt poetae Pacuui Marci sita ossa, hóc uolebam nescius ne esses. uale.* cf. supra 53

1 *tam et si* tria in lapide uerba   *asperrimis saxulis* Cic. de orat. I 196, *saxsus* supra 415   3 s. luxatus uersus ex gentis artisque nominibus, sed aeque tenax antiquitatis ac Pacuuianus iste. contra in 53 *praeconis Oli Grani sunt ossa heic sita*

849

. . .

candore pulchro marmori[s,
in quo perspicua corporis
inest effigies numinis.

CIL. VI 30101 descr. Zangemeister ex urbe ut uidetur delatum Bononiam marmor litteris inscriptum pessimis. inserendum post 220

2 *ore.* scriptum ante *in quo* ad priorem uersuum pagellam pertinet, sin ad hanc, adpositum est ut corrigatur *corpore.* certe dura geminatio genetiui, *perspicua corporis* quasi facilis perspici ex corpore

850

C]orporis adque animi dírós sufferre labóres
dum nequeo, mortis prope limina saepe uagando,
seruátus Tychicus díuíno Martis amore
hoc múnus paruom pro magna dedico cúra.

Weissbrodt in annali antiq. Bonn. LXXVII 1884 p. 50 cum imagine, contuli rep. in uico Mosellano Pommern, nunc in museo Bonnensi. quattuor abaci latera, 1 et 3 patentiora, 2 et 4 angustiora, minutis optumi generis litteris inscriptos singulos quodque uersus exhibent graecos et latinos, a patentiore dextrorsum circumeunti ordo iste efficitur. graeci uersus latinos antecedunt hi σώματος ἐν καμάτοις μογεροῖς ψυχῆς τε πόνοισιν [ἄ]χρι τανηλεγέος θανάτου Τυχικός ποτε κάμνων εὐξάμενος Ληνῷ προφυγεῖν χαλέπ' ἄλγεα νούσων Ἄρηι κρατερῷ δῶρον τόδε θῆκε σαωθείς. Leno Marti dicata monumenta plura Treueris ac prope Mosellam prodierunt. hoc conlocare debui post 248

3 apex in *labores* dubius. Lucretius V 1272 *durum sufferre laborem*

851

Arma] tibi uenatorum Celerina sacr[aui

CIL. X 1600, periit Puteolis in tabella litteris semipedalibus carmen fuit fortasse Dianae dedicatum, *arma* aut *dona.* inserendum ante 256

852

Aspice descensum, cer]nes mira[bi]le fact[um.
sanctorum monumenta u]ides [pat]efact[a sepu]lcrhis.
martyris hic Proti tumul]us iacet adque Yacinthi,
quem cum iam dudum teg]eret mons, terra, caligo,
hoc Theodorus opus const]ruexit presbyter instans,
ut domini plebem opera] maiora tenerent.

Notizie d. scavi 1894 p. 144 descr. Gatti, integrum seruauit codex Palatinus (Merenda Damasi carm. 27, Rossi inscr. christ. R. II 108, 58), dimidium modo terra reddidit effossis scalis cryptae ss. Proti et Hyacinthi ad uiam Salariam, cf. supra 305. marmoris scalptura speciem referre Philocalianam paulum differentem ab ipsius titulis Damasi dicitur

853

Criminib(u)s multis opris[su]s peccatis alumnus
condidit hec d(omi)no cum coniuge templa Diusuirus
Wiliesinda sibi semper [coh]erente fidele,
qui uotum socii fieri constanter adegit.
quod uoluit uoluere se[mul], fuit una duorum
mens, et in eterno locauerunt atria Chr(ist)o.

CIL. XII 5349 add. p. 856 descr. Lebègue prope Narbonem Martium in tabula reperta in sacello. insere post 320
4 i. quae 5 *uoluere sed.e fuit* exscriptum est (*uoluens .... fuit* legerat LeBlant), correxi

854

S(an)c(t)is onor summus. Modefredi memoria iugis
floread sportis cara cum coniuge sacris.

Huebner inscr. Hisp. christ. 55 ex schedis prope Zafram in conuentu Hispalitano in fronte porticus ecclesiae in tabula marmorea. eiusdem fere aeui cum 322
2 sportas sacras intellegunt sportulas sanctis oblatas. emendandum puto (*h*)*is portis*

855

Teseus intrauit monstrumq. biforme necauit.

Rossi act. inst. arch. Rom. 1852 p. 25 ubi moris fuisse exponit septimo saeculo et postea ut pauimenta basilicarum emblematis ornarentur mythologicas allegoricasque picturas repraesentantibus, Ciampini uet. mon. II p. 5 tab. II (ubi *q.*, non *que*) cf. Pisaurensia 347 s. Ticini in pauimento Theseum et Minotaurum exhibente. ad laeuam Golia et Dauid picti sunt, in scuto gigantis *sum ferus et fortis, cupiens dare u(u)lnera mortis*, supra Dauidis caput *sternitur elatus, stat mitis ad alta leuatus.* illius interpretationem allegoriae Rossius adfert e pauimento Placentino saeculi decimi in quo scriptum sit sub labyrintho *hunc mundum typice labyrinthus denotat iste, intranti largus, redeunti sed nimis artus* *biformis Minotaurus* Vergilius, cf. Cir. 67

856

Tibur mihi patria, Agricola sum uocitatus,
Flauius idem, ego sum discumbens ut me uidetis.
sic et aput superos annis quibus fata dedere
animulam colui, nec defuit umqua Lyaeus.
praecessitque prior Primitiua gratissima coniuncxs,
Flauia et ipsa, cultrix deae Phariaes casta
sedulaque et forma decore repleta,
cum qua ter denos dulcissimos egerim annos.
solaciumque sui generis Aurelium Primitiuum
tradidit, qui pietate sua coleret fastigia nostra,
hospitiumque mihi secura seruauit in aeuum.
amici qui legitis, moneo, miscete Lyaeum
et potate procul redimiti tempora flore
et uenereos coitus formosis ne denegate puellis:
cetera post obitum terra consumit et ignis.

CIL. VI 17985 a, Fabretti 421, 387 (Or. Henzen 7410). AL. Burmanni IV 377, Meyeri 1502. cf. Olahn in actis acad. Saxon. 1851 p. 178 fuit Romae sub signo cubantis po-

culumque manu tenentis, quod signum cum nummis imp. Gallieni circa basilicam Vaticanam erutum iussu summi pontificis occultatum aut mersum esse fertur   adde ad 477
2 *idem sum discumbere* Gudius ms.   3 *sicut* Gud.   5 exitus Vergili Aen. X 607   6 potuit *ipsa deae Ph. cultrix pia*   7 cf. 607, 5 *corde decores.* ad uersum autem deest uelut *f. speciosa d.*   9 *sui*, neque enim Flauii filius erat Aurelius   13 *procul* remoti a sepulcro. *redimite* Gudius

857

Hic s]ita sunt pia natorum dua cor[pora cara
e]t matris myserae semper dilectae ma[rito,
nomina sub titulo quorum perscripta [leguntur,
quos pater infelix coniux myser ips[e locauit.
te quicumque legis pietatis nomine ad[hortor,
cum sis mortalis, quae sint mortal[ia cures,
et patrias admitte preces et parce s[epulcro.

Notizie d. scavi 1894 p. 144 descr. Gatti, ego expleui Romae uia Salaria in marmore grandi, deest quam uersus 3 profitetur subscriptio   addendum ad 504
6 cf. 389, 4

858

Felix digna tulit parum munera Cristi
Et suo con(ten)tus habuit per saecula nomen
Laetificum renouans pri(ma ab ori)gine tempus
Infandaqu(e fu)giens istius iurgia saecli.
Certum est in regn(um caeli) perque amoena uirecta
Istum cum electis ir(e e)t habitum praemia digna,
Semper et adsiduae benedici pro munere tali.

Notizie d. scavi 1894 p. 143 descr. Gatti, Rossi bull. arch crist. 1894 p. 24 et 64   ad uiam Salariam in crypta ss. Proti et Hyacinthi. subscriptum acrosticho *qui uixit an. LXIIII m. VIII d. XXIII, dep. VI idus Ian. Fl. Stilicone con[s.* anno 400, sicut supra 680   negligens lapicida scalpsit mendosissime, leuiora ut 1 *dicna iulit* omitto
1 deest aliquid, *par summis, parua re, paru diues,*

paruorum (eu. Marci 10, 15) sim. *parum senex* Rossius 3 *prigine*, 4 *infandaquciens* lapicida ad parilem litteram aberrans 5 *regnierque* lapis. *et amoena uirecta* Verg. Aen. VI 638 6 *ire et* feci, *erit* lapis. tum debuit opinor *habiturum*

859

Viuite fe[l]ices nostris|que profundite Manis |
et memores u[t] sitis nobis|cum uos esse futuros.

accepi emendatum a Domaszewskio edituro in CIL. III suppl. Viminacii repertum. praecedit *d*(*is*) *s*(*acrum*), subsequitur *se ui*(*uo*) *Aquilinae con*[*i*]*ugi Aur. Marinus c*(*enturio*) *t*(*itulum*) *b. m. p*(*osuit*). adiungatur ad 802 ss.

1 *feices nostris oue p. mmiis* uel *mumiis* fertur. principium Vergilianum ut 485 et 802. tum debuit *profundite Manibus lacrimas* sim. sed anomalon istud iteratum esse Domasz. perspexit in Tomitano titulo CIL. III suppl. 7584 quem sic restituit *Aur. Ianuaria...an*(*nis*)..*iuncta pari Fla*(*uio*) *Mart*[*i*]*no et amplius uixi m. V. d..pro comoda fuit spir*[*it*]*um d*[*eo*] *rede*[*re. et*] *Aur. Domna soror Ian. a*[*n.*]..*III iuncta pari uixit m. X d. I*[*I*], *fatum conpleuit durus pro caritate coniugi et sorori. ip*(*si*) *uiuite parentes et nestris* (sic pro *nostris*, ut uestris) *pr*[*ofun*]*d*[*ite Man*]*is, estote memores iterum* [*El*]*ysiis co*[*fu*]*turi. aue uale uiator* 2 *ut* feci, fertur *ū*. metrum poscit *memores sitis noscum* (ita uolgus pro *nobiscum*, GLK. IV 199, 15) uel *uos nobiscum*

Typis Caroli Georgi Vniv. typogr. Bonnensis

ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

FRANCISCVS BVECHELER ET ALEXANDER RIESE

PARS POSTERIOR

CARMINA EPIGRAPHICA

CONLEGIT

FRANCISCVS BVECHELER

FASCICVLVS II



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXVII

CARMINA LATINA EPIGRAPHICA

CONLEGIT

FRANCISCVS BVECHELER

II



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXVII

860

. . . san]ctissuma numina uestra
. . sic uene]ror precibus.

Ephemeris epigr. V 223 descr. Benndorf, CIL. III suppl. 7372 in Samothrace ad sacram porticum. supra legitur ...*Rufus praetorius* ... [*must*]*es pius*, infra nihil deest. fuit distichon a praeclaro mysta uelut Ser. Sulpicio praet. a. 65 cos. 51 uel L. Caecilio praet. a. 57 adscriptum in hanc sententiam *quae me seruarunt s. n. u. gratibus et laetis s. u. p.*

861

Villicus aerari quondam, nunc cultor agelli
haec tibi perspectus templa, Priape, dico.
pro quibus officieis, si fas est, sancte, paciscor,
adsiduus custos ruris ut esse uelis,
improbus ut si quis nostrum uiolabit agellum,
hunc tu — sed teneo, scis puto quod sequitur.

CIL. V 2803 ex schedis perantiquis. AL. Burmanni VI 82, Meyeri 1695 fuit in agro Patauino. idem inter Tibulliana Scaliger in codice Cuiaciano inuentum edidit, unde controuersia orta est utrum Augustei poetae auctoritas ficta sit an lapidis memoria (Mommsen CIL. V p. 274, adde Hilleriana Hermae 18 p. 343 uel mea musei rhen. 36 p. 329). carmen istud cum appareat uilicum aut seruilis indolis hominem nullum potuisse condere, tum conspirat cum optumis quos in Priapeorum libro Augusteum aeuum edidit fetibus. itaque nobilis poetae carmen in lapidem quondam transcriptum est, quod idem accidit carmini Priapeo 14 transcripto in marmoream agri Capenatis tabulam CIL. XI 3862. propter controuersiam hoc ab hac sylloge excludere nolui, alterum illud non repeto

1 *uilicus* Iucundus. huius uerbi luditur ui uetere et usu nouo 2 *perspectus* cognitus, probatus: sic uere

opinor Mommsenus. *Perspectus* antiquiores, *Respectus* Reinesius 3 *officiis* pars schedarum 5 *uiolarit* Tibulliana 6 *teneo* emendauit Reinesius: *tento* secundum schedas lapis. *taceo* melius Tibulliana (Ou. her. XX 51)

862

. . . . . saepe Priápus
. . . . lact]ea melca datur
. . . . . astra fuisset

Acta arch. Rom. municip. III 1887 p. 35 descr. Gatti Romae sed incertae originis fragmentum calcis pictae litteris pulcris, ut apex probat, saeculi Chr. primi

2 de *melca* cf. mus. rhen. 37 p. 520. Paxamus ante Caesares eam uidetur memorasse secundum Geoponica, Romae esitari scribit Galenus, latinus scriptor nullus nomen posuit superior Apicio (308 Schuch.) et Anthimo. sinum lactis et liba Priapus expectat in V. ecl. VII 33

863

Sex(tus) Pompeius d(ictus) cognómine Pandus,
quoius et hoc ab auís contigit esse solum,
aediculam hanc Numphís posuit, quia saepius ússus
hóc sum fonte senex tan bene quam íuenis.

CIL. XII 2926 auctore Allmero, Gruter 93, 9. AL. Burmanni I 82, Meyeri 624 Vcetiae Galliarum ad fontem Vram litteris perbonis saeculi I ineuntis

1 *d* Allmer sic ut supra scripsi interpretatus: *i* priores idque Scaliger *Primus* interpretabatur. sed *dictus* tametsi poetarum consuetudine fulcitur, uix percipias cur notatum sit in carmine quasi res nihili, praestat fortasse *Decimi* filius ut in carmine Romano *Sex(tus) Pompeius Sexti praec[l]ar[o nomine I]ustus*

864

Hanc ti]bi marmoreo caesam de monte d[icauit,
regina undarum Nympha, decus nemo[rum,
uo]to damnasti perfecta quem prece Bassus
moenitae pro[p]ter moenia Germisarae.

CIL. III 1395 ex schedis. AL. Burmanni I 84, Meyeri 629 fuit prope Germisaram Daciae in thermis Dioneis. Iulium Bassum legatum Aug. pro pr. Daciae Katancsius intellegit probabiliter, tum titulus circa a. 160 factus est (CIL. III 1078). primum uersum Mommsenus expleuit, reliquos Cuperus

1 *dat tibi* et in fine *Dianam* Cuperus deceptus Lazii lectione interpolata *Dian..* intellegenda columna uel statua. *dicaui* Mommsenus 4 *meonitae pro ter* traditur, corr. Gruter 39, 8

865

Debilis Albuleo steterat qui gurgite Samis,
articulum medicis ut tenuaret aquis,
dente quod Aetrusco turgebat saucius apro
et Russellano forte solutus erat,
hinc graciles ubi ian nerui tenuisque cicatrix
et celer accepto currere coepit ecus,
dat tibi pro meritis semet de marmore donum,
qua media(m) gaudes, Lymfa, subire uiam,
Tiburis aduersae dominus qua despicit aedem
frontibus et pictis Aelia uilla uidet.

IRN. 7146, CIL. XIV 3911 Tibure lapis auectus Neapolim supra ex anaglypto relicti sunt pedes equi. litterae graciles male incisae in quibus *i* et *t*, *d* et *o*, *e* et *f*, *u* et *y* uix distinguas. leuiorem hanc Mommseniani exemplaris discrepantiam praetermisi

1 *canaq. sulpureis Albula fumat aquis* Martialis I 12, 2. inde *Albuleus gurges*, cum alii Albulas aquas dixerint (Plinius XXXI 10). *Albae siue Albulae quae sunt appellatae, solutione laborantibus a ueteribus sunt approbatae* Caelius Aur. chron. II 1 p. 361 Am., et ad articularem morbum, V 2 p. 562 *Samis* Σῆμις nomen singulare 3 *dente Etrusco saucius et apro Russellano solutus* inepte distributa pro dente apri Russellani ex Etruria. *Tuscus aper generosior Vmbro* Statius silu. IV 6, 10. *Russellani* per duas *s* scriptum est apud Liuium (in Puteaneo XXVIII 45 cf. X 4 et 37), *Rusellana* apud Plinium III 51, Ῥουσιλανοί apud Dionysium III 51 *turgebat* Guarinius: *tergebat* lapis

4 *ut R.* Leo postulat 5 *ciacius* aut *giacius* enotatum ex lapide est, *graciles* Hauptius, dubitaram an *tractus.* tum

iam priores 6 i. conualui ut equo inuehi liceret 7 *semet* Lachmannus: *seat* Mommsen ac Dessau, *seai* Marinius exscripserat. hic in fine *donum*, Mommsen *bomum*, Dessau *bonum* 8 *mediagaydes* lapis 9 *aduersae* Nymphae, Albuneae *aedem despicit* ex arce *Tiburis dominus* Hercules, *uidet* fronte *uilla* Hadriani 10 *nitet* Guarinius

866

Cutius has auris Gallus tibi nouerat olim,
Phoebigena, et posuit sanus ab auriculis.

Ephemeris archaeol. Athen. 1885 p. 199 cum simulacro, CIL. III suppl. 7266 Epidauri Argolicae apud fanum Aesculapi. duarum aurium figura in lapide supra est insculpta. Cutii in Galliis aliquot apparuere (CIL. V et XII) 2 *Phoebigenam* i. Aesculapium recte Probus in Verg. Aen. VII 773 ubi *poenigenam* alii. Serenus Sam. 181 in aurium medicinis *uis et Phoebigenae diuinam discere curam?*, sequitur ex aliis lupinisque septenis et lauru decocti aceti infusio

867

Iustitiae Nemesi Fatis quam nouerat aram
numina sancta colens Cammarius posuit.

CIL. X 3812 uidit Mommsen, Henzen Or. 5802 Capuae graecum praecedit distichon δεσποίνῃ Νεμέσει καὶ συννάοισι θεοῖσιν Ἀρριανὸς βωμὸν τόνδε καθειδρύσατο 1 *fatis* lapis ut Cuperus emendarat. quod uolgarant *atis*, Ἄταις explicarat Ignarra. Fata bene consociari cum Iustitia Nemesique uel Statius Th. VIII 26 ostendit

868

Te precor, Alcide, sacris, inuicte, peractis
rite tuis laetus dona ferens meritis.
haec tibi nostra potest tenuis perferre camena,
nam grates dignas tu potes efficere.
sume libens simulacra, tuis quae munera Cilo
aris urbanus dedicat ipse sacris.

CIL. VI 132 descripsit Henzen. AL. Burmanni I 37, Meyeri 594 in museo Capitolino in basi modica rep. ad circum maximum

5 *munera praetor* Pighius, quomodo scribere Cilonem decuit sane ne uacillaret *urbanus*. nam praetores ista Herculi sacra fecisse constat (supra 22 et 228). L. Fabium Cilonem intellegendum esse Rossius probauit consulem I anno 193, iterum a. 204

869

Alcide, sacri generis decus, hoc tibi praetor
et Iouis antistes dedico Perpetuus.

CIL. VI 316 descr. Henzen, Or. 1533. AL. Burmanni I 36, Meyeri 593 in museo Capitolino in basi parua rep. ad circum maximum Perpetuorum consulis a. 237 quique Constantino imperante corrector Siciliae fuit commonefecit Rossius in ann. inst. arch. 1854 p. 36

1 *decus* ad Alciden referunt, hic ut excellens deus dicatur, bene ac poetice, etsi adiungere pronomini nulla uetat ratio

870

Alcmenae Iouis et magni fortissima proles
tricosus subito post mea facta uocor.

Gruter 50, 1 a Smetio, CIL. VI 3623* inter falsa. AL. Burmanni I 35, Meyeri 592 Romae incisum in humili basi uiderunt olim testes locupletes. siquis fictum incidisse Italus creditur ut in CIL., miramur unde uocabulum iste sumpserit singulare et incognitum, neque igitur ausus sum abicere. confert Leo Culicis u. 11 *Latonae magniq. Iouis decus, aurea proles*

1 *Alcmene* Gruter 2 i. instrenuus, tergiuersator, forti contrarius ut Boxhornius uidit conl. glossa Phil. *tricosus* ἀχρεῖος λαγγὼν δυσέκλυτος. Herculi autem per ludum aut quamcumque ob caussam id nomen aliquo loco impositum esse ut Mercurio maleuolo aut Apollini tortori credibile est fluctuant testes inter *facta* et *fata*

871

Sum uagus assidue, toto circu[mferor orbe |
indigetis cultor] numinis Onuauae. |
nec me diuersi cogit distantia | mundi

alterius titulo subdere | uota reum. |
ueri ce[r]ta fides: Tiburni uexit in | arce[m,
spes] etiam Onuauae numen | [opesque g]erit.
quare o diua parens, | [meritae tibi, cum procul absim] |
Ausonia in terra, [soluere uota decet.

Iullian inscr. de Bordeaux I 53, 18 ex Apiano qui legerat in reiecticio lapide in aedibus archiepiscopi Burdigalensis. AL. Burmanni I 60, Meyeri 628, Riesi 888

1 suppl. GFabricius 2 *cultor gentilis* et 6 ss. quae in praesens admisi suppl. EBourciez Iulliani collega, hic datur *tutela fretus*, in 6 praecipua uerba exciderunt (uelut *haec - ad arua refert*) Onuaua numen Celticum, cf. Iullian ibid. 50, 17 *C. Iulius Florus Onuauae* 3 traditur *distancia* 5 *çeta* et *arce* Apianus, corr. Fabricius. certe distinguendum cum Burmanno post *fides* (Tibur uexit me Onuaua), fortasse diuidendum *et iam* 6 *numen | oe rit* Apianus 7 praestare opinor *tibi quae sollemnia uoui A. in t. reddere uota libet*

872

Belus fortunae rector mentisque magister
ara gaudebit quam dedit et uoluit.

CIL. XII 1277 descr. Hirschfeld qui litteras non bonas saeculi III initiis adsignat, Henzen Or. 5862, peculiari commentariolo enarrauit Renier in miscellaneis epigraphicis

Vasione Galliae Narb. in altera parte arae, in altera graecum distichon hoc εἰθυντῆρι τύχης Βήλῳ Σέξστος θέτο βωμὸν τῶν ἐν Ἀπαμείᾳ μνησάμενος λογίων. Iouem Belum Apamenum eiusque oraculum Dio memorat in historia annorum 217 et 218 (LXXVIII 8 et 40)

1 *Menis* legerat Renier comparauitque quo Attis denotari solet nomen Menotyranni. sed *mentis* lapis sicut Henzenus coniecerat. in Mithriaco titulo Or. 1900 *diis animae suae mentisque custodibus* 2 *dedit* fortunas largitus, *uoluit* monens oraculo uisuue

873

At tua templa lybens uota suscepta peregi —
accepta ut tibi sint, numen adoro tuum —

inpensis non magna quidem: te, sancte, precamu[r,
maiorem saculo nostrum animum accipias.

CIL. V 6876 descr. Mommsen, inscr. Heluet. 51 (Or. 246). AL. Meyeri 563 aes repertum in summo S. Bernardi monte ubi Ioui Poenino complures tituli sacrati sunt inde a Ti. Caesaris imperio. praescriptum *C. Iul. Rufus Poenino u. s. l. m.* uitia metri potuisse uitari scribendo *uota haec* et *sacco* in u. 1 et 4 Meyerus monuit

1 *lybens* potius quam *lubens* aes teste Mommseno. seruaui illud utpote pronuntiationi congruens ancipiti, praesertim cum etiam *gybernator uyr myser* sim. scripserint 3 *macna* aes 4 extenuatur in *sacculo* prima syllaba, saepius id accidit deriuato a sacco *sacello*, cf. 924 *aninum* aes

874

Ha]nc [t]ibi quam uoui, posui, bone Iupp[i]ter, aram
praef(ectus) coh(ortis) nomine Gallonius.

Cagnat explorations en Tunisie III p. 84 n. 131, eph. epigraph. VII 312 prope Thelepte Numidarum ubi cohors tetendit I Chalcidenorum post a. 162

1 *ibi* editor 2 malus pentameter, permissum quidem *chortis* erat, non tamen *Gallonius* ut altera corriperetur

---

875

Vnus es, ex sacris cui parent dona Diana[e:
quod tribuit populus, restituis populo.

Notizie d. scavi 1885 p. 227, CIL. XIV 4195 in fano Dianae Nemorensi in marmore mutilo praecedit magistratuum Aricinorum index, dictatoris aedilium quaestorum .. *M. Manneio Domestico* ... *L. Oppumeio Augurino XII T. Voltedio Indictore II* ... *Marcelló C. Lucilió Pió.* dedicatio uidetur fuisse facta Caesari a populo Aricino Caesarisque sacram testata remunerationem, certe adloquitur carmen Caesarem. Voltedii Indictoris gentilis nescio quot uicenniis minor memoratur in titulo qui sacratus est Dianae Nemorensi XIV 2213 T. Voltedius Mamilianus praefectus imp. Traiani

876

Quisquis honorem agitas, ita te tua gloria seruet,
praecipias puero ne linat hunc lapidem.

CIL. II 2403, suppl. 5558, ectypa uidit Huebner ara reperta in regione Bracaraugustana. praecedit titulus a C. Pompeio Gal. Caturonis f. Vxsamensi dedicatus deo Bormanico. candidatus rogatur ut scriptorem suum hoc monumentum praeterire iubeat, cf. 194 ss. 835 ss.

877

reị
. ss . . mius m . .
. . ṃ tu nulla morte pe[ribis
. rinae pio mundo sine c . .
. m unam doc.. supi . .

Notizie d. scavi 1891 p. 315 descr. Vaglieri, CIL. VI 30149 Romae ad collem Capitolinum in tectorio nigro inscriptae penna litterae albae pulcherrimae saeculi I. uersum 1 in quo litterae grandiores erant excepisse uidentur disticha

1 ultuma *i* aut *t* aut alia talis 3 in. relictum ex *a* aut *m* uestigium *norte* fertur 4 *trinae pro mundo* an *Macrine pio m*. tale? *mundos in eo* .. CIL. 5 uelut *hanc satis artem unam docte superq. tenes*

878

Templum in rupe Tagi superis et Caesare plenum,
ars ubi materia uincitur ipsa sua,
quis quali dederit uoto, fortasse requiret
cura uiatorum, quos noua fama iuuat.
pontem perpetui mansurum in saecula mundi
fecit diuina nobilis arte Lacer,
idem Romuleis templum cum Caesare diuis
constituit: felix utraque causa sacri.

ingentem uasta pontem qui mole peregit,
  sacra litaturo fecit honore Lacer:
qui pontem fecit simul et noua templa dicauit,
  illic se soluit dis nisi uota litant.

CIL. II 761 et add. p. XL. AL. Burmanni II 95, Meyeri 1562   fuit in aedicula adiuncta ponti Tagi Alcantarensi. praescriptum *imp. Neruae Traiano Caesari Augusto Germanico Dacico sacrum* (ex titulo qui etiamnum extat 759 opus pontis perfectum esse dedicatumque Traiano a. 105/6 cognoscitur), subscriptum *C. Iulius Lacer d*[*e*]*os* (signa opinor diuorum imperatorum et Traiani in templi honorem constituta ab ipso et artifice amico) *f*(*ecit*) *et dedicauit amico Curio Lacone Igaeditano.* sequendum enim omnino censeo anonymi Taurinensis exemplar optumum, nisi quod in ordine uersuum etiam ille semel errauit 9-12 inter 4 et 5 collocans. nempe 1-4 et 5-8 iuxta positos fuisse in exteriore frontis parte, interius disticha extrema puto unde uariae ortae sint in digerendis uersibus turbae, cum 11 12 alii recte post 10, alii inepte post 6 collocarent, 9 10 omnes post 4, unus Morales coniungeret quidem 5 cum 4 sed deinde hoc ordine disticha ederet *ingentem, qui pontem, idem*

3 *requirit* Mameranus   4 *noua fama* fortasse respicit uersum 2, cum uolgo in arte opus praedicetur materiam superare, ibi autem materia artis di et Caesar fuere. uerum etiam generaliter hoc de curioso populo dictum satis ualet

7 comparauit Mommsenus in Hispania institutos flamines *diuorum et Augusti* uel *Augustorum* uel *Romae diuorum et Aug.*   8 *utraque* pons et templum. et prius quidem sacrum ponte perfecto erat *honos litaturus* ob susceptum uotum templi, alterum templo perfecto uoto soluto iusta in templo litatio   11 *simul* unus anonymus Taur., *Lacer* reliqui

12 sic anonymus optime, acceditque Castro qui tamen inter *solu* et *uota* interiecta non legit. litterae cum obscurae fuerint in lapide, sic uersum plurimi interpolarunt *scilicet et superis munera sola litant* tam impie quam impudenter. *se soluit* ut Horatius dixit *me tener soluet uitulus.* clare autem Lacer dum addit *dis nisi uota litant* ostendit pontis opus quanto pluris aestimarit quam templi

879

Antinoo et Beleno par aetas formaque si par,
  cur non Antinous sit quoque qui Belenus?

CIL. XIV 3535 descr. Dessau, Or. 823 Tiburi, nunc Romae. subscriptum *Q. Siculus*, is signum huic tabulae adiunctum dicarat opinor aut fecerat Antinous Hadriani deliciae post mortem a. 130 consecratus a Graecis aliisque, ab sculptoribus diuina Bacchi aut Apollinis forma ornatus, in nummis νέος Πύθιος cognominatus est. Belenus Noricus et Gallicus deus similis Apollinis

880

Horam cum primam cumque horam sole secundam
prolata Oceano luminat alma dies,
uox audita mihi est ter bene Memnonia.

Letronne inscr. de l'Égypte 2 p. 377, Or. 523, CIL. III 45 in statua Memnonis. subscriptum ... *epistr]ategus Thebaidos fecit cum audit Memnonem XI kal. Iun. Seruiano III cos. cum Asidonia Galla uxore* qui annus est Chr. 134. similiter dissoluta carmina Trimalchio Petronianus hexametris binis et singulis pentametris contexit

2 *luminare* Appuleius Cyprianus Auienus dixerunt (non Velleius II 35). *almus dies* Vergili et Horati est, *alma dies* Ouidi et aliorum. hic femininum eo acceptius quod Memnonis mater Aurora. ceterum plurimi Memnonem audierunt *hora I* uel *hora I s.*, alius *hora diei secunda* (CIL. III 51), alius *hora dies ante primam* 3 ter audiuit. *ter bene* inter se copulari uoluit aut uelle coeperat Letronnius, sed usitata sunt istis inscriptionibus ἤκουσα δίς, *audit hora II s. semel et III semel, audi bis*, etiam *quater*

881

Germanos Maurosque domas sub Marte guitanos:
Antonine, tua diceris arte pius.

CIL. VI 1208, Romae e pariete aedium exhibente pueros duo cum cithara et tympano descripsit ante trecentos annos homo unus Hispanus Antoninum Pium Henzenus cogitat qui Mauros ad pacem postulandam coegisse et Germanos aliasque gentes contudisse narratur in uita cap. 5

1 *guitanos* non potuimus emendare. periclitabar sic *quit at nos, Antonine?* (in hostes illa Martia uirtus), ratus *Britannos* sine copula praue adiungi, hypermetron autem *Britannosq.* abhorrere a distichis. tamen *Britannos* Leo quoque protulit. num *Maurosq.* interpolatum est ex *durosq.?* Messallae laudator u. 149 *inuictus Romano Marte Britannus*, Pii uallum nemo nescit

882

Si nitidus uiuas, eccum domus exornata est:
si sordes, patior, sed pudet, hospitium.

CIL. II 4284 descr. Huebner   Tarracone in marmorea tabula quam indigenae balineis, Huebnerus hospitum in domo priuata cubiculis adfixam fuisse existimant, litteris satis elegantibus saeculi II

1 *uiuas* cum in pentametro *sordes* legatur et *eccum* pro *ecce* sine generis discrimine prolatum (ut ab Italis *ecco*) metri necessitate obuenere   2 ex *pudet* primae tres litterae in litura (*piget* et *pudet* haud raro confunduntur, Ouidius her. XVI 219 *paenitet hospitii*)

883

Inuida sidereo rumpantur pectora uisu,
cedat et in nostris | lingua proterua locis.
hoc studio superamus auos, gratumque | renidet
aedibus in nostris summus apex operis.

Renier inscr. de l'Algérie 3327, CIL. VIII 8509   non procul ab Sitifi rep. opus tessellatum. metrici uersus notulis insignibus disiunguntur, post *operis* adscriptum est *feliciter*

3 sic *fastidiosum renidens* scriptor a Placido excerptus V p. 23 Goetz.

884

. . . .
finibus] Europae sed grauiora Asia,
ut quondam in patriam] donec remearet Vlixes
iactata est ua]ria sorte Pelasga manus.
tot gentes hominum] structas et moenibus urbes
uidit ab exortu] solis ad interitum.

Bormann inscr. lat. nou. p. 4 qui supplendo praeiit, CIL. VI 30109 descr. Grandi   marmoris fragmentum ad urbem uia Appia effossum peregre ablatum, effictos auersa parte habuisse fertur genios. Bormannus pro Odyssiaca

quadam tabula accepit u. 5 proponens *Atrides rediit solus* (tradita scriptura seruari potuit utique, uel hoc modo *ac datur offensa Solis*), rectius opinor Mommsenus mercatoris mortui peregrinationes cum erroribus ab Homero celebratis comparari statuit. quia uero sepulcralem notam nullam ostendit, in hoc manipulo carmen procedere siui

1 *multa pericla pertulit* praemisit Borm. idem in exitu fecit *Asia*[*e*

885

Qui Persas bello uicit Marathonis in aruis,
ciuibus ingratis et patria interiit.

CIL. VI 1330a ex schedis. AL. Burmanni II 14, Meyeri 707 olim in monte Caelio in marmore Miltiadis exhibente imaginem. inscriptum Μιλτιάδης, sequitur latinum distichon, tum graecum πάντες, Μιλτιάδη, τάδ' (immo τὰ σ') ἀρήια ἔργα ἴσασιν Πέρσαι, καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος

886

Hortulus hic Vari | est opus Alcinoi.

CIL. XIV 2773, Orelli 4335 ex Viscontio Labicis in herma, quo loco alius herma testatur ab homine Platonico Musis dicatum esse ἄλσος (Kaibel epigr. 829). Vari hortum comparari cum Phaeacis Alcinoi hortis Viscontius putauit, mihi dominus et artifex dici uidentur, si ordini uerborum insistimus, topiarius artifex, si de re existimamus, signarius magis, ut seorsum a priore colo de herma scriptum sit *est opus A.*

887

Lustra]t Amor — taurus latet [I]oque — furta Ton[antis.
o] mirandum, an[i]mos fundere | [uacc]a potest.

Revue épigr. du midi 1885 p. 112, 538 et p. 122 cum supplementis Allmeri Luguduni in testaceo uasculi fracti circulo sub imagine uaccae quiescentis et ore fundentis guttulas halitusue igneos in catinum, supra Amor dextra facem ardentem tenet

1 *ridet Amor* Allmer primo *Iunoque* Allm. 2 malo *hos, mirandum, animos*

888

Qui dedit] Aeneadum fastis ex ordine consul
nomi]na, progenies Claudius Appiadum,
al]ta Sabinillae dat dulci moenia natae
...anus genitor de rude coepta solo,
sospes ubi an]nósó mea Claudia lucis in aeuo
prospicia]t lepidam pulchra anus in subolem.

CIL. X 1688 uidit Mommsen. AL. Burmanni II 125, Meyeri 819 Puteolis Neapolim translatus lapis, litterae magnae aetatis sequioris Claudius qui Appia se gente prognatum gloriatur quo anno fasces gesserit uenit in disceptationem, uersuum et orationis genus (memorabilis 4 *rude* ablatiuus) secundo magis quam quarto saeculo accommodatum, Borghesius Ap. Claudium Iulianum cos. II eumque ordinarium anni 224 statuit, *Iulianus* quidem non quadrat in metrum 4 neque apicis usus plerisque tum curae fuit. supplementum prope nullum certum
2 ...*na progenies* traditur. *inclyta* uel *unica* Burmannus. *Appiadum* ita fictum ut *Aeneadum*, *Scipiadum*
3 *structa* et 4 *Vrbanus* Burmannus proposuit qui male epitaphium hoc Claudi esse uoluit. metro conuenit *germanus* uel *praecanus*, fuisse tamen ibi proprium et usitatum consulis nomen maxime probabile est, desinens id quidem ut *Traianus* aut *Voltumnus* 5 s. *uiuas annoso* et *teque refer* Burmannus. a lapidis uestigiis altera persona non omnino abhorret (*dures et*)

889

Fecerat Eufranor Bacchum, quem Gallus honorat
fastorum consul carmine ture sacris.

CIL. VI 48 descr. Henzen, Orelli 1490 repertum in Auentino marmor nunc in museo Vaticano. litteras parum bonas audimus, in Huebneri exemplis p. 408 n. 1141 satis malas uidemus Bacchum artifex Philippo Macedoni fere aequalis fecisse alibi non traditur (Brunn historia artif. gr. I p. 315). Galli in fastis consules feruntur non pauci, latini soni et graeci in Euphranore permutatio minus conuenit secundo saeculo exeunti (a. 198 Saturnino et Gallo cos.) quam tertio, anno 298 Anicio Fausto II et Seuero Gallo cos.

890

Moenia quisq. dolet noua condere successori,
 inculto maneat liuidus hospitio.

Renier inscr. de l'Algérie 123, CIL. VIII 2729 contulit Wilmannus Lambaesi in foro in muro qui ad domum praesidialem uidetur attinuisse. subscriptum *Acilius Clarus u. cos. p(raeses) p(rouinciae) N(umidiae) sibi et successorib. fecit* post tempora Diocletiani uel Constantini

891

Multa nimis fides operisque paratus —
 unanimes omnes — hanc uiam explicuit.

CIL. V 1863 descr. Mommsen adgressus scalis in rupe summi montis Alpini (Pleckenalp) per quem ex Venetia finibusque col. Iulii Carnici in Noricum Louciumque transitur, ad Italiam uersus litteris pessimis. praecedunt haec *Ioui opt.*] *m(aximo)* [*triuiis quadri*]*uiis ceterisque dib(us) aram o*[*b*]... *sollemne uotum de*[*dit*] *Hermias succeptor operis aeterni: titulum immanem montem Alpinum ingentem litteris inscripsit, quot saepe inuium commiantium periclitante populo ad pontem transitum* (*esse* scriptor neglexit aut genus nominis inuertit) *non placuit curiae* (*curae* lapis) *et Attio Braetiano q(uaestori) eorum uiro ornato, uiam nou(am) demonstrante Hermia.* sic enim lenius emendari uerba posse putaui, Mommsenus correxit *transitum non praebuit curante Attio.* in his metro Hermiam nauasse operam certum non est, quamquam tres ab *immanem* ad *transitum* paene integri leguntur senarii, contra certum, quae supra posui specie distichi eum uoluisse extolli. alius ad eandem uiam sed longe inferiori saxo incisus titulus 1862 *hoc iter ubi homines et animalia cum periculo commeabant apertum* esse narrat curante Apinio Programmatio anno Chr. 373

1 *multanimis* composuit Marinius Aru. p. 690 non male, etsi in rupe interpunctum est *multa.nimis* neque istud usquam compositum legitur deest uersui bacchius uelut *mentisque fides*, potest qui incidit praeteriisse *animiq.*
2 prima a structura legitima excidunt, deberi opus concordiae magistratuum architecti operarum indicant

892

Ille ego sum Proculus | totus qui natus honori, |
aut dic qui sit honos | quem mihi inesse negas.

CIL. VI 1692. AL. Burmanni II 142, Meyeri 830 Romae in monte Caelio, periit praescriptum *Populonii*, subscriptum *collegium pistorum patrono prestantissimo.* Q. Aradius Proculus Populonius cos. a. 340, praef. urbi a. 337 et iterum a. 351, pluribus in urbe monumentis honoratus est, cf. supra 325

2 *qui* Manutius et qui *dico ut* enotauit Florentius: *quis* ceteri, Henzen. ueri argumentum ista corruptela

893

Constanti uirtus studium uictoria nomen
dum recipit Gallos, constituit Ligures,
moenibus ipse locum dixit duxitque recenti
fundamenta solo iuraque parta dedit.
ciues, tecta, forum, portus commercia, portas
conditor extructis aedibus instituit,
dumque refert orbem, me primam protulit urbem,
nec renuit titulos limina nostra loqui,
et rabidos contra fluctus gentesque nefandas
Constanti murum nominis opposuit.

CIL. V 7781 contulit Mommsen. AL. Burmanni III 22, Meyeri 886 Albingauni. rettulere cum alii tum Ruhnkenius ad Constantium ab Honorio in societatem imperii receptum anno 421. ipsius carminis sermo laudesque flagitant ut maiorem intellegamus imperatorem qui deuicto Magnentio Gallos recepit a. 353 posteroque anno Mediolanium ac Ligurum regiones adiit (Ammianus XIV 10)

3 *cinxit* Ruhnkenius 5 *portus* pro acc. plur. ceteri habent 8 ergo in porta oppidi marmor fuit, inde arcessitum ad sacelli altaria

894

Hic fuit horridus | ante locus | Asteri
consilio coe|ptus Liberi ter Bromio, |
siluigeri dei auxilium | renouatum in urbe.

CIL. VI 462 descr. Henzen et Mommsen, Or. 1488 ad urbem rep. in uia Latina tabella minima, litteris pessimis, quae cum quarti saeculi uiderentur esse, Henzenus Turcium Apronianum Asterium praef. urbi a. 363 significari coniecit probabiliter, idem de aedicula Liberi et Siluani haec scripta ait. uersus lapidis 1 et 2 litteras paulo grandiores habent, numeri auribus accidunt hephthemimeres et *Asteri* nomine seposito pentameter et hexameter

2 *Liberi* non conuenit cum *Bromio*, quare *Bromiq.* Henzenus substituit, restat uero quod uix expedias *ter.* 'ille cur ter Liber appelletur explicaré non possum' Henzenus, magis in promptu est τρὶς βρόμιον intellegere cumque Bromius pro uino ac uitibus uocetur, Liberi Tribromium quasi numen patris uitiferum. alii *liber*(*um*) *iter* distinguendum censuere (Osann syll. p. 585 s.), quo admisso labant priora, ruit *coeptus* 3 Liber quoque dendrophoris colebatur (Artemid. onirocr. II 42), 'notandum quod hic Vergilius omnium ferarum arborum et uirgultorum Liberum praesidem dicit' schol. georg. II 2

895

. . . . . . ad diuortia Rheni
peruasi hostiles depopulator agros. |
dum tibi bella foris aeternaq. sudo tropea,
Hister | pacatis lenior ibit aquis.

CIL. VI 1207 ex Petrarcha aliisque. AL. Burmanni II 83, Meyeri 761 fuit in area Lateranensi grandibus litteris insculptum saxum quasi ex arcu triumphali quem praecupide ad Drusum aut Germanicum referebant, ne Domitiani quidem res gestas arcusque (Sueton. 13) intellegi ut Mommsenus auctor fuit sermo permittit, rectius ad Valentiniani ac Valentis aeuum rettuleris. non modo prima desunt sed fortasse etiam postrema, PMelissus anno 1578 quae post *Hister* sunt non iam uidit

1 intellegendus locus ille quo Vahalis a Rheno exit an qui Danuuianas regiones a Rhenanis diuidit saltus? 2 *depopulatus* Petrarcha tradidit 3 *tibi*, *Roma*, *decus* idem *sudare* ad id quod sudando efficitur temptaturue transferre amant infumi ut Claudianus *quae proelia sudas?* *tropea* praeter Petrarcham omnes 4 *leuior* CIL. *lenior* Gruter 236, 5 *lentior* coni. Burmannus

896

Pr]incipis hanc statuam Marciani cerne torumque,
prae]fectus uouit quod Tatianus opus.

CIL. III 738 ad imaginem accuratam, LeBas inscr. grecques et lat. II p. 345 n. 1496. AL. Burmanni uol. I p. 730, Meyeri 818 Constantinopoli in basi columnae litteris olim aereis iam euolsis. Marcianus rerum potitus anno 450 statim Tatiano praefecturam urbis demandauit (Zonaras XIII 24, Sievers symb. hist. imp. R. p. 476 s.)

1 *torum* columnae spiram 2 *praefectus* et ipse conieceram et ex uestigiis delineatis Mommsenus effecit: *dexter ei, frater eius, ter Teius* superiores commenti sunt, *patr]icius* legit Dethier

897

Portarum ualido firmauit limine muros
  Pusaeus magno non minor Anthemio.

CIL. III 739 et suppl. 7404, eph. epigr. V 238 ad ectypum Constantinopoli supra portam Charsiae litteris angulatis Anthemius cos. a. 415 praef. praet. Orientis ab a. 405 ad 415 etiam a Synesio magnus appellatur. Pusaeum Mommsenus addidit cos. a. 467 fuisse et praef. praet. Orientis intra a. 465 et 467 uiderique Anthemii mentionem fecisse ut qui eandem antea portam restituisset. Pusaei nomen qui audiebant, num pusum et pusillum meminerant ideoque *magno non minor* praedicatus est?

1 *limine* lapis, non *omine* quod Mordtmann exscripserat

898

Munera parua quidem pretio sed honoribus alma
  patribus ista meis offero cons(ul) ego.

in diptychis trinis quae nomen titulumque in fronte gerunt Iustiniani qui consul ord. Constantinopoli fuit a. 521, postea imperator: *Fl. Petr*(*us*) *Sabbat*(*ius*) *Iustinian*(*us*) *u*(*ir*) *i*(*nlustris*) *com*(*es*) *mag*(*ister*) *eqq. et p*(*editum*) *praes*(*es*) *et c*(*onsul*) *o*(*r*)*d*(*inarius*). descripsit ea GuilMeyer (Monachii a. 1879) p. 58 et 70 n. 23 24 25, Cremonae inuentum exemplar Mommsen CIL. V 8120, 3. hexametrum tantum recepit AL. Meyeri 930. altera enim pagina hexametrum, altera pentametrum continet. interpretationis uice fungantur uersus inscripti diptycho Philoxeni cos. a. 525: τουτὶ τὸ δῶρον τῇ σοφῇ γερουσίᾳ ὕπατος ὑπάρχων προσφέρω Φιλόξενος (apud Meyerum p. 59)

2 *cons.* superducta lineola tabellae

899

Quam bene curbati directa est semita pontis
atque interruptum continuatur iter.
calcamus rapidas subiecti gurgitis undas
et libet iratae cernere murmur aquae.
ite igitur faciles per gaudia uestra Quirites
et Narsim resonans plausus ubique canat.
qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
hic docuit durum flumina ferre iugum.

CIL. VI 1199 b, Or. 1162. AL. Burmanni III 24, Meyeri 888 prope urbem uia Salaria in ponte Anieni imposito quem altera marmoris parte (1199 a) Narses uir gloriosissimus renouasse narratur imperante Iustiniano anno XXXVIIII id est a. Christi 565 (intra menses Aprilem et Nouembrem). nunc aquis demersus titulus latitat, sed multis exemplis propagatus est atque ipse identidem conlatus. hemistichia, in hexametris cola penthemimere et quae demptis illis superant, maiore interpunctione disiunguntur

4 *spernere* Camerarius eleganter 7 *Gothi* Γότθοι, alias prior corripitur. *gentes* codex Petropolitanus (Rossi inscr. christ. R. II 89, 41)

900

Solberat antiquas moles ruinosa uetustas,
lapsum et senio ruptum pendebat opus.
perdiderat usum suspensa uia per amnem
et liberum pontis casus negabat iter.
nunc tempore potentis Getarum Eruigii regis,
quo deditas sibi precepit excoli terras,
studuit magnanimus factis extendere nomen
ueterum et titulis addit Salla suum.
nam postquam eximiis nobabit moenibus urbem,
hoc magis miraculum patrare non destitit.
construxit arcos, penitus fundabit in undis

et mirum auctoris imitans uicit opus.
nec non et patrie tantum cr[e]are munimen
sumi sacerdotis Zenonis suasit amor.
urbs Augusta felix mansura per saecula longa
nobate studio ducis et pontificis.

Huebner inscr. Hisp. christ. 23 a ex codice Toletano, add. p. 120 fuerunt inscripti uersus in ponte Emeritensi. adhaeret *era DCCI* i. anno Chr. 663, quamquam de notis post *D* positis restat dubitatio scriptorque Huebnero uidetur uoluisse indicare *DXCI* potius. Eruigii autem regnum annis 680 et 687 circumscribitur

2 *et in senio* Florez 6 *quod editas* traditur, corrigunt *quod deditas* 8 *addidit* Flor. 9 *postaquam* codex 10 *maius* praeter necessitatem mutari uoluit Goicoechea 13 *crare* cod. *dare* coniecit Goicoechea

15 Augusta Emerita 16 *nobate* codex i. nouante. corrigunt *nobata*

901

Paris rex Troge Menelau priuad Elena,
p(er) q(uam) Troia perit, [Gre]cia leta redit.

Pisauri in opere tessellato eodem in quo supra 347 s. adscriptum nauium quibus Helena auecta fingitur imagini

2 secernens a prioribus *postquam* conicit Leo

memorat Engelmann praeterea ibidem adscriptum animalis quadrupedis sine capite figurae uersum qui ad hunc modum redintegrandus uidetur: *p*]*ulcra puella* [*caput m*]*ulcet cor*[*pusq.*] *unicornu*, puella non apparet, *unicornu* fortasse datiuo casu

---

902

Credite uicturas anima remeante fauillas
rursus ad amissum posse redire diem.
nam uaga bis quinos iam luna resumpserat orbes,
nutabat dubia cum mihi morte salus.
irrita letiferos auxit medicina dolores
creuit et humana morbus ab arte meus.

pro quantum Petro largitur Christus honorem:
ille dedit uitam, reddidit iste mihi.

Rossi inscr. christ. Rom. II 55, 11 et 260, 1 ex syllogis antiquis, Gruter 1163, 2. AL. Riesei 659 fuit Romae in fronte basilicae S. Petri Vaticanae 'in imagine Constantini' 3 *uaga luna* praeisse Horatium sat. I 8, 21, *resumeret orbes Cynthia* Statium Theb. I 576, similia ad Martialem IX 31, 3 Friedlaenderum congessisse monuit Hense 4 *dubior* sylloge una 5 s. cum Propertio II 1, 57 s. comparat Leo. hoc carmen imitari uidetur Felicis medici titulus AL. Riesei 662 *aegros multorum potui releuare dolores, morbum non potui uincere ab arte meum* 7 *o quantum* pars syll. *donauit* una syll., ceterae *largitur*

903

Verbera carnificis, flammas tormenta catenas
uincere Laurenti sola fides potuit.
haec Damasus cumulat supplex altaria donis
martyris egregii suspiciens meritum.

Rossi inscr. christ. R. II 82, 22 et 117, 100 ex syllogis duabus fuit in S. Laurentii in agro Verano 1 *carnifices* una syll. 3 V. Aen. XI 50 4 *egregium* Gruter 1177, 1

904

Martyris hic s(an)c(t)i Liberalis membra quiescunt,
qui quondam in terris consul honore fuit.
sed creuit titulis factus de consule martyr,
cui uiuit semper morte creatus honor.
plus fuit irato quam grato principe felix,
quem perimens rabidus misit ad astra furor.
gratia cui trabeas dederat, dedit ira coronam,
dum Chr(ist)o procerem mens inimica facit.
obtulit haec d(omi)no componens atria Florus,
ut s(an)c(t)os uenerans praemia iusta ferat.

Rossi inscr. christ. R. II 101, 23 ex codice Palatino, Gruter 1171, 9 fuit uia Salaria, aeui Damasiani opinor, cf.

supra 670. consulem scimus M. Vibium Liberalem suffectum a. 166 (Klein fastorum consularium p. 77), quo tempore qui regnabat Marcus sane inter Christianorum persecutores numeratur. martyrem suppresso nomine eundem alterum praedicat codicis Palatini carmen (Rossi II 104, 38 Gruter 1172, 6) *quamquam patricio clarus de germine consul inlustres trabeas nobilitate tuas, plus tamen ad meritum crescit* eqs., cuius scriba deprauauit exitum *quod post dispendia belli in melius famulus restituere Florus*, Rossius corrigit *Florus restituit famulus*

9 *floris* prima manu cod., *florus* altera fortasse Gruteri

905

Siricius pia nunc persoluit munera sancti[s
gratia quo maior sit bona martyribus.
omnipotens d(eu)s hunc conseruet tempore multo,
moenia s(an)c(t)orum qui noua restituit.

Rossi inscr. christ. R. II 104, 39 e codice Pal. in suburbio, fortasse uia Salaria Siricius antistes Damasi successor a. 384-398

1 *sancti* codex, etiam Gruter 1172, 7

906

Condidit Ambrosius templum dominoque sacrauit
nomine apostolico, munere, reliquiis.
forma crucis templum est, templum uictoria Christi,
sacra triumphalis signat imago locum.
in capite est templi uitae Nazarius almae
et sublime solum martyris exuuiis.
crux ubi sacratum caput extulit orbe reflexo,
hoc caput est templo Nazarioque domus,
qui fouet aeternam uictor pietate quietem:
crux cui palma fuit, crux etiam sinus est.

CIL. V p. 617, 3 ex codice Palatino Mediolanii in ecclesia S. Nazarii subscriptum Alciatus refert *Aur(elius) Ambrosius episc(opus)* Ambrosiique esse carmen qui a. 396 Nazarii corpus ad basilicam apostolorum transtule-

rat communis opinio est, cf. Rossium bull. arch. crist. 1864 p. 76 et inscr. christ. R. II p. 162

1 s. *dominiq. sacrauit nomini* et *reliquias* Alciatus

907

Qua sinuata cauo consurgunt tecta regressu
sacrataeque crucis flectitur orbe caput,
Nazarius uitae immaculabilis integer artus
conditur. exultat hunc tumuli esse locum,
quem pius Ambrosius signauit imagine Christi,
marmoribus Libycis fida Serena polit,
coniugis ut reditu Stiliconis laeta fruatur
germanisque suis pignoribus propriis.

Rossi inscr. christ. R. II 181, 14 CIL. V 6250 ex Alciato Mediolanii in aede S. Nazarii in sepulcro cui corpus martyris inlatum erat, periit ante a. 1560 sepulcrum Numidico marmore expoliit Serena quam Stilico circa a. 384 uxorem duxerat, prius quam Maria eorum filia Honorio Aug. nupsit uere primo a. 398, id enim uersu ultimo probatur, Ambrosius obiit uere a. 397, Stilico tum res in Peloponneso gerens domo aberat (Birt Claudian. p. XXX)

4 *exultat* exemplum Alciati unum quod ex ipso monumento, *exsultat* alterum quod ex antiquo codice transcriptum uidetur

908

Octachorum s(an)c(t)os templum surrexit in usus,
octagonus fons est munere dignus eo.
hoc numero decuit sacri baptismatis aulam
surgere, quo populis uera salus rediit
luce resurgentis Chr(ist)i, qui claustra resoluit
mortis et e tumulis suscitat exanimes
confessosq. reos maculoso crimine soluens
fontis purifluí diluit inriguo.
hic, quicumq. uolent probrosa[e] crimina uitae
ponere, corda lauent, pectora munda gerant.

huc ueniant alacres: quamuis tenebrosus adire
audeat, abscedet candidior niuibus.
huc s(an)c(t)i properent: non expers ullus aquarum
s(an)c(tu)s, in his regnum est consiliumq. d(e)i,
gloria iustitiae. nam quid diuinius isto,
ut puncto exiguo culpa cadat populi?

CIL. V p. 617, 2 ex codice Palatino, Rossi inscr. christ. R. II 161, 2 Mediolanii 'uersus Ambrosii ad fontem' ecclesiae S. Theclae, nec dubitat Rossius Ambrosium dicere auctorem. praue 2 ὀκτάγωνος, noue 8 *purifluus* 4 octaua dies ad septimanam dominica quae et resurrectionis, exinde ad magnam hebdomadem pascha, ad pascham dominica in albis. plerique sane hanc septenario numero dignitatem adstruunt (Sedulius V 319) 9 *probrosa* codex, em. Gruter 1166, 8 10 *gerent* corrigit Mommsenus 12 *candidior niuibus* Ouidius am. III 5, 11 ut Hense adnotat

909

Magna quod adsurgun(t) sacris fastigia tectis,
quae dedit officiis sollicitudo piis,
martyris ecclesiam uenerando nomine Dignae
nobilis antistes perpetuu(s)que pater
Nauigius posuit Cristi legisque minister:
suspiciant cuncti religionis opus.

IohSchmidt eph. epigraph. VII 445 ex ectypo, CIL. VIII suppl. 19913 Rusicade Numidarum 3 Digna martyr, credas aliam, memoratur in passione S. Afrae Augustanae Raetorum, cf. Ruinart acta mart. p. 502

910

Quo]d gens Carnuntum m[uri]s sublimibus offert,
n]on auro aut gemmis set [radi]at titulo.
nam quod Mandroni uenerando nomine fulget,
maius Ydaspio munere suspicitur.

Henzen Or. 5279 qui uidit Romae in tabula aerea fastigiata. praescriptum insigne christianum. Mandronius

ignotus, sed nisi fallor ex ecclesiae magis quam rei publicae proceribus, cf. 909, 3

1 *quod* suppleuit Rossi. *muris* Mommsenus, *mensis* Rossius 2 *radiat* Momms. litterarum uestigia incerta fere haec *...caaat* ad quae propius accedit *decorat* 4 Claudiani Henzenus adposuit uersum *diues Hydaspeis augescat purpura gemmis* VII 4

911

Olim sacrilegam quam misit Graecia turbam,
  martyrii meritis nunc decorata nitet.
quae medio pelagi uotum miserabile fecit,
  reddere funerea dona nefanda Ioui.
Hippoliti sed prima fides caelestibus armis
  respuit insanam pestiferamq. luem,
quem monachi ritu tenuit spelunca latentem
  Christicolis gregibus dulce cubile parans,
post hunc Adrias sacro mundatus in amne
  et Paulina suo consociata uiro
XIII k. Iun.

Rossi inscr. christ. Rom. II 67, 26 ex sylloge Turonensi edidit et emendauit locus non indicatur, uidetur fuisse in coemeterio Callisti martyres hi Graeci quos uocant passi sub Decio Caesare feruntur in actis eorum (Rossi Roma sotterranea III p. 201 ss.), Hippolyti frater Hadrias, Hadriae uxor Paulina, horum sodaliumque festiuitas pridie k. Dec.

1 *gracia* sylloge 4 *funereo* Rossius 6 *pestifera lucem* syll. 7 *specunca* syll. 8 *Christo colis* syll. 9 *mandatus* syll. *mundatur* Rossius

912

Cede prius nomen, nouitati cede uetustas,
  regia laetanter uota dicare libet.
haec Petri Paulique simul nunc nomine signo
  Xystus apostolicae sedis honore fruens.

unum quaeso pares, unum duo sumite munus,
unus honor celebrat quos habet una fides.
presbyteri tamen hic labor est et cura Philippi,
postquam Efesi Chr(ist)us uicit utrique polo,
praemia discipulis meruit uincente magistro,
hanc palmam fidei rettulit inde senex.

Rossi inscr. christ. Rom. II 110, 67 et 134, 3 ex codicibus Palatino et Virdunensi   fuit in S. Petri a uinculis quam aedem Petro Pauloque Theodosius II cum coniuge filiaque dicauit sacrante Xysto III papa a. 432-440, cf. supra 313. hoc epigramma cum Rauennae Neon imitando expressit (supra 320) tum Rossius perspexit Numidas iterasse Thenestinos in epistyliis CIL. VIII 10707 (uersus 1-3, in 2 *letantaer* ut uidetur, 3 sic *haec Petri Paulique sedes Cristo* [*i*]*ubente resurgit*) et 10708 (uersus 5-7, in 5 *queso*, in 7 *et cura Probanti*, ad dextram adhaerent mutilorum uersuum initia *aeclesia*... | *dom*...[*an*]*tist*...)
6 *celebrat* uterque codex: *celebret* corr. Rossius. ne in Numidico quidem exemplari testes oculati nisi *celebr*.. legerunt   8 *effesi* Pal. qui solus integra dat disticha ultima, i. in concilio Ephesino a. 431 quo Nestorii σκάνδαλον οἰκουμενικὸν sublatum est   9 *discipulus* Rossius non recte

913

Vnda lauat carnis maculas, sed crimina purgat
purificatque animas mundior amne fides.
Quisque suis meritis ueneranda sacraria Pauli
ingrederis supplex, ablue fonte manus.
Perdiderat laticum longaeua incuria cursus,
quos tibi nunc pleno cantharus ore uomit.
Prouida pastoris per totum cura Leonis
haec ouibus Chr(ist)i larga fluenta dedit.

Rossi inscr. christ. R. II 80, 13 et 328, 10 ex schedis, solos uersus 5 et 6 cum Iucundus descripsisset (Gruter 182, 2) recepere Burmannus AL. V 131, Meyerus 1071
fuit ad S. Pauli uia Ostiensi. isto ordine NicLaurentius uersus tradidit, 5-8 1-4 codex Petropolitanus, duos in marmore inter urticas spinasque proiecto Iucundus uidit, unde

distributa disticha fuisse per quattuor latera columnatae circa fontem aediculae, separatim igitur ad oculos accidisse singula Rossius iure suspicatur. idem p. 77 auctore Sirmondo Leonem I papam a. 440-461 fecisse docet, alii Leonem III (a. 795-816) cogitarunt

3 *quisquis suum*, 4 *ingressus* Petrop. 6 *cantharus* cum *h* Iucundus

914

Prisca rediuiuis consurgunt culmina templis;
in formam rediere suam, quae flamma cremarat.
reddidit haec uotis Chr(ist)i qui templa nouauit:
Eusebii meritis noxia flamma perit.

CIL. V p. 617, 1 ex codice Palatino Mediolanii in ecclesia S. Theclae. Eusebium episcopum a. 451-462 postquam Attila a. 452 Mediolanienses diripuit aedem sacram restituisse Rossius docet inscr. christ. R. II 161, 1

1 male producitur in *rediuiuis* secunda. *consurgant* cod. primo

915

Antistes Damasus picturae ornarat honore
tecta, quibus nunc dant pulchra metalla decus.
diuite testatur pretiosior aula nitore,
quos rerum effectus possit habere fides.
papae Hilari meritis olim deuota Seueri
nec non Cassiae mens dedit ista d(e)o.

Rossi inscr. christ. Rom. II 24, 25 et 150, 18 ex codd. Einsidlensi et Palatino fuit in S. Anastasiae. sedit Hilarus annis 461-468

916

Haec tibi mens Valilae deuouit praedia, Christe,
cui testator opes detulit ipse suas,
Simplicius quae papa sacris caelestibus aptans
effecit uere muneris esse tui,
et quod apostolici deessent limina nobis

martiris, Andreae nomine composuit.
utitur hac heres titulis ecclesia iustis
succedensq. domo mystica iura locat.
plebs deuota ueni perq. haec commercia disce
terreno censu regna superna peti.

Rossi inscr. christ. Rom. II 436, 115 ex codice Marciano Veneto i. PSabini sylloge fuit Esquiliis in apside aedis S. Andreae
1 Valila de nomine Gothus magister utriusque militiae anno 471 Tiburtinae ecclesiae donum dedit, cf. Marucchi act. arch. municip. R. 1893 p. 102 3 *Simpliciusq.* codex. papa fuit ab a. 468 ad 482 4 Horatius et Ouidius *muneris omne tui est* 7 *haec* corr. Rossius. *haeres* codex 9 *commertia* cod.

917

Dum peritura Gethae posuissent castra sub urbe,
mouerunt sanctis bella nefanda prius
istaque sacrilego uerterunt corde sepulchra
martyribus quondam rite sacrata piis,
quos monstrante deo Damasus sibi papa probatos
affixo monuit carmine iure coli.
sed periit titulus confracto marmore sanctus,
nec tamen his iterum posse latere fuit,
diruta Vigilius nam mox haec papa gemescens
hostibus expulsis omne nouauit opus.

Rossi inscr. christ. Rom. II 100, 18 et 137, 20 ex codd. Palatino et Virdunensi qui uia Salaria ad S. Alexandri extitisse titulum ostendunt, uia Labicana inuentum fragmentum lapidis in museo Lateranensi seruatur, ut exempla inscriptionis saltem duo uideantur fuisse sedit Vigilius ab a. 537 (aut 540) ad 555, Gothica Narsis uictoria incidit in a. 552
1 *Getae* corr. Gruter 1171, 4 9 *uigilibus* Palat. *iam* Vird.

918

Scandite cantantes d(omi)no d(omi)numq. legentes:
ex alto populis uerba superna sonent.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 21, 14 ex syllogis Einsidlensi et Palatina fuit in ambone S. Petri. ex altera parte *Pelagius iun(ior) episc(opus) d(e)i famulus fecit curante Iuliano p(rae)p(osito) s(e)c(un)d(icerio?)* intra annos 578 et 590. carmen idem aliorum quoque templorum pulpitis adfixum est (post a. 844 *uerua*, Rossius p. 437)

919

Aula micat, ubi corpus beati s(an)c(t)i Anthioci quiebit
in gloria, uirtutis opus reparante ministro:
pontificis Chr(ist)i sic decet esse domum.
quam Petrus antistes cultus splendore nobabit
marmoribus titulis nobilitate fide.

CIL. X 7533 ad ectypum Sulcis Sardiniae in crypta S. Antiochi. praefixa crux est, subscriptum *d(e)dicatu d. XII k. Febru.* inscriptionem olim fuisse musiui operis talem *aula micat ubi cinis corpusq. beatum Antiochi sancti quiebit in gloria, sic splendet uirtutis opus* eqs. tum translatam in marmor mutilatamque, ergo consarcinatam ex antiquis hemistichiis circa saec. VIII Rossius existimauit. iunge *aula micat uirtutis*, et sublata interpolatione carmen habes bonum saeculi IV uel V

5 post *fide* distinctionis signum est ⊢ litterae simile

920

Flecte genu, en signum per quod uis uicta tirani
antiqui atque Erebi concidit imperium.
hoc tu siue pius fronte(m) siue pectora signes,
nec Lemoru(m) insidies expectaraque uana time.

Huebner inscr. Hisp. christ. 10 qui descripsit litterasque octauo saeculo adsignat. recepi quod et antiquioris carmen originis uidetur et melioris notae est ac priscae religionis uocabula adfert Eborae

1 i. crucis signum 3 lege *frontem seu* 4 i. insidias, ut e contrario *effigias* effigies al. lege *spectraque*

921

Crux est uita mihi, mors, inimice, tibi.

Rossi bull. arch. crist. 1863 p. 31 inscriptum cruci aureae quae pectus ornabat sepulti in basilica S. Laurentii

---

922

Ars nobi]s et uera fides duo cum bona constent,
cedet] liuor iners, fama perennis erit.
Me si fata me]is paterentur ducere uitam
auspiciis e]t sponte mea componere curas.

CIL. V suppl. ital. 417 ad ectypum Concordiae in tegula litteris cursiuis. nullo interuallo diremptus est u. 3 ab 2, ultimo uersui subscriptum *C. Luccio Teles]ino C. Suetoni[o Pa]ullino cos.* anno Chr. 66
1. 2 non tam ipsius figuli uersus quam poetae Ouidiani (ex P. III 3, 101 *liuor iners*, amor. I 10, 62 *fama perennis erit*) 3. 4 Vergili esse ex Aen. IV 340 s. ab Aenea Didoni dicta uerba uidit Garruccius, illic apodosis subiungitur, hic protasis pro optato est. uersus 4 item ac 2 tamquam pentameter scriptus fuisse uidetur ἐν εἰσθέσει

923

Litera nula docet nomen causanque sepulcri,
scul(p)tu(s) ines(t) lapidi uult[us . .

OHirschfeld in actis epigr. et arch. Vindobon. 1877 p. 143 cum imagine, CIL. III suppl. 11451 Carnunti in magno latere rubro scalptum negligenter. non uidetur perfecisse scriptor carmen, nihil apparet amplius. epigramma est a poeta factum, adsimile graecis AP. VII 423 ss. ut opinor
1 *doccet* scriptum est 2 *scultu iniis lapidii* ut possit legi quod editor primum legerat *sculptum in iis lapidebus*, sed post *lapide* interpunctum est, sequitur *b*(aut *r*)*ul* et littera inualida qualis *i* uel *t*, fortasse *bultus* scriptum fuit, deest uelut *et acta notat*

924

Curaest casta fides, casta custódia nobis:
sacculus hoc dicet. domina mandata poetae
admittet: 'dominae protinus adde meae,
addamus dominae, tum saccule castus abito;
non possum solus omnibus arguere'.

CIL. V 7542 ex schedis Viscontii descriptum esse testantis quam exactissime ex tegula magna uel imbrice rep. in sepulcro regionis supra Aquas Statiellas montanae

traditur *cu.rm.esim.m.im* | *castam.fides.castam* | *cus. tódiam . nobis . saculus* | *hocm . dicetm . domina . mada tam . epoetaim . had . mii et . dominaim protinus* | *adafm . meaim . adamus* | *dominaim . tum sacule* | *m . castus . abitom . nom* | *posum . solus . ominibus .* | *arcoerem* unde carmen restituere conatus sum *m* totiens inculcatam ex aliquo ornamento ductuue lapidario prouenisse ratus, *saculus hadmitet* similia non expressi ad lapidem ne obessent perspicuitati uerborum satis inuolutorum cura pudoris

1 incertissimum principium, fortasse *est mihi casta*, tum prima extra numeros 3 *adde*, in tegula fuit *adae*, Donatus in Ter. Phor. I 1, 8 'mire non *dent* sed *addant*'

5 i. argutari aut argumenta loqui, οὐ λόγων γὰρ ἡ ἀγορὴ δεῖται, χαλκῶν δέ. spreui *adicere, arrigere* nec prosunt graeca εἷς πᾶσιν ἀρκέσει

925

Si deus ipse tua captus nunc a[rte] Theorost,
[num] dubitant h[omines] uelle imi[tare] deum?

CIL. VI 10115, Henzen act. inst. arch. 1875 p. 150 ss.

in tessera fictili prope Romam inuenta. praescriptum *Gaius Theoros lux uictor pantomim(orum)*. altera tesserae pars modo sigilli inscripta habet in medio *Theoros uictor pantomimorum*, circa marginem nobilium pantomimorum cum sua cuiusque patria nomina *Pyladem Cilicia, Nomium Suria, Hyla Salmacid., Pierum Tiburtin.* confer tesseram osseam CIL. VI 10128 ubi est *Sophe Theorobathylliana arbitrix imboliarum*, Theori et Bathylli disciplina erudita. ad primorum Caesarum aetatem artifex ille pertinebat sine dubio, *deus* manifesto Caesar dicitur, potest Caligula intellegi cum Rossio, quamquam poetae ac scriptores ostendunt adulationem illam sanioribus quoque imperatoribus obtigisse

1 debuit scribi *Theorest.* sed quod graeca nominis

forma utebantur, *Theoros est* ita conprimebant ἀρχαικῶς
2 *quid* Rossius. in laterculo tamen talis traditur esse ductus qualis *a* litteram incohet, unde *n* instauraui *hominem* Rossius fortasse errore operarum. nec recte Henzen deum a pantomimo repraesentatum dixit, nihil aliud indicatur nisi imperatori maxime placuisse Theoron
imitare Nonius p. 473 e Varrone et Liuio Andronico profert, legimus etiam apud infimos scriptores et in glossariis

926

Littera Theorianis semper dictura salutem
nomine nunc Dextri tempus in omne manet.

CIL. IV 1891 Pompeis fuit in basilica. sententia admodum obscura. *Theorianis* necesse est ut datiuum suspendi ex *dictura s.*, *Theorus* in eadem basilica commemoratus est n. 1917, *Dexter* in aedibus Pompeianis n. 1563 s. litteram significari theta Wordsworth sibi persuasit, sed salutis dicendae munere epistula arguitur aut destinata Theorianis scriptura, quam poetae ut Ouidius in heroidum principiis etiam singulariter *litteram* nominant. num Dexter sua artis fama meritisque ad talem Pompeianos prouocarat? an Pompeianus is ipse honorifica in Theorianos uerba incidenda curarat?

927

Se]rpentis lusus si qui sibi forte notauit,
Sepumius iuuenis quos fac(i)t ingenio,
spectator scaenae siue es studiosus equorum,
sic habeas lances semper ubique pares.

CIL. IV 1595 serpentis capiti in muro Pompeiano ita adscriptum ut litterarum uersus serpentem ipsum imitentur. his praestigiator marsus suae arti ut attendant homines admonet aut admirator eius, constat autem id genus artificum maxime inter alios quales tertio uersu denotantur ludos prodiisse
1 Ou. her. XX 205 *si forte notasti* 2 *fact* murus
3 *studiosus equorum* clausula Ouidiana amor. III 2, 1
4 ut Sepumi lusus notatu dignos putasti, ita semper iuste iudices (cf. Persius 4, 10)

928

Venimus hoc [uiui, iam festin]o magis ire,
ut liceat nostros uisere, Roma, lares.

CIL. IV 1227 tab. 13, 6 Pompeis in porticu aedium inscriptum columnae distichon cum fuisse appareat, aliquem studui implere sensum, lectio enim hexametri dubia ac manca est. *hac u..ii..uno* Zangemeister descripsit, *hoc...auticto* Mommsenus partem uterque litterarum incertam esse significans, *hac* tabula per quam [*uolo si*] *uiuo* legere non prohibemur, prohibemur talia *continuo, non renuo.* deinde *hire* scriptum est clausulam pentametri Zangemeister enucleauit

929

Semper M. Terentius Eudoxsus | unus supstenet amicos:
et tenet | et tutat, supstenet omne modu.

Giornale d. scavi di Pompei 1874 p. 18, 4 descr. Sogliano graphio incisum parieti cubiculi

1 nomen oppidani insertum pro tali *Maecenas* uersum diffidit, deinceps debuit *unus sustentat a.* (in simili laudatione Pisonis panegyricus 131 *inter ut aequales unus numeraris amicos*) 2 cf. Nonium p. 476 *tutant.* ultimum uerbum *omnimodum* puto aduerbiale ut multum, commodum al., non *omni modo.* huius compositionis si *omnimodis* Lucretianum excipitur nullum exemplum aeque uetustum habemus

930

Talia te fallant utinam me(n)dacia, copo:
tu ue(n)des acuam et bibes ipse merum.

Acta inst. archaeol. Rom. 1874 p. 252 descr. Mau Pompeis in pariete cauponae

2 corrigitur sic *nam tu uendis aquam sed* uel *uendis a. nobis et bibis.* ut hic trisyllabum *aquam* ita disyllabum uolgo erat *acuam* (Velius GLK. VII p. 75, 10 al.), uide Lachmannum ad Lucreti VI 552 et Ritschelium op. II 604

931

Edone dicit:

assibus hic bibitur, dipundium si dederis, meliora bibes,
quattus si dederis, uina Falerna bib(es).

CIL. IV 1679 Pompeis in aedibus fortasse cauponis 1 i. ἡδονή. quamquam magis credo copae id esse nomen quam uoluptatem sic loquentem fingi ut Demetrius cynicus intemperantiam inducit hortantem ad bibendum edendumque 2 potuere numeri sic perfici *binis meliora dabuntur* 3 *quattus* τετρασσάριον, uide Woelfflini archium lex. I p. 102: *quantus* ex *quadtus* correctum editori uisum erat, Martialis XIII 119 *commodiora bibes* et 120 *musta Falerna bibas*

932

Miximus in lecto. fateor, peccauimus, hospes,
si dices quare nulla matella fuit.

Notizie d. scavi 1882 p. 436, acta inst. archaeol. Rom. 1884 p. 188 descr. Mau Pompeis in posticae pariete 1 *mixi* sine *n* scriptura optima (Hor. sat. I 2, 44 Mart. III 78, 1 al.) 2 peccauimus si excusata erit deficiens matella. minus apte *dices* dictum est si hanc accipis sententiam: peccauimus, sed si quaeres qua re, defuit matella

933

At quem non ceno, barbarus ille mihi est.

CIL. IV 1880 Pompeis fuit in basilica. praescriptum uocandi casu nomen *L. Istacidi* quam in colonia gentem fuisse lautam et honoribus conspicuam lapides testantur *cenare ad aliquem* uolgus ita dixisse uidetur ut in Petroniana satura Trimalchio *foras cenat* cap. 30, contra homo eruditus *ut foris cenares* cap. 10. eamque receperunt structuram inferioris aetatis scriptores eiusdem basilicae titulus est 1937 *quisque me ad c*[e]*nam uocarit u*(*aleat*)

934

Quid fi]t? uí me oculeí posquam deducxstis in ignem,
no]n ad uim uestreís largificatis geneís.
uerum] non possunt lacrumae restinguere flamam:
hae]c os incendunt tabificantque animum.

Notizie d. scavi 1883 p. 52 descr. Sogliano et Mau, cf. musei rhenani 38 p. 474 ubi expleui contulique Gelliana XIX 9 Pompeis in pariete theatri tecti

1 *aeditui* proposuit Baehrens in Fleckeiseni ann. 1883 p. 798 2 *lumphae* idem neglecto de *..nad* testimonio utriusque auctoris, quamquam *ad* litterarum non apparuere nisi superiores particulae 3 *uanum:* Baehr.

935

Illud agant] uesci, neí incendia participantur:
tu cura] flammam tradere uteí liceat.
. . . bus per uic . . [a]morem
. . detur deí . . intaestost?
. . o..cios . . . . t
. . . iuc
. . n.ore dạ
. . sumat aut ea ua.
. . sumpti opus est a
. . udam aut .ii.......ndaí
. . habere aíunt iium . . . que locare
. . ui . um . . . . deo condere uti liceat

Tiburtinus epoese

Seí quid amor ualeat nosteí, seí te hominem scis,
commiserescce, mihi da ueniam ut ueniam.
flos Veneris mihi de
Caesia, sei n . .
seí paruom p . .
es bibe lude . .
nec semper
solus amare u
multa opus sunt s
quod nesceire dare

haec sic composui ut incisa leguntur in pariete sub illo carmine *..me oculei*, quod pars horum scriptorum manifesto derisit

1 s. lusi explendo metra, fortasse propius a uero *utilius uesci - uisceribus* i. uerbum epulandi aut nomen *Vescinei*, nam Vescinus ager non multum distat et Vescinii fuere Capuae, certe hae non sunt interpunctae syllabae

4 prima littera incerta, curuata dextrorsum. extrema non recte lecta, *in triuiost* sim. postulatur 7 quasi inperfecta *n* post *d*, *datur* aut *diu* aut aliud opus est

8 *sumat, u* incertam esse indicat Sogl. post *eaua* incipit uelut *m* littera, *uana*? 10 *nudam*? 11 fortasse *num*[*mos* 12 *uideo* aut *studeo* suadet uersus 13 hic uersus litteras habet grandiusculas, i. ἐπόησε 14 hiatum tolleret *nouistei* aut *te esse h.* aut inuersio extremorum

15 *misereri*, *dolere* in titulis plebeis etiam cum datiuo structum apparet, itaque necesse non est *mihi* disiungi a *commis*. et ad sequentia tantum referri. bella amphibolia, *uenire* proprium amasiorum, Catullus *iube ad te ueniam*

16 Ouidius *delectat Veneris decerpere flores* 17 *selin..* Sogl. sed *l* ut incerta, *i* minutissima sit. credibilius opinor *Caesia* quam *caesia* 19 ἔσθιε πῖνε παῖζε in Sardanapalli monumento (Athenaeus XII p. 530 b), *edi bibi lusi* Liuius Andronicus, *es bibe animo opsequere* Plautus 21 nempe *solus amare ualet qui scit dare multa puellae*

936

Quid pote tan durum saxso aut quid mollius unda?
  dura tamen molli saxsa cauantur aqua.

CIL. IV 1895 in basilica Pompeiana. recepi ut uno exemplo in parietibus inscriptorum carminum et ab optimis poetis per codices ad nos propagatorum adfinitates et discidia perspicerentur. uersus enim sunt Ouidi art. I 475 s. sed initium in peius mutatum, nam Ouidius *quid magis est saxso durum aut.* at *quid pote tan* scriptor iste ibidem etiam paulo superius inleuerat

937

Scribenti mi dictat Amor mostratque Cupido:
  a] peream, sine te si deus esse uelim.

CIL. IV 1928 tab. 22, 7 Pompeis in basilica, supra scriptum legitur *tu enim me doces*

1 poeta *mihi* ediderat. Ouidius amor. II 1, 38 *carmina purpureus quae mihi dictat Amor*, Martialis pariter sine

obiecto VIII 73, 8 *Lesbia dictauit, docte Catulle, tibi*
2 principio duae litterae euanidae, *ah* legebat Wordsworth, *a* aut *o* aut *dispeream* fuisse Zangemeister negat *ad* (id est *at*) aut *set* legi posse concedens. in re incerta quod usu poetarum comprobatur sumpsi, aduersatiua coniunctio uereor ne diadema auferat leporis. Tibulli II 3, 32 confert Leo

938

Pulueris aurati pluuia sit sparsa papyrus:
rescribet Danae sollicitata 'ueni'.

Gauckler bull. du comité des travaux hist. 1892 p. 113, mihi dedit Dessau Caesareae Mauret. in margine paterae fictilis scariphata uerba
1 χρυσογραφίας ut curam cultumque delicatum cognoscas, uaria praecepta traduntur in papyro Lugdunensi Bat. II p. 219 ss. Leemans 2 Ou. her. I 2 *nil mihi rescribas, at tamen ipse ueni.* Danae scilicet ob pluuiam auream, cf. 359

939

Siqua fides hominum est, unam te semper amaui,
ex quo notities inter utrosque fuit.

dedit mihi Kaibel Romae in Palatinis Caligulae aedibus inscriptum tectorio
2 *notities* forma Lucretiana non accepta Ouidio her. IX 19

940

Omnia formonsis cupio donare puellis,
set mihi de populo nulla puella placet.

Zangemeister ephem. epigr. I p. 54, minus integrum edidit ac delineauit Correra act. arch. municip. Rom. 1894 p. 95 tab. II Romae stilo incisum in cella domus Tiberianae

941

Amplexus teneros hac si] quis quaerit in u[rbe,
expect[at ceras] nulla puella uiri.

CIL. IV 1796 in basilica Pompeiana quia fuit distichon, metri aliquid adlusi
ibidem 1791 ex disticho, saltem ex uersibus duobus relicta haec *suauis amor nostrost a*[*nimo* et *...it seniost uet...*

942

Quoi scripsi semel et legit, mea iure puellast:
quae pretium dixit, non mea sed populi est.

Ephemeris epigraph. I p. 53 n. 168 (CIL. IV 1860) ex Wordsworthi apographo Pompeis in basilica

943

Vis] nulla est animi, non somnus claudit ocellos,
noctes [atque] dies aestuat omnis amor.

accepi a Kaibelio Romae in Palatino in parietinis Caligulae
1 *nulla est animi* murus ut et uersui desit caput (*spes, lux* sim.) et sententiae. *nulla quies animi* Mommsenus sane pulcre et congruenter cum Valerio Argon. VII 244 *nulla quies animo, nullus sopor.* at Leo *nox nulla* ex V. Aen. IV 530 2 *atque* Kaibel negat esse in lacuna inscriptionis, quid aliud fuerit non discerni. ego de praepositione (*perque*) cogitaui, *siue* Leo *omnes* murus

944

Alliget hic auras, si quis obiurgat amantes,
et uetet assiduas currere fontis aquas.

CIL. IV 1649 Pompeis in pila dignum elegorum poeta carmen, modo uerbum metro contrarium (debuit *iurgabit*) neque ad sententiam luculentum sustuleris. melius opinor *custodit* uel *diducit* (Propert. II 7, 3)

945

Quis]quis amat ualeat, pereat qui | nescit amare,
bis tanto pereat | quis quis amare uetat.

Acta inst. arch. Rom. 1876 p. 233 descr. Mau Pompeis in domo Successi in pariete tablini incisum graphio, cf. quod insequitur carmen
1 cf. supra 359 ubi Bursianum quondam correxisse *quis*]*quis amare uetat*, [*quis*]*quis custodit amantes, nil nisi c.* (Lit. Centralbl. 1879 p. 1604) comperi a Mauio

946

Quisquis amat ualeat, pereat qui nescit amare,
bis tanto pereat quisquis amare uotat.
felices adeas, maneas o Martia, si te
uidi, dum nobis, maxima cura, placet.

CIL. IV 1173 add. p. 204, tab. 18, 1 in pictura papyri Pompeiana scariphatum exemplum amatoriae epistulae. litterae incertissimae et quae uariis modis legi possint. in secundo disticho quae uerba sibi uisi sunt legere alii, non expedit omnia adscribi, sensum a me recte exploratum esse arbitror

1 *ama ualia peria* et ut Zangemeister testatur *noscit* scriptum est. idem uersus in pariete Pompeiano legitur n. 3199 p. 222 *cuscus amat ualeat, pereat qui noscit amare*, principium etiam 3200 d p. 223 *quis quis amat* et Notizie d. scavi 1891 p. 260, 16 *quisquis amat ua*[*leat* 2 *bis tantum* Ribbeckius inuenerat mus. rhen. 13 p. 585: *bis tanti* ut uidetur papyrus, deinde *peria*, in fine *uota* quod idem ualet cum *uetat* (Nonius p. 45, Rohde in Ritscheli nouis excurs. Plaut. p. 60 et 129) 3 *adias manea so* ita scriptum ut et *abias* possis legere et *mapupa so.* malo *maneasq. o* quod nescio an per papyrum liceat restituere. in fine *siti.* in carmine Petroniano *dulcis mea Marcia* 4 *dunobis* papyrus, in fine *place* (in quod etiam Zangemeister inciderat) etsi ne *magi*(*s*) quidem spatio obscurisque reliquiis excluditur. *maxima cura* pro homine amato Vergilianum

947

Quisquis amat, ueniat. Veneri uolo frangere costas
fustibus et lumbos debilitare deae.
si potest illa mihi tenerum pertundere pectus,
quit ego non possim caput i[ll]ae frangere fuste?

CIL. IV 1824 Pompeis in basilica

1 alibi in pariete Pompeiano talis refertur *quisquis amat, ueniat: Veneri lumbos uo* (Mau in actis inst. arch. Rom. 1893 p. 59 n. 30), quasi *uolo fractos.* comparat Hense Antisthenis dictum τὴν Ἀφροδίτην κἂν κατατοξεύσαιμι εἰ λάβοιμι, quod mulieres corrupit (Clem. Al. strom. II p. 485 P.) 3 restitue *si ualet*, Ritschelius mus. rhen. 5 p. 461 *potis* pro-

posuerat 4 *quor* a Ritschelio propositum reparat speciem. *illae* pro *illi* scriptum uidetur, cum *deae* et *illut* quae alii ediderant per tabulam 33, 5 non admittantur. pentametro conueniebat *quidni ego possim illi frangere fuste caput*

948

Quisquis amat, calidis non debet fontibus uti,
nam nemo flammas ustus amare potest.

CIL. IV 1898 in basilica Pompeiana
2 *flammas* Zangemeister tab. 26, 4 cum alii *flammis* legissent. *ustus* ut amans, adeo iam inualuerat *urit amor*

949

Si potes et non uis, cur gaudia differs
spemque foues et cras usque redire iubes?
er]go coge mori quem sine te uiuere cogis:
munus erit, certe non cruciasse boni.
quod spes eripuit, spes certe redd[i]t amanti.

CIL. IV 1837 Pompeis in basilica. litteratura ea in qua *potis* et *potes*, *cogis* et *coges* paene promiscua habeantur. carmen una manu scriptum totum uisum est Zangemeistero, uersus 4 et 5 alterius manu Mommseno. subscripserant alius instar senarii *qui hoc leget, nuncquam posteac aliid legat*, alius *nunquam sit saluos qui supra scripsit*, alius *uere dicis*, alius *Hedysto feliciter*. expediit carmen expleuitque Zangemeister, idem contulit Tibulliana II 6, 17 ss. *spes fouet et fore cras semper ait melius* et Vergiliana ecl. 2, 7 *mori me denique coges*
1 post *uis* addere scriptor debebat uelut *fallax* aut in principio *Nunc dare* aut ut Ouidius am. III 6, 87 *quid mutua differs gaudia?* hic saepius in exitu uersus *gaudia differt* 3 inuertendum erat *te sine* aut *sine te quem*. sed Ouidius her. III 140 *quam sine te cogis uiuere, coge mori*
4 mors mihi munus erit (ita Ou. tr. I 2, 52), certe boni erit non cruciasse

950

O utinam liceat collo complexa tenere
braciola et teneris | oscula ferre labelis.

i nunc, uentis tua gaudia, pupula, crede. |
crede mihi, leuis est natura uirorum.
saepe ego cu(m) media | uigilare(m) perdita nocte
haec mecum medita(n)s: multos | Fortuna quos supstulit alte,
hos modo proiectos subito | praecipitesque premit;
sic Venus ut subito coiunxit | corpora amantum,
diuidit lux, et se | paries quid, ama.

Notizie d. scavi 1888 p. 519, acta inst. arch. 1889 p. 122 descr. Sogliano et Mau   Pompeis in aedibus medici parieti inscriptum stilo, distributum in octo uersus carmen inaequale quod ab elegis amatoriis originem duxisse probant uersus 2 et 7

2 *labellis* pro *labris* cf. Prop. II 15, 9 IV 9, 64   3 *i nunc et uentis* Iuuenalis 12, 47   5 color Phaedrae Eur. Hipp. 374 ut Leo monet   6 potuit scribi *quos F. extulit*, sed *Fortuna* insitiuum opinor   7 demi debuit *subito*   9 pro *diuellit, diuisit.* structura non ad finem perducta, sententia ultima sic uisa est uiri εἰρωνευομένου (*si* feta *paries*). sed Mauius ultimum uersum fere sic depinxit *larees quid aam*, quid poetria uoluisset se non esse adsecutum. num *et si paries* diuidit, *quid agam?* hanc Leo adlocutionem facit parietis, quam praecesserit uelut *et lux et Sol*

951

Non e]go tam [c]ur[o Venerem d]e marmore factam
c[a]rmini[bus quam quae spirat ubique recens.

Notizie d. scavi 1877 p. 248 descr. litteras euanidas Sogliano   Pompeis in pictura uoluminis expliciti, supra depictus est Amor uuam tenens   priorem uersum Soglianus expleuit, alterum subieci in exemplum, tametsi etiam longe alia dantur uelut in 1 *duro* et in 2 *carminibus tempto: mollis amica legat*

CIL. IV 1921 si distichon scriptor in animo habuit, et in pentametrum quadrant inferiora *Venus faciet*, superiora tamen non absoluisse numeris censendus est, ut quae uix aliter possint legi quam *ianitor oro nomine certe sed..certa*

952

Iam docui silices uerba [benigna] loqui.

CIL. IV 1118 add. p. 203 *benigna* malui quam quo Propertius III 23, 6 hemistichium istud impleuit *diserta*. nempe silex crudelitatis specimen

eisdem Pompeis 3042 *crudelis Lalage, quae non am-*, facias licet carmen continuando *non amo dicit amanti*

953

Si quis forte meam cupiet uio[lare] puellam,
 illum in desertis montibus urat amor.

CIL. IV 1645 in pila Pompeiana
1 clausula Tibulliana I 6, 51

954

Crescens, quisque meam futuet riualis amicam,
 illum secretis montibus ursus edat.

Zangemeister ad CIL. IV 1645, habui etiam a Kaibelio descriptum Romae in Palatio bis inscriptum in fornice, cf. supra 45

1 *Cresces* titulus unus, *futuit* alter 2 Zangem. hoc distichon ex priore detortum esse iudicauit, atque eo procliuior ad hunc lusum dicacitas fuit quod dictitarunt etiam *edebat amor*. contra BernhSchmidt has priscas esse uolt diras comparatque cum Homericis εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα, Terentianis *scelus hinc asportarier in solas terras* et Catullianis *malas in oras* quas enarrauit in Fleckeiseni ann. phil. 1891 p. 565 ss. etiam Pompeis in muro scriptum erat *ursi me comed[ent*, Mau act. inst. arch. 1884 p. 188 *comib*- excepit, *ib* incertas

955

Hic ego nu[nc f]utue(i) formosa(m) fo[r]ma puella(m)
 laudata(m) a multis, set lutus intus erat.

CIL. IV 1516 in muro Pompeiano *f]utue* murus et extremum *eerat*. pro *forma* ars tale *forte* postulabat, *lutum* masculine Quadrigarius (Nonius p. 212) aliique extulere

prior uersus ac sententia tota in eodem muro repetita n. 1517 *hic [ego] nuc futue formosam fo[rt]e puellam, morbus qu[oi ta]lis form[o]sam facie[m* ubi quae secuntur miserrime mutilata sunt, pentametrum tamen uoluisse scrip-

tor uidetur *dedecorat faciem.* in cella lupanaris ibidem 2246 *hic ego cum ueni, futui,* | *deinde redei domi* ancipiti metro, senarius ita fit tersior *dein redii d.*

956

Moles] multta mihi curae cum [pr]esserit artus,
has ego mancinas, stagna refusa, dabo.

CIL. IV 2066 tab. 6, 1 in pariete domus Pompeianae 1 *moles* addidi ut construi uerba aliquo modo possent, quamquam nec primo neque extremo uersu quicquam scriptor quo compleret hexametrum adiecisse uidetur. atque in lacuna *p* aut *o* cerni posse Zangemeister adfirmat add. p. 215 sed non *pr*, ut suspicio incidat uerbi sordidi ignoti (*pinserit* et *pexerit* fatua, facetius *sopor inrigat artus*, πέσσαι pro πῖσαι Hesychius). nam cogitauit homo ni fallor nequissimus talia *cura mihi ueneris nimio cum feruerit aestu* 2 *mancinas* quod alibi nusquam legitur apud Italos durat adhuc usque deriuatum a manco, non a manu, quamquam manciolas Laeuius pro manibus uocarat (Gellius XIX 7, 10). Martialis IX 41 *numquam futuis sed paelice laeua uteris et ueneri seruit amica manus.* sequitur traducta improbe Vergiliana (A. I 126) et Ouidiana locutio

957

Admiror, paries, te non cecidisse ruina,
qui tot scriptorum taedia sustineas.

CIL. IV 1904 in basilica Pompeiana, 2487 in amphitheatro, prior tantum uersus 2461 in theatro maiore 1 *admiror paries te* 2461: *admiror o pariens te* 1904, *admiror te paries* 2487. ceterum *ad miror* interpuncta ut interpretari possis *at miror* 2461 et 2487 *cecidise* 2461 *ruina* 2461 (add. p. 223), *ruinis* ut uidetur 1904, abest 2487 2 *taedia* 2487, non certae lectionis nomen 1904 sed quod non possit fuisse *carmina* (ut in Priapeis 61, 13)

958

Virtutes generis mieis moribus accumulaui,
progeniem genui, facta patris petiei.

maiorum optenui laudem, ut sibei me esse creatum
laetentur: stirpem nobilitauit honor.

CIL. I 38 p. 21 VI 1293, PLME tab. XLII n. L. AL. Meyeri 725 Romae in Scipionum sepulcro. praescriptum *Cn. Cornelius Cn. f. Scipio Hispanus pr(aetor) aid. cur. q(uaest.) tr(ib.) mil. II X uir sl(itib.) iudik. X uir sacr. fac.* praetor peregrinus anno urbis 615 (Val. Max. I 3, 3), quoniam ad consulatum non peruenit, paulo post mortuus esse uidetur. pater consul fuit a. 578 in magistratu mortuus factis nullis inclutus, filius fortasse praetor Hispaniam prouinciam sortitus qui rėcusauit (Val. M. VI 3, 3)

2 *progenie mi genui* Mommsenus, nam inter *m* et *g* hasta insculpta est istius litterae similis, cf. Ritschelius op. IV p. 539. fuit qui conaretur *progeniem i(n)genui*

959

A

Viva Philematium sum Aurelia nominitata,
casta pudens, uolgei nescia, feida uiro.
uir conleibertus fuit, eidem, quo careo eheu,
ree fuit ee uero plus superaque parens.
septem me naatam annorum gremio ipse recepit,
(quadraginta) annos nata necis potior.
ille meo officio adsiduo florebat ad omnis

. . . . . .

B

H]aec quae me faato praecessit, corpore casto
c]oniunxs una meo praedita amans animo
f]ido fida uiro ueixsit, studio parili qum
nulla in auaritie cessit ab officio.

CIL. I 1011 descr. Mommsen, VI 9499. AL. Burmanni IV 160, Meyeri 1289 rep. apud urbem uia Nomentana nunc in museo Britannico. praescripta dextrae parti quam priorem feci *Aurelia L. l. Philematio*, sinistrae *L. Aur*]*elius L. l.* [*H*]*ermia lanius de colle Viminale.* subscriptum sinistrae *Aurelia L. l. . .*, in dextra pentametrum periisse unum probabile est. medium locum effigies mulieris tenet uirum

prensantis ambabus   litteratura Acci poetae disciplinam arguit et quo Sulla decessit tempus

6 *XXXX annos* lapis   10 *praedita* sic quasi praefecta nunc non legitur nisi apud imitatores priscorum Frontonem et Appuleium   11 *qum* dubites utrum praepositio sit *cum parili* an coniunctio *cum cessit*, illud numerorum causa praestat. *quin* Heinsius coniecerat   12 *auarities* priores descripserant, at certe non extat hodie *s.* cupiditas improba dicitur, *amaritie* Schraderus et Hauptius

960

Tu qui secura spatiarus mente uiator
  et nostri uoltus derigis inferieis,
si quaeris quae sim, cinis en et tosta fauilla,
  ante obitus tristeis Heluia Prima fui.
coniuge sum Cadmo fructa Scrateio
  concordesque pari uiximus ingenio.
nunc data sum Diti longum mansura per aeum
  deducta et fatali igne et aqua Stygia.

CIL. IX 1837 descr. Mommsen I 1220, PLME tab. LXXIX B, Or. Henzen 7413   Beneuenti   aetatis Caesarianae carmen, Catullianae licentiae in medio pentametro 8 coitus uocalium

2 supra 252 *fascibus nostri*, CIL. VIII suppl. 18629 *post mortem nostri*   5 deprauatus uersus ex nominibus propriis, iam desunt syllabae tot *dilecto fructa.* Lygdamus 3, 31 *liceat mihi - securo cara coniuge posse frui*   7 *mansura per aeuum* Culex 38 Ou. met. V 227

961

Stallius Gaius has sedes Hauranus tuetur
  ex Epicureio gaudiuigente choro.

CIL. X 2971 uidit Mommsen, Or. 1193. AL. Meyeri 1158   Neapoli inuenta nunc Florentiae adseruatur tabula marmorea, simul inuentae dicuntur urnae quibus nomina infuerint graeca. Sironi aequalem putes hominem, metri genus Lucretianum, graeca plane scriptura *Epicureio*

1 *Hauranus* uidetur ἐθνικὸν esse fortasse ab oriente. *Gauranus* coniecerat Hagenbuch   2 *gaudiuigens* noue fictum quasi ἡδυθαλής, *animus laetitia uiget* Lucr.

962

Nardu poeta pudens hóc tegitur tumulo.

CIL. X 1284 descr. Mommsen, Or. 1184. AL. Meyeri 1159 Nolae litteris magnis et bonis. sex uersus sunt in lapide, singuli singulorum uocabulorum. secutus est poeta artem inde a Catullo et Tibullo oblitteratam *pudens* male pro nomine non nulli habuerunt Nardumque eundem cum L. Valerio Pudente Histoniensi qui coronatus est a. 106 inter poetas latinos (CIL. IX 2860), cf. 53, 3

963

'O iucundum lumen superum, ó uitae iucunda uoluptas,
florenti si non succederet inuidia.
inuidus aurato surrexit mihi Lucifer astro,
cum miseram me urgeret inuidia.
bis duodenos annos iam processerat aetas,
cum me ex luce expulit officium.
sed te nunc, Pietas, uenerorque precorque
ut bene pro meriteis hilares Hilaram,
quae me seruili nomine preiuat
et dulci suo participat cinerem.
sed tu, adulescens, quem Phrygia edidit tellus,
desiste lamenteis me exciere.
namque tua officia grata mihi in luce fuerunt
et nunc demum ad cinerem.

CIL. VI 17130 descr. Henzen ediditque in actis inst. arch. Rom. 1863 p. 9 Romano fundo emersa marmorea tabula, praescriptum *Egnatuleia Ↄ. l. Vrbana hic sita est*, ultimo uersui adscriptum *IV k(al.) Sex(tiles) P. Q(uirinio) C. V(algio) c(os.)* anno urbis 742

1 tolle *iucundum*, 2 fac *surgeret*, 3 tolle *mihi*, 4 fac *cum fati urgeret me miseram*, nam in dactylum redactum *urgere* sicut *fulgere* al. non extat, 5 fac *bis denos annos mihi iam*. similiter ceteri uersus interpolati aut detruncati sunt 8 *Hilara* patronae cognomen duxit ad *hilares*, metro aptum *exhilares* 9 adde *post mortem* 10 i.

Egnatuleio nomine 11 *phrycia* marmor 12 *desine, Paule* Prop. *animas excire sepulcris* Verg. *ciere* non extat tribrachy 14 et nunc gratissima sunt mortuae

964

Dextera fama mihi fuit et fortuna, patrona
magnifici coniunx Caesaris illa dei,
qua bene tutus eram, caris nec uilis amicis,
quis etiam mecum plurima cura fuit.
Anthis causa meae uitae, quae cara sepulcro
condidit ossa suo. nominor Ikadium.

CIL. VI 14211 ex Cyriaco aliisque (Gruter 609, 4). AL. Burmanni IV 352, Meyeri 1436 Romae ad Lateranum

praescriptum *Calpurnia Anthis fecit*, at in schedis quibusdam *Calpurnius Anthius fecit*, item uersu 5 *Anthius*. pater sane melius quam mater causa uitae dicitur, tamen nec *qui* u. 5 legi quisquam tradidit et pater si nominatus esset, adiecto opus erat praenomine

2 Calpurnia L. Pisonis filia diui Iulii uxor 4 *mei cura* et *mecum consuetudo* commixta sunt

965

Quandocumque leuis tellus mea conteget ossa
incisum et duro nomen erit lapide,
quod si forte tibi fuerit fatorum cura meorum,
ne graue sit tumulum uisere saepe meum.
et quicumque tuis umor labetur ocellis,
protinus inde meos defluat in cineres.

quid lacrumis opus est, Rusticelli carissime coniunx,
extinctos cineres sollicitare meos?
una domus cunctis, nec fugienda uiris.
ut[i] quae uolui tempore, tempus habet.
nondum bis uicenos annos compleuerat annus,
supremum Parcae sorte dedere mihi.

Gruter 992, 3, schedae Henzeni. AL. Burmanni IV 67 et 68, Meyeri 1211 et 1212 Romae in tabula lapidea. praescriptum *Rusticellia M. l. Cytheris debitum reddidit X k. Sept. Maluginense et Blaeso cos.* anno post Christum 10 (Borghesi op. IV 449) separati sunt interuallo uersus 6 priores quos ante mortem, a posterioribus quos post mortem proferre uxor fingitur

2 *nomen* codex Waelscapli et Boissardus: *nomine* Smetius apud Grut. 3 Maffeius *si qua tibi fuerit* correxit, sequens epigramma suggerit *tum tibi siqua manet* 7 archetypum nomen fuit anapaesticum spondiacumue 9 notabilis gerundiui uis (ἄφευκτος ἀνάγκη Kaibel epigr. 563, 7) 10 *uti* scripsi prius conatus *uitae*: *ut* fertur 11 fac *bis denos* et *aetas* 12 archetypum fortasse *dedere diem*

966

Quandocumq. tellus mea conteget ossa,
incisum in duro nomen erit titulo,
tum tibi si qua mei fatorum cura manebit,
ne graue sit tumulum uisere saepe meum.

CIL. VIII suppl. 15716 descr. Cagnat ex ectypo, nam lapis periit inter Vcubi et Siccam. praecedit *Caninia L. l. Rufa coniux M. Liui Heleni pia uixit annis XXC, h(ic) s(ita) est*, subsequitur *q]ui hoc sephulcrum uiolarit, deos [s]uperos inferosq. iratos habea[t]: o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant), t(erra) t(ibi) l(euis) s(it)*

1 expleas ex carmine praecedente *quandocumque leuis tellus*. Propertius in re eadem II 1, 71 13, 17 *quandocumq. igitur uitam mea fata reposcent* (excipit *si te forte*), *quandocumq. igitur nostros nox claudet ocellos* 4 *ne grauis in tumulo* Cagnat, *ni grauis sit tumulo* Espérandieu de cuius apographo Dessau me certiorem fecit. errorem correxit Schmidtius

967

Vt rosa amoena homini est quom primo tempore floret,
quei me uiderunt, seic ego amoena fui.

Huelsen act. inst. arch. Rom. 1893 p. 150 titulus pictus in columbario uillae Pamfiliae ad uiam Aureliam. praescriptum *Flauia P. l. [Am]oena.* propter id nomen *rosa amoena* quae alias *rosa grata.* aeui Augustei

968

Seic florem aetatis tenuit Veratia caste,
nulla ut perciperet gaudia dedecoris.
coniuge namque uno uixit contenta probato,
cetera digna bonis femina facta tulit.

CIL. VI 19838 ex Winghio, Muratori 1694, 4. AL. Burmanni IV 173, Meyeri 1298 Romae fuit. praescriptum *C. Iulius C. l. Antiochus, Veratia C. l. Eleutheris*, subscriptum *Veratia C. l. Saluia*

1 *castae* minus bene Bonada 4 *facta* iunge cum *femina*, in matrimonio

969

Seiquis hauet nostro conferre dolore,
adsit nec parueis flere quead lachrymis.
quam coluit dulcí gauísus amore puella
hic locat] infelix, unica quei fuerat
dum contracta sinunt] fatorum tempora numphe.
nunc erept]a domu cara sueis tegitur,
omne decus uolt]us et eo laudata figura
umbra leuis nun]c est paruos et ossa cinis.

CIL. VI 6051, Brizio pitture e sepolcri scop. sull' Esquilino p. 128 n. 536 prope portam Praenestinam in columbario litteris paruolis

1 excidit tale *nostro proprium* 2 *flereque . ad* lapicida nimium oscitans 3 i. puellam 4 *collocat* proposuerat Bormannus, apparent enim *iioo* litterarum simulacra paulo ante fracturas *quei* datiuus saepius legitur (mus. rhen. 45 p. 334) 5 utrum *Numphe* nomine an pro noua nupta (Ou. her. I 27), haud satis liquet 6 *ablata domu* prop. Bormannus, idem sic aut similiter u. 7 8 suppleuit. potest ex 52, 7 *incessus*

970

Hic me] florentem mei combussere parentes.
uixi d]um licuit superís acceptior unus,

quoi nemo po]tuit uerbo maledícere acerbo.
. . ad superos quos pietas cogi . . .
. . modeste nunc uos quon . . .
. . . tís dicite 'Optate, sit [tibi terra leuis'.

. . . o annorum nondum . . .
c]um ad mortem matris [de gremio rapior.
Manibus carus fui, uiuos cari[ssimus illi,
aduerseis quae me sustulit o[minibus.
desine iam frustra, mea mater, [desine fletu
te miseram totos exagitare die[s.
namque dolor talis non nunc tibi [contigit uni,
haec eadem et magneis regibus [acciderunt.

CIL. VI 23551, X 6620, Cardinali iscriz. Veliterne p. 122 qui tamen in mediis primis uersibus lacunas significauit parum recte, cf. Iahn spec. epigraph. p. 111 qui ex insequente Arbusculae titulo hunc posse suppleri ostendit. periit Romae extra portam Pincianam rep. tabula marmorea fracta litteris minutissimis. praescriptum ...*lius P. et Clodiae l(ibertus) Optatus uixit annos VI m. VIII.* subscriptum *Clara Amaranto* .... | *Au*...
2 *nemo dum* Mommsenus Nohliusque. comparatiuus pro superlatiuo ut aiunt 4 ss. uersus aperte corrupti. uiuite *ad superos pietas quos cogit* adire huc, atque rogo *modeste nunc uos,* quoniam sum iniquis abreptus fatis, *dicite s. t. t. l.* 5 *quon*... Giorgius, *quoi*... Amadutius, de uisu uterque 6 ..*ís* Amad. 7 recte ab 6 separat Amad. incipit epigramma alterum de Amaranto aetatem octo *annorum nondum* superaram 8 expleuit Henzen 9 similiter Bormannus *uiuos car[us genetrici* 10 ego expleui, item Nohlius 11 ss. expleti sunt olim ad exemplum carminis sequentis, cf. supra 823. graece uertit Marcus in titulo quem Hense comparat. mus. rhen. 34 p. 183 καὶ γὰρ ἄνακτες κτλ.

971

Terminus est uítae nostrae tertius et uícensimus annus,
cum me florentem mei combussere parentes.
uíxi ego dum licuit superis acceptior una,
quoi némo potuit uerbis maledicere acerbo.

crudele pater funus náti uidisse uideris
et pia complexu mater spoliata senescens.
at tu, dulcis soror, exstincto me solare parentes.
'crudelis Pluton, nimio saeuíte rapinae,
parce precor nostram iam lacerare domum.
te, lapis, optestor leuiter super ossa residas,
ne nostro doleat conditus officio'.
desine iam frustra, mater mea, desine fletú
te miseram tótos exagitare dies.
namque dolor tális non nunc tibi cóntigit úni,
haec eadem et magnis régibus acciderunt.

CIL. VI 7872 recognouit Henzen, Iahn spec. epigr. p. 110 in Salaria rep. in museo Kircheriano. praescriptum *Octauia L. et Ɔ. l. Arbuscula u(ixit) a. XXIII et mensens X, Tuccia Ɔ. l. Vrbana mater eius* centonem esse tam male consutum ut excepto introitu carminis ne genus quidem masculinum archetypi de puero scripti imitator mutarit, pluribus exposuit Iahnius. multi uersus eidem leguntur in titulo superiore, 10 et 11 in aliis haud paucis, 15 in CIL. VI 5953. in elegis sermonem parentes et puer alternant 1 tolle *tertius et* 4 *uerbo* emendauit Iahnius 5 *triste* uersus postulat 7 debuit esse *at tu me soror exstincta solare* 8 *saeuiri* nouum est. qui sequitur genetiuum non ex *nimio* pendere arbitror sed ex *saeuíte* quo modo *cumulatus scelerum, expertus belli, ardens caedis* usurpatum sit. Henzenus *nimia* et *rapina* corrigit

972

Quae tibi cumque mei potuerunt pignora amoris,
náta, dari, populo sunt lacrumante data.
et uolui maiorá nimis, sed cúra meorum
fída tuei prohibet me cinerem esse rogí.

Vixisses utinam et potius mea charta taceret
quam mihi scribendi causa, Latina, fores.
uixisses, neu te surgentem in uota tuorum
aspicerem addictam Manibus ire sacreis.

sed quoniam Parcis uetitumst nihil, accipe nostri
aeternas eheu carminis exequias.

Gruter 1000, 9 a Smetio acceptum carmen prius exhibet, posterius carmen separatim 843, 2, ex PSabino aliisque schedae Henzeni. AL. Burmanni IV 222 et 223, Meyeri 1330 et 1331 Romae in tabula marmorea. praescripta quinque nomina *C. Vibius C. l. Helenus, C. Vibius C. Ͻ. l. Felix, Vibia C. Ͻ. l. Latina f(ilia) uixit an. XIX, P. Rabirius P. l. Hilarus, Vibia C. et Ͻ. l. Strabaena* Felicis et Latinae titulis subscriptum carmen prius quod filiae pater fecit. posterius Burmannus ex u. 7 conclusit item a patre scriptum esse eidem, sed in plagulis CIL. VI quas nuper accepi, adnotatum inuenio 'saeculo XV potius attribuerim quam aetati antiquae', uereor ne recte omnino. prioris bonam aetatem scriptura commoda prodit, apex recte positus in *náta* et *cúra* sed perperam in *maiorá*

5 *charta* uel *cartha* testes: *musa* Gruterus substituit

973

Hospes sta et lachruma, si quicquam humanitus in test,
ossua dum cernis consita maesta mihi,
quoius laudati móres et forma probatast
Anchialo, quem cura anxia debilitat.
Lesbia sum quae dulcis móres sola relíqui
et quod uitam uíuens parui in officieis.
sei nomen quaeris, sum Lesbia, si duo amantes,
Anchialus dulcis cum suaue homine Spurio.
'sed quid ego hoc cerno?' mea sunt híc ossua in ólla
consita. uíue hospes dum licet atque uale.

CIL. VI 21200 ex Sabino potissumum, Gruter 799, 8 e Mazochio. AL. Burmanni IV 148, Meyeri 1277 Romae. praescriptum *Lezbiae ossa hic sita sunt*

2 *consita* ut 10. non debebam igitur Gruterum sequi supra 488, 5 5 *sum dulcis mores quae* Fabricius emendabat, sed prima uerba deflexa esse de archetypo quod coniugii mentionem habuerit, probatur nomine iterato in 7

6 *quod* omittitur uolgo, subrepsisse ex formula *quoad uitam uixi* CFWMueller suspicatur, ego *quot in officieis* copulatum ideoque praemissum *sola* arbitror. de synaphia

uersuum cf. 475, 10 8 metrum debuit esse tale *suauis homo Spurius.* ceterum traditur *spurlo* 9 *sed - cerno* fingitur hospes interrogans. totum hoc distichon Sabinus post u. 4 conlocat, unde Henzenus u. 1-4 sinistram 5-8 dextram tabulae partem obtinuisse conlegit

974

Inuida sors fati rapuisti Vitalem, sanctam puellam,
bis quínos annos,
nec patris ac matris es miserata preces.
accepta et cara sueis: mortua híc sita sum.
cinis sum, cinis terra est, terra dea est, ergo ego mortuua non sum.

Muratori 1768, 11, Haupt prooem. aest. Berol. 1861 p. 6. AL. Burmanni IV 381, Meyeri 1446 uia Latina effossum marmor, nunc Monachii. primi uersus ex hexametro pentametrisque detorti, syllogismus extremus e poemate graeco translatus

1 *utilem* quadratarius primo dedisse uidetur, tum correxisse *uitalem.* potuit ad hexametrum *rapuisti nobile corpus, rapuit te sancta puella* al. 3 formula tralaticia fecit ut *sueis* seruaretur, non mutaretur in *meis* 4 Epicharmi fertur quod Hauptius comparauit epigramma (Bergk poet. lyr. gr. II p. 239) εἰμὶ νεκρός, νεκρὸς δὲ κόπρος, γῆ δ' ἡ κόπρος ἐστίν, εἰ δέ τε γῆ νεκρός ἐστ', οὐ νεκρὸς ἀλλὰ θεός. eius infra prodibit interpretatio antiquior *mortuua* sic effertur ut *Euuander* al.

975

sed . . . . . . nibus o . .
quo . . . . tur
et q . . . . . . pr]ofecto
corpore consumpt[o] uiua anima deus sum.

CIL. VI 30157 descr. Rossi ad aquas Saluias in lapide Tiburtino, litterae aeui fere Augustei dicuntur

1 uelut *omnibus olim* 4 pronuntiandum *deu,* etiam *profecto* olet antiquos

976

Debuit haec gnatae pietas praestare parenti:
nunc pater hic gnatae fungitur officio.

CIL. VI 5261 descr. Henzen et Visconti, unus hic quae post *nunc* leguntur u. 2 in columbario primi aeui imperatorii. praescriptum *Iulia Primigenia uix(it) an. III mensib. IIII*

977

Aetate hic parua iaceo, lacrimabile semper,
quod subito ante oculos funera acerba dedi.
nec mihi grata satis fuerat nec tristior aetas,
infelix iaceo nunc cinis et lacrimae.

CIL. VI 23818 descr. Henzen, Bormann inscr. lat. nou. p. 9 in uilla Pamfilia in columbarii tabella minutissimis litteris praecedit *L. Paquedius L. f. Ser(gia) Ampliatus uixit ann. VIII.* ad laeuam adhaeret titulus fractus Septumi ann. XXX et Paquediae L. l. Primae

1 fortasse pro *lacrimabilis,* Vergilianum *miserabile corpus* 2 in conspectu parentum ciuiumque, ἐν ὀφθαλμοῖς (Callim. epigr. 14)

978

Eripuit nobeis unde uicensumus annus
ingressum iuenem militiam cupide:
Parcae falluntur, Fontanum quae rapuerunt,
cum sit perpetuo fama futura uiri.

CIL. II 3871 uidit Huebner. AL. Burmanni IV 278, Meyeri 1377 Sagunti. praescriptum *M. Acilius L. f. Fontanus*

1 *unde* puncto distinctum ab sequenti uocabulo, fine metri in Horati sat. II 3, 117 3 *rapuerunt* Muratori 773, 1 *rapue[ru]nt* Huebnerus repperit

979

Molle]m robusteis nondum formata iuent[us
ae]tatem Lusi uiribus induerat,
cum] carae exoptans complexum saepe soror[is
mul]ta uiae dum uolt millia conficere,
caeditu]r infesto concursu forte latronum:

sic ra]pit hoc [cla]des corpus [acerba nimis.
quoi pi]etas credo hoc tribuit pro tempore m[unus,
ut b]ona non meminit, seic mala ne timeat.

CIL. II 3479, suppl. 5928 (ephem. epigr. III 36) prope Carthaginem Nouam Pinillae
1 sic Hauptius qui primores uersus refecit: ..*ia robusteis* traditur quo licebit uti qui aptum uocabulum inuenerit scribenti *iuentam.* uix aptum puto *gratia* 4 Catulli admonet Huebnerus *multa milia* dicentis 16, 12 66, 78 68, 45 6 *hoc....dis corpus tra* fertur, itaque incerta sententia. potest tale *frau]dis* uel *grandis,* potest *corpus et* uel *atrox* supponi 7 8 separati extant a prioribus uersibus, itaque ut eiusdem carminis fuerint, id quod Guerra bene coniecit, tamen nihil interpositum fuisse aliud non liquet *illa aetas* et *tempore mortis* proposuit Huebnerus quasi excusaretur iuuenis imprudentia, mihi uersu 8 de mortis ac sepulcri quiete dici uidetur

980

Hospes consiste et Thoracis perlege nomen:
inmatura iacent ossa relata mea.
saeua parentibus eripuit Fortuna m[eis] me
nec iuenem passast ulteriora frui.
nihl simile aspicias. timeant uentura parentes,
nec nimium matres concupiant parere.

CIL. II 3475 descr. Huebner (u. 5 sic *nihl*) Noua Carthagine praescriptum *C. Licinius C. f. Torax*

981

Consist]e heic ho[spes . . .
ut n]oscas hom[inis fata . .
hic] .. igella sit[us . . . .
. . officie[is . . . . .
dum ui]xit suau[is . . .
. . iiuien . . . . .

CIL. II 4428 uidit Huebner Tarracone fragmentum tabellae marmoreae litteris elegantibus primi sae-

culi incisum. supra nominis reliquiae leguntur *..cili..* maiore scriptura expressi. disticha uidentur fuisse, 6 *huic*?

982

Si lutus, si puluis | tardat te forte, | uiator,
arida siue | sitis nunc tibi iter | minuit,
perlege, cum | in patria(m) tulerit te | dextera Fati,
ut re|quietus queas dicere | saepe tuis:
'finibus Ita|liae monumentum | uidi Voberna,
in quo | est Atini conditum | [corpus' . .

CIL. V 4905 contulit Mommsen. AL. Burmanni IV 11, Meyeri 1165 e pago Boarno cui antiquitus Voberna nomen fuisse uersus 5 ostendit translatum Brixiam. supra scriptum est *P. Atinius L. f. Fab(ia) hic situs est* carmine uetustiore eius aetatis quae *s* finalem detrahi passa est scriptor elogii usus uidetur, nec enim uersus corrupti sunt nisi ubi loci hominisque receperunt nomina (numeris apta *uidi Aquileiae in quo est Aemilius conditus*)

1 *lutus* masculino genere dictus est a Quadrigario (apud Nonium p. 212) et in carmine parietario Pompeiano supra 955 3 *inpatria* lapis *tulerint* Heinsius Claudianum eodem modo *prospera fati* protulisse adnotans. sane contra morem *dextera* femininum simpliciter pro potentia fide dexteritate positum 5 *Vobernae* corrigunt, sed externae originis nomina locorum saepe Latini inueniuntur quasi aptota adhibuisse atque etiam in domesticis ablatiuum pro locatiuo (*actum Casilino* Not. d. sc. 1894 p. 285)

6 fracto lapide post *conditum* reliqua periere. *corpus* suppleuit Felicianus, *in quo A. corpus conditur exanime* Alciatus

983

Hei age q[u]isque uoles moriturus inempt[o]r, amice,
ac[c]ipe perpe[t]ua s[e]t m . . . . locum
d[e]sulcanda prius mihi danti cerea prata,
ne post pa[e]niteat non tetulisse [tuu]m.

CIL. V 3635 contulit Mommsen Veronae. praecedunt quinque notae *u* et *o* aut *d* quibus utrum *uiuus* et *obitus* significetur an feminae urbisue uocabulum incertum

est, tum *m. t. c.* quibus uir indicari uidetur. infra sequitur *in fr(onte) p(edes) LXX, in agr(um) p. XLV* obscurius epigramma sic puto intellegendum: quisquis uoles mortis sedem tibi parare, accipe locum emptione facta per ceram et litteras, nam cerea prata quae desulcanda prius se dare iste iocatur sunt cerae scriptoriae, Titinius *uelim ego osse arare campum cereum.* cf. supra 579

1 solet scribi *heia age* (Lachmannus Lucr. p. 164) *inemptor* uidetur esse qui in fundo alieno aut communi sepulcro locum emit. nam sermonis lex impedit quo minus sic dictum putemus ut *inemptum* non emptum 2 *ac.ipi* cippus non pudet adscribere *modo lege* donec alii uenustiora adferant, abieci *mihi pace.* designatae lineae non admittunt *sit* 4 tres litterae absumptae, *uicem* Bormannus inscr. lat. ined. p. 15 qui *cerea prata* nescio qua ratione pro aruo habuerit. potuit locus solum rata pars per facetias aut ambiguitatem denotari ut *pedem*

984

Quid tua commemorem, nimium crudelis, iniqua,
fletus et casus quid facis inmeriteis?
hic puer infirmeis etiam nunc uiribus ut quoi
octauom ingrediens sidera conficerent:
hoc uiduis munus — mors inuida, fallere cogis —
neimis ut faceret, aequius hoc fuerat.

CIL. IX 5041, IRN. 6141 ex Sorrichio et Allegranza, neque enim lapis ipse apparuit Hadriae. praescriptum .... *Anteroti suo et C. Vicirio Epafrodito filio et Celeri nepoti uiua fecit* aut qui exscripsit titulum immanes admisit errores aut qui inscripsit neglecto orationis itinere uersus qualescumque coagmentauit, aut denique utrumque. sensus et uerba ueterem arguunt aetatem, quod non conuenit *Epafrodito*, in eo *f* pro errato imputo

1 s. praestat sic expedire balba uerba: nimium crudelis, mortem dico, quid tua iniqua commemorem, quid fletus et casus facis? quam *crudelis casus* inter se coniungere quasi βαρεῖα Τύχη. tamen in illis quoque nostri arbitrii erit si *et* cum *quid* comprehendentes *fletus casus* explicemus secundum Ouidiana *fleque tuos casus.* non ambiguum erat *causas* sed dolenti ignauum 4 requirimus aut dispicimus: ut quem octauom ingredientem annum sidera confecerint, immature mortuus est 5 *uiduis* correctum in *uidu.est* schedae Sorr. 6 *neimis ut* Allegr. *neptis uti*

Sorr. emendans quae ante scripserat *nimis ut.* huic si fides liturae esset, ita declaranda foret sententia: hoc munus nobis iam uiduis speque posterorum ex nepote orbatis eius uxorem aliquando referre aequius fuit. sed uereor ne *neptis* mala coniectura inlatum sit. fortasse fuit *hoc uibus* (uel *ueiuos*) *munus - nobis* (uel *nobeis*) *ut faceret,* Leo coni. *hoc uiduaest munus - hei mihi uti facerent*

985

C. Sentidius | Saturninus | hic. |
mihi hoc posuit | mors mea quoi doluit.

CIL. IX 5806, Or. 4799. uidetur periisse Cluenti in Piceno. *hic mihi* si continuatur, existit quasi pentameter (*coniux mi hoc posuit*), origo tamen ab iambis repetatur, supra 163

986

Qui legis [ha]ec, flores uiae, carmina pia,
hospes, ensis . . [per]leg[e qui f]uerim.
fraternis manibus tumulusque et coniugis eius
traditus est m[ihi] nu[nc] quem mors inimica peremit.
nam bis septenos [tibi], Roma, laboribus annos
praestiter[am], quom me miserum mala Fata uocarunt.
egressum castreis duo me uidere parentes
linquentem uitae et commoda militiae,
hi duo uiderunt fratres, dulcissima coniux
fraterna quae mi titulum donauit apertum,
quem uos in[sp]icere et uestris ostendere gnateis
possetis, quorum uita per saecula currit.
dicite: Maria, tibi bene sit, quae [tibi c]aru[m
coniugis habuisti germanum [t]e[r]r[aeq.] dedi[sti.

Noel des Vergers Revue de philologie I (1845) p. 521 corrigens Passionei apographum, correctius tamen etiamnum desideramus Fori Sempronii praecedit . . *Orfius C. f. F*]*al. speclator* (traditur *seclator*) [*in praetor*]*io meruit a. XIIII* [*uixit a.*] *XXXV: T. Orfius C. f. Fal.* [*frate*]*r et Maria E. . . qui propter eius pietatem de suo* [*fecerunt.* partem supplementorum accepi a Duebnero quem consuluerat Vergerius

1 *flores*] latet aliud, *plores*? uersus decurrere debuit in hunc modum *florens uita fle carmina nostra* 2 putes *h. consiste et* ut in 980. extremum *uorim* traditur, *nosces quis fuerim* prop. Duebner 3 *eius* fratris, *altus* coni. D. *que* non suo uerbo adhaerens copulat duo fratres Orfium et Mariam 7 *uisere* fertur 8 *commoda* ita Iuuenalis 16, 7 10 *frater namque mihi* D. 13 s. *quae amarum obitum coniugis habuisti germanumq. ei reddedisti amorem* D.

987

In quartum surgens comprensus deprimor annum,
cum possem matri dulcis et esse patri.
eripuit me saga manus crudelis ubique,
cum manet in terris et nocít arte sua.
uos uestros natos concustodite parentes,
ni dolor in toto pectore fixsus eat.

CIL. VI 19747 descr. Mommsen, Maffei mus. Ver. 170, 1 Or. 2486. AL. Burmanni IV 126, Meyeri 1253 in Esquiliis rep. Veronam translatum praescriptum *Iucundus Liuiae Drusi Caesaris, f(ilius) Gryphi et Vitalis.* Drusus periit anno 23, Liuia quae ante a. 18 ei nupserat anno 31 4 *nocet* Maffeius, CIL. X 4052 *rogo te uiator, ni nocias meo[s*, haud secus ac *floriuit, doliens.* ad rem cf. Petronianam de strigibus et mala manu narratiunculam cap. 63 6 *ne* Maff.

988

Coniuge si qua caret fratremque miserruma si qua
flet raptum et nátum perdidit á gremio,
hunc titulum aspiciat: funus non quaeret in istó
quó dolet, et flébit tot mea damna magis.

CIL. VI 5263 descr. Henzen in columbario proxumo uiam Appiam. praescriptum *Iulia Prima Ingenuo Augustae Spons(iano) fratri u. a. XIX, C. Iulio Aug. l. Regillo uiro, C. Iulio Caro filio.* Iulia Augusta moritur a. 29

989

Pistus et inpubis situs hic — crudelius | ultra
quid quaeris? — forma nec | minor ipse suá |

in lachrumás dedit ossa nouas. | reuocatus in iram
surge dolor, | tacite ne cadat hora grauis.

CIL. VI 9938 descr. Zangemeister Romae rep. tabula, iam Bononiae praescriptum *Pistus N. Vibi Sereni tonsor.* Vibios Serenos patrem filiumque memorat Tacitus in annalibus anni 23 s. IV 13 et 28 ss. urbanius hoc epigramma ac minus frigidum quam quo Martialis pueri tonsoris mortem deflet VI 52
1 respondent inter se *et - nec.* parenthesis in marmore punctis distincta est 3 *piuocatus* exceptum est

990

Libertinus eram, fateor, | sed facta legetur |
patrono Cotta nobilis umbra mea, |
qui mihi saepe libens census donauit | equestris,
qui iussit natos | tollere quos alerct, |
quique suas commisit opes | mihi semper et idem
dotauit | natas ut pater ipse meas, |
Cottanumque meum produxit | honore tribuni,
quem fortis | castris Caesaris emeruit. |
quid non Cotta dedit? qui nunc | et carmina tristis
haec dedit | in tumulo conspicienda meo.

Henzen ann. inst. arch. 1865 p. 5, CIL. XIV 2298 in agro Albano. praescriptum *M. Aurelius Cottae Maximi l(ibertus) Zosimus accensus patroni*, subscriptum *Aurelia Saturnina Zosimi* Cotta Messalinus est amicus Ouidi clarissimus cos. a. 20 mortuus post a. 32 (Henzen act. Aru. p. 179), de quo Iuuenalis 5, 109 *quae Cotta solebat largiri*
8 cohortis praetoriae tribunus filius fuit eques R. fortitudinis laus ita adiuncta est honori ut iam tum coeptos suspiceris tribunos fieri ad speciem omni militia uacantes (Iuu. 7, 88)

991

Vixi quod uolui semper bene pauper honeste,
fraudaui nullum, quod iuuat ossa mea.

CIL. VI 2489 ex schedis, Or. 4837. AL. Burmanni IV 4, Meyeri 1147 olim extra portam Collinam praeces-

sit cum coronae signo *d. M. Q. Caetronius Q. f. Pub. Passer mil. coh. III pr(aetoriae) annis XVIII missus duobus Geminis sibi et Masuriae M. f. Marcellae,* subsecutumst *in f. p(edes) XI s(emis) in agr. p. XIII s.* missus ergo erat Rubellio et Fufio Geminis consulibus anno Chr. 29

1 *quod* parum scite positum, nisi pro *quoad quad* sicut 509, 4 ac saepe in codicibus scriptum putamus

992

Vixsi quad potui sem|per bene pauper honeste, |
fr]audaui nullum, nunc iuuat | [os]sa mea.

CIL. III 2835 descr. Mommsen Burni Liburnorum. rosa ornatus titulus hic est *T. Cominius C. f. Romilia Ateste miles leg. XI annorum XL stip. XVI h. s. e. frater fratri posuit,* sequitur minutioribus litteris incisum carmen. nec uiro cognomen est nec legioni id quod a Claudio Caesare accepit

2 melius *quod iuuat* in superiore carmine

993

. . . culpa si]ncerus ab omni
. . . hoc] iacet in tumulo
. . . . lumina texsit
. . . et sine fi]ne dolet
. . . . . a funus

Ephemeris epigr. V 1019 descr. IohSchmidt Caesareae Maur. in museo. praecedit ...*regis I*]*ubae l*(*ib.*) qui regnauit ad annum 23, proxime igitur ab Augusti aeuo tituli tempus abest infra de pentametro nihil restat. in dextro latere maiores litterae leguntur hae *tu* quibus similes in sinistro respondisse par est, ut Schm. indicauit, aut *ossa*] *tu*[*a bene quiescant*] aut *uale, et*] *tu*

1 suppleuit Schmidtius 3 *supremoq. die - texissent digiti lumina nostra tui* Ouidius

994

Procurator eram Lepidae moresq. regebam:
dum uixi, mansit Caesaris illa nurus.

CIL. VI 9449 ex schedis, Finazzi lapidi di Bergamo p. 101 ss. Orelli 639. AL. Burmanni IV 325, Meyeri 1415
Romae inuentum esse, non Bergomi Mommsenus demonstrauit, iam periit. praecessit *Pudens M. Lepidi l(ibertus) grammaticus*, subscriptum fuit *Philologus discipulus*
Aemilia Lepida nupta Druso Germanici f. qui obiit anno 33, ipsa decessit a. 36: Tacitus ann. VI 40, Mommsen CIL. V p. 57*. antiquiores destinatam quondam uxorem L. Caesari et diuo Augusto nurum Sulpicii Quirini coniugem intellexerant (Lipsius ad Tac. ann. III 22), quos contra Borghesius disseruit. si uere Lepida Drusi ista est, εὐφήμως in carmine mansisse nurus Tiberii dicitur tantisper dum orbaretur uiro aut ipsa ad mortem adigeretur

995

A

Tu qui secúrá procédis mente, parumper
siste gradum quaeso uerbaque pauca lege.
illa ego quae claris fueram praeláta puellis,
hóc Homonoea breuí condita sum tumulo,
cuí formam Paphié, Charites tribuere decórem,
quam Pallas cunctis artibus erudiít.
nóndum bis dénos aetas mea uíderat annós,
iniécere manús inuida fáta mihi.
nec pró me queror hoc, morte est mihi trístior ipsa
maeror Atíméti coniugis ille meí.
'sit tibi terra leuis, mulier dignissima uíta
quaeque tuís ólim perfruerére bonís'.

B

Si pensáre animás sinerent crúdelia fáta
et posset redimi morte aliena salús,
quantulacumque meae debentur tempora uítae,
pénsassem pro te, cára Homonoea, libens.
at nunc quod possum, fugiam lúcemque deósque,
ut te mátúrá per Styga morte sequar.
'parce tuam, coniux, fletu quassare iuuentam

fataque maerendo sollicitáre mea.
níl prósunt lacrimae nec possunt fáta mouerí.
uíximus, hic omnís exitus unus habet.
parce: ita non unquam similem experiáre dolórem
et faueant uótis numina cuncta tuís.
quodque mihi éripuit mors inmatura iuuentae,
id tibi uíctúro proroget ulterius'.

CIL. VI 12652 descripsit Henzen. AL. Burmanni IV 142 ss. Meyeri 1274 in museo Capitolino magnus cippus marmoreus eleganter sculptus circa Vaticanum repertus. in fronte monumenti haec leguntur: *Atimetus Pamphili Ti. Caesaris Aug. l(iberti) l(ibertus) Anterotiánus sibi et Claudiae Homonoeae conlibertae et contubernali.* ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη, ἡ παρὰ Βάκχωι καὶ θοίναις αὐτῆς χρυσοτέρη Κύπριδος, ἡ λαλιὴ φαιδρή τε χελειδονὶς ἔνθ' Ὁμόνοια κεῖμαι Ἀτιμήτωι λειπομένη δάκρυα, τῶι πέλον ἀσπασίη βαιῆς ἄπο, τὴν δὲ τοσαύτην δαίμων ἀπροϊδὴς ἐσκέδασεν φιλίην. *permissu patroni, in fronte longum p(edes) V latum p. IV.* in sinistro latere A scriptum est, in dextro B ordinatis distichis per trinum quaternum quinum uersuum commata. Anterotem Tiberii lib. supra hereditates tamquam inlustre curae medicae exemplum nominat Scribonius cap. 162 cum decem anni aut quindecim ab eius morte intercesserant

1 cf. 960, 1 5 Paphien qui Venerem uocarit Romae ante Martialem non comparet. similia e graeco epigr. Kaibeli 560, 3 s. adfert Hense 8 *iniecere manum Parcae* V. Aen. X 419 11 respondet mortuae uiator 13 dicere coepit Atimetus mortuae, 19 mortua Atimeto. ψυχοστασίας recordamur tragicae 25 cf. Prop. IV 11, 95

996

Hac ego bis denos nondum matura per annos
condor humo multís nota Toreuma iocís.
exiguo uítae spatio feliciter acto
effugí crímen, longa senecta, tuum.

CIL. V 2931 uidit Mommsen, Or. 4852. AL. Meyeri 1512 Patauii in cippo pulcre ornato. praecedit *dís Manibus Claudiae Ti. Augusti l[ib.] Toreumae annór. XVIIII*

2 propter leuitatem elegantem scripturae dubitarunt

cis legere an *iocis* oporteret, hoc post Furlanettum Mommenus uerius iudicauit

997

mmerito abductas Phoebi d[e limine patris
 Nicen et Phoeben arcula ace[rba tenet.
na annos septem compleuit et altera [quinque,
 ad spem non patria supplice uoce iacent.

CIL. VI 6189 descr. et uersus 2. 3 expleuit Henzen, Brizio sepolcri scop. sull' Esquilino 26, 4 Romae inu. pud portam Praenestinam. subscriptum *Ti. Claudius Aug. Phoebus pater, Plotia Venust[a] mater fecerunt fil[iis] uis,* eadem parentum nomina exhibuit titulus in proxumo nuentus VI 6188

1 luserat iste fortasse in Phoebi nomine ad hunc molum *de lumine natas, de uoltibus una* (hoc *una* suadet Leo) 4 *ad Spem* interpretatus erat Brizio quasi fani ille locus patriae oppositus esset, quam ob graeca uocabula exteram umpsit. dicuntur filiae non ut sperauerat pater et supplicarat iacere

998

Quid quereris fatis mortis, carissime coniunx,
 cum sit communis omnibus una uia?
desine sollicitum pectus lacerare dolore:
 temporis hospitium, non solet esse diu.

CIL. V 2411 descr. Fei et Antonelli apud Ferrarienses in arca. praecedit *Claudiae Aug. l. Ianuariae Artemonis Caesaris Aug.* disticha singula singulos in lapide uersus implent

2 τὴν κοινὴν πάντων ἦλθες ἀταρπιτόν epigr. Kaibeli 534, 2 comparat Hense 4 temporarium est, non diuturnum hospitium (i. uita, cf. 91, 1)

999

Hic est ille situs, qui qualis amicus amico
 quaque fide fuerit, mors fuit indicio.

CIL. VI 6275, Brizio sepolcri Esquil. p. 66 n. 211 in columbario familiae Statiliae in tabula ornata ramis

frondeis rosisque. subscriptum *f(unus) f(ecit) Faustus Erotis dispensatoris uicarius*

1 principium Ennianum, exitus in prouerbio (689, 2) 2 *e* pro *f* in *fuit* lapis teste Henzeno

1000

Hic est ille situs, qui qualis amicus amicís
quaque fide uixit, mors fuit indicium.

Bormann inscr. lat. nou. p. 11 Romae in Laterano. praecedit *Rufioni Rutiliae seruo dedit C. Vehilius Albanus*

1001

Desínite, aequales, Plocamí lugere sepultí
fata frequentátís funeris exsequiís.
ín requiem excessi; quod quaeritis, id repetitum
apstulit iniustus creditor ante diem.
compositós tantum cineres humus integat óro,
inque uicem pietas uestra parentis eat.

CIL. VI 6502 contulit Henzen, Brizio sepolcri Esquil. p. 106 n. 468 in columbario familiae Statiliae. subscriptum *Anthus Plocamo coaequalí*

2 Tiberius quorundam *exequias usque ad rogum frequentauit* (Suet. 32) 3 *ti* scriptum supra *quaeris*. uitam meam abstulit orcus, translatio adsumpta est ex re faenebri secundum illud θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα, *debemur morti nos nostraq.*

1002

Nos tibi digna tuae monumenta extrema fauillae
fecimus, at nobis tu gemitum adsiduom.

CIL. VI 23548 descr. Mommsen (IRN. 7070), Or. 4843. AL. Burmanni IV 332, Meyeri 1422 olim Romae, nunc Neapoli. praecedit *Optatus Nireus Anthus amici sodáles Pactolo de familia Q. Satrieni Polliónis.* Anthus fortasse idem qui superius carmen consignauit

1003

Gr]atus qui fuerat dominís líberq. patronís,
c]oncidit et lapide hoc ossa tegenda dedit.

CIL. IX 5059 recognouit Dressel, IRN. 6208 ad Vomanum in uico aliquo Interamnatium

1004

qui uix(i)t | ann. XXV d. XXV sine cri|mine uitae:
florentes | annos mors ipsa eri|puit.
uiuite felices, | moneo, mors omnib(us) | instat:
exsemplum | a nobis discite qui | legitis.

CIL. V 3403 uidit Mommsen. AL. Burmanni IV 268, Meyeri 1368 apud Veronenses in monumento uenatoris figuram utrimque exhibente: *d. M. P. Hostilio P. f. Pob. Campano uenatori P. Hostilius Tertinus decurio Veron. et Abidia Maxima parentes fil. piissim(o) et sibi: qui* eqs. haec pentametro isti *florentes* praetenduntur in speciem hexametri, cf. infra *Fidus uixsisti*
2 *ipsa* ut saepe hoc loco uolgus spondeum admittit pro *subita* sim. 3 cf. 373 485 803

1005

Hospes ades paucis et perlege uer|sibus acta.
aeternum patriae hic | erit ipsa domus,
hic erit inclusus tumu|lo, hic Iulius ipse,
hic cinis et caro cor|pore factus erit.
cum mea iucunde | aetas florebat ab annis,
aduenit fatis | terminus ipse meis.
ultimus ipse fuit | XXXXV annus,
cum mihi fatalis ue|nit acerba dies.
hic ego nunc cogor | Stygias transire paludes,
sedibus aeter|nis me mea fata tenent.
me memini Gal|lis natum caroq. [p]are[nte,

set miles collo | fortiter arm[a tu]li.
tal]ia crudelis tri|buit mihi [mu]n[era Parca,
quo]i cultos artus ter|ra cinisq. [rapit.

Brambach inscr. Rhen. 946 qui uidit, expleuimus Becker Dilthey ego prope Mogontiacum inuentus extat in eius urbis museo lapis detritus in quo *c* et *g*, *i* et *e* uix dinoscuntur. praescriptum *C. Iulius C. f. Volt. Carc(asone) Niger miles leg. II annor. XXXXV aer. XVII h(ic) s(itus) e(st)*, sequitur *....ognatus miles leg. II p[onendum curauit?] qui eres eius est.* legio secunda Vespasiano legato Claudio principe translata est in Britanniam a. 43
2 archetypum opinor metri *ipse decus* 4 fortasse *ex* 5 *mer* Br. 7 uersui aptum *modo quadragesimus* 9 V. georg. IV 503, Ou. met. I 737 10 *fati* Br. 11 *callir* Br. *Gallia* si fuit, ἄμετρον *caroq. iareiiis et* Br. fortasse *Caro* (cf. ad 988, Iulium Carum legionarium a. 68 memorat Tacitus h. I 42) 13 *.uiia* sic fere Br. *gaudia* Becker, potest *inpia-funera* *nuni.....* fere Br. *nulla iuuentus* Becker 14 *incultos*, tum *manet* Becker

1006

Vos rogitat quaeso soror unica fratris amantis,
ni dissigilletis niue uioletis opus.

Brambach inscr. Rhen. 161, Hettner mus. Bonn. acad. 102 rep. prope Vetera nunc Bonnae praescriptum *Siluano Loupi f. Treuer(o) eq(uiti) ala Vocont(iorum) an. XXX stip. XII et uiuis Primae sorori eius heredi f. c.* carmen nunc fere totum periit, Pighii potissimum fide firmatum est. supra extat signum hominis recubantis in lectulo, adsidentis feminae, adpositae mensae, infra olim signum equitis fuit ecum citatum prementis
2 uersus postulabat *dissignetis neu.* dissigillare i. rescindere sigilla fabricata uerbum nouum

1007

Praeteriens quicum|que legis, consiste | uiator
et uide quam in|digne raptus inane | querar.
uiuere non | potui plures XXX per | annos,
nam erupuit se|ruos mihi uitam et ipse |

praecipitem sesse deie|cit in amnem.
apstulit | huic Moenus quod | domino eripuit.

PWolters in annali antiquariorum Rhen. LXXIV 1882 p. 24 cum imagine   Mogontiaci in cippo fastigiato ornatoque. praescriptum *Iucundus M. Terenti l. pecuarius*, subscriptum *patronus de suo posuit.* infra titulum pastor cum cane ouibus ariete insculptus est
1 s. debuisse inuerti uerba *quicumq. uides - et lege* animaduertit Wolters. tralaticium exordium *aspice quam indigne*   4 uno pede breuior (fac *uitam saeuos et*), item sequens uersus (*liquidas proiecit in undas praecipitem* Verg.)
5 *sesse* pro *sese* scribitur in Ambrosiano Plauti merc. 249 ac saepius. fortasse uestigium hoc relictum est declinationis uetustioris *sed* cf. *diuissio*

1008

nec iussa testamento neque uoce rogata,
sed pia pro meritís sponte sua posuit.

CIL. XII 5273 descr. Hirschfeld. AL. Burmanni IV 205, Meyeri 1453   Narbone in cippo, supra nihil nunc nisi rosa cernitur, litterae saeculi I ineuntis. cf. titulos Placentinum quem huic subiunxi et Lugdunensem Gruteri 1044, 10 quem Hirschf. fictum esse suspicatur *neque iussa testamento neque uoce, sed bona piaque mente mota.* similemque sententiam idem infuisse in Narbonensi 5274 coniecit qui hos exitus ostendit ..*pat*]*roni* | ..*ne*]*que uoce* | ...*fecit*
1 *iussa hoc* coni. Pithoeus, potuit esse in archetypo *iussast* aut ex uiri persona dictus uersus

1009

Libe]rta hoc titulo patrónum pietatis honórat —
quicquid id est, grátum Mánibus officium —
non iussa tamen nec uóce rogáta.
hic aliís obiít, uíuit libertae suauis patrónus.

CIL. XI 1273 ex schedis. AL. Burmanni IV 396, Meyeri 1453   Placentiae. supra imago uiri et mulieris manus iungentium cum hoc titulo *A. Socconi*(*o*) [*C*]*hresto Attice l*(*iberta*) *u*(*iua*) *f*(*ecit*) *sibi et patrono.* infra duo signa ui-

rorum et tituli *Q. Camurio Ↄ. l. Primo* et *C. Hostilio Sp. f. Cilunculo*

1 *...ria* fere superfuit. inde *Murria* coniecerunt (Fabr. 417, 369), *liberta* Bormannus. archetypos uersus talis *filius hoc t. patrem* 3 deest uelut *pro meritis*, sed archetypon fuisse *non iussus testamento* iam Burmannus adnotauit conlato epigrammate superiore 4 dilatatus factusque heptameter pro tali *uiuit at usque mihi*

1010

nec non triste sepul[to epulum] | mensamque dolenda[m, |
u]t testam[en]to iusserat ill[e suo, |
qua g]rati sumpsere dapes [ac] | teste sepulcro

Brambach inscr. Rhen. 1278, Muratori 1772, 11. AL. Burmanni IV 91, Meyeri 1468 Mogontiaci eruta duo fragmina olim cohaerentia. suppleuimus Bimardus et ego: scilicet heredem dedisse

3 diruptus lapis post *ratis* erat ante *umpsere*, dubium igitur an *gratis s.*

1011

Inuida mors rapuit fato crudelis iniquo,
nec licuit pretium [su]mere militiae,
non tantum, [carae cura]m aequam ut reddere pos[sem
liberta]e et dignae pluruma [quam foueat.
huic precor in [longum extendan]t sua fila so[rores
ac nostros ad]eat [saepe memor cineres.

CIL. III suppl. 11229, acta arch. epigr. Vindobon. 1884 p. 81 descr. Domaszewski, uidi ectypum missum ab Hirschfeldio Carnunti. praecedit *C. Pedusius M. f. Ani(ensi) Crem(ona) ueter. leg. XV Apo(llinaris) ann. LX stip. XXIIII h(ic) s(itus) e(st), Amanda l(iberta) posit.* legio anno 63 ex Pannonia in orientem deducta est, ante quem annum militasse Pedusium nullo cognomine ciuem uniuersa praescriptionis formula docet

2 *ponendaque praemia sumas* Iuu. 3, 110 3 *mequam* aut *m.equam* lapis. certum est (*a*)*equam* opinor, nisi soloeca (*quam* pro *quantum*) praesumimus 4 *quoi tribuam, ferre bona* sim. 5 *i* aut hastula *n* litterae superest ante *t* *fil.a* traditur 6 certum nil nisi *t*

1012

Grammaticus léctorque fui | set léctor eorum
  móre, incor|ruptó qui placuere sonó.
coingis | exiguó, natae pietate sepultus |
  hóc Marius Fidens contegor á tumulo. |
te, lapis, optestor leuiter super ossa residas.

CIL. VI 9447 descr. Henzen, Iahn spec. epigraph. p. 109, 4 (Or. 1200). AL. Burmanni IV 346, Meyeri 1432 in uinea ad Appiam effossum extat in museo Vaticano. post uersum 4 coniugis et filiae nomina leguntur *u(iuit) Maria Didyme, Maria Achelois uiuit*, tum adiectus 5 litteris minoribus et infabre scalptis (*ii* pro *e*). incorruptae pronuntiationis studium etiam elogii huius apices plurimi ostendunt rectissime impositi

2 *in corrupto* diuisim lapis. ἀδιάπτωτον προφορὰν Dionysius Thrax dixit definiens τὴν ἀνάγνωσιν 3 inscite composita uerba, *exiguo* spectat ad *tumulo*. nam Exiguo natam coniugem Osannus commentus est sine more 5 *opttestor* marmor. recurrit hic uersus identidem, cf. 971, 10

1013

Si graue non, hosp[es, fuerit,] remorare uiator:
  sic tibi sit [fel]ix quod properatur iter.
hic situs Eudaemo Scribonius. unde? requiris
  forsam: [B]utroti sacra domus patria.

Osann syll. 461, 195, schedae Henzeni qui descripsit in Vaticano ⟨nunc ipsum editae CIL. VI 26020⟩. AL. Meyeri 1509 uersus metrici quod cum scalptoriis non congruunt, adpositam in fine paragraphon habent Eudaemo si non conlibertus, at aequalis fere Aphrodisio Scribonio grammatico Verri Flacci aemulo

1 *ri morari* lapis prima tamen littera semiruta. *hospes* et *morare*, 2 *felix* iam Osannus dedit 3 interrogationis hic color in latinis epigrammatis rarissimus, frequens in graecis 4 *forsam* exemplis addas indicatis a Ribbeckio proleg. Vergil. p. 420, hic in causa fuit proxuma *b* Buthrotum Epiri intellege conditam ab Aenea Helenoue Troianis coloniam factam ab Augusto. plerique per θ scri-

bunt, alii ut Dionysius Hal. et Lepidus per τ, et a uolnere uictimae nomen inditum esse fabulantur (Stephanus Byz.). Buthrotia locupletium Romanorum ut Attici negotia Ciceronis epistulis nouimus

1014

Nón optata tibí coniunx monimenta locáuit
ultima in aéternís sédibus ut maneant,
spe frustra gáuisa Nothí, quem prima ferentem
aétátis Plúton inuidus éripuit.
hunc etiam fleuit quae quális turba et honorem
supremum dígne funeris inposuit.

CIL. VI 6314 contulit Henzen, Brizio sepulcri scop. sull' Esquilino p. 68 n. 219 in columbario familiae Statiliae tabula fastigiata. praescriptum *Nothi librari a manu*
5 *quaequális* conexa in unum uerbum leguntur, ut istum non didicisse scias quam multi in τίς ποῖος ἦλθε sim. adhibere docuerunt hypostigmen

1015

Debita libertas iuueni mihi lege negata
morte immatura reddita perpetua est.

CIL. X 4917 uidit Mommsen Venafri. praescriptum *Narcissus uil(icus) T. Tituci Floriani et Teiae L. f. Gallae uixit an. XXV*

1016

Fumantes iterum cineres quid respicis, hospes?
sub dextra fratres occiderunt miseri.
iucundum, quaeso, corpus ne flete parentes
compositum fato sollicitare caput
Líberalis.

CIL. VI 7419 descr. Henzen ad Appiam rep. in monumento Anni Pollionis in quo Lepos lib. anno Christi 1 conditus est, iam in museo Lateranensi tabella mar-

moris nigri. u. 2 mortem uiolentam indicari Henzenus monuit insequens distichon sic interpretatus: '*ne flete quod iucundum corpus sollicitat caput fato compositum*: statuendum uidetur duos fratres hic diuerso tempore crematos et sepultos esse, quorum quod alter caput, alter corpus dicatur, intimam coniunctionem significet.' ex industria uerba torta uidentur in ambiguitatem, si forte gladiatores fuerunt, ob leti uolnerumque discrimina. *Liberalis* nescias utrum separari oporteat a carmine quasi toti subscriptum titulo an copulari cum *caput*. alteri fratri potuit Iucundo nomen esse, VI 6813 *Iucunda pro nomine iucundissima* 4 *tam bene compositum sollicitare torum* Ouidius fast. III 483

1017

Hóc Epios tumulo Cinipest cum fratre sepultus,
ante suos annos quos tegit atra cinis.
his tumulum paruom mater cum carmine fecit,
ingenio quorum terram optate leuem.

CIL. VI 14831 ex schedis, Fabretti 284, 188. AL. Burmanni IV 292, Meyeri 1388 extra Esquilias et Caelium in uinea. praescriptum *Cinura mater sibi et filiis* 1 *Epios* Ἐπειός Plautino more correpta media syllaba. certe perperam et Meyerus Romanum Eppiorum nomen intellexit et Conrads de anthol. lat. libro IV p. 27 *hoce pios* scribendum censuit *Cinipest* scripsi nomen fratri fuisse ratus Cinipi aut Cinyphi (CIL. IX 17 *T. Memmius Cinyps*) securus de prosodia: *cinip.est* traditur, *cinir.est* Fabrettius. *cinis est* Holstenius, *Cinyra est* Schraderus coniecit, hoc melius existimauerim *Ciniraest* ut matris quod praepositum est nomen intellegatur (siue *tumulo* matris siue ab ea *sepultus*). sed nulla opus est mutatione neque Henzenus recte adnotauit filiis matrem monumentum fecisse Epio et Cinyrae, nam in praescriptis euidenter femininum nomen est κινύρα (CIL. IX 3112 *Titilia Cinura mater*, 3725 *Gauia Cinura* al.) 3 *paruom* Gudius et Reinesius p. 695, 133: *paruum* Fabrettius 4 oportuit scribi *terra sit opto leuis*

1018

Conditus inpensa iacet hi[c . . . .
frater et hic subito ra[ptus . . .

inuida quoí primum rapue[runt . .
nec data fatorum long . . .

CIL. VI 30151 descr. Henzen, Muratori 1514, 2. AL. Burmanni IV 125, Meyeri 1469 Florentiam Roma ablata tabella marmorea, litterae minimae. non necesse quidem est statui duo in tumulo infuisse corpora quod Burmannus et Conrads p. 44 statuerunt, ille u. 1 *miserabilis infans* et 2 *raptus ab inuidia* adiciens, hic *magna Optimus infans* et *raptus Aper situs est*, nam oratio permittit uelut hoc *Murena Terenti frater*, probabile tamen ob repetitum *hic*
1 *genitoris Orestes*, 2 *Achilla iacet* ad hunc modum 3 *primam rapuerunt fata iuuentam* Burmannus. potest *fata sodalem*, *stamina fratrem* 4 *longa quiete morast*, *longior hora colu* fingas. *longa fuga alteri erat* Conrads, *fatorum tempora longa tibi* et similia licenter Burmannus

1019

Condi[tus . . . . .
fortúna . . . . .
septénos áetás uix [ter compleuerat annos
q[uom] fáto peri(i)t c . . .

CIL. VI 30155 descr. Henzen rep. sub urbe in uinea prospectante Tibur
1 aut *condita*

1020

Hoc | [ti]tulum ornauit frater Rufus | [soci]ale,
qui fueras carus uiuos, et ille tibi. |
[sit tibi] terra quies, parcito et ipse tuos.

CIL. VI 4825 descr. Henzen Appiam inter et Latinam in sepulcro familiae Marcellae, litteris elegantissimis. praescriptum *...tio Timostrato*
1 hexametrum fuisse puto, ergo complendum *tibi tale* aut ut supra, de *tituli* genere neutro cf. 134, 7. *haue uale* proposuerat Mommsenus cum supplementis ceteris 2 i. quoi cui

1021

Mortua cum fueris, fati quod lege necessest,
 usta cinis proprio contegat ossa solo.
sacratam cunctis sedem ne laede uiator:
 hanc tibi nascenti fata dedere domum.

CIL. XII 5271 descr. Hirschfeld, Or. 4839. AL. Burmanni IV 132, Meyeri 1259 Narbone Martio litteris saeculi primi. paucae litterae (1 primae *mo* et 4 ultuma *m*) nunc perierunt

1 *mortua*, cum sententia communis masculinum genus prouocaret, quia proprium mulieris id sepulcrum fuit. *fuerim* coniecit Schraderus 2 *nullo - contegis o. solo* Prop. I 22, 8 *contegat o. solum* Ou. ex P. I 2, 60. *ossa usta*, falso Burmannus *usta cinis* iunxit

1022

Hic mihi sunt sédes ae[terna pace colendae
 ossaque diléctae co[niugis hic recubant.

CIL. VI 11434 descr. Mommsen, Iahn spec. epigr. p. 111 Roma Perusiam translata tabella. praecedit *P.*] *Alfen*[*us*] *P. l. Sodala . . . tribus et XL ann . . . ún . . .* sententia dilucida est, uerba possunt uariari *aeternae tempore factae, coniugis ante sita* sim.

1023

Hic sita quae fuerat Samiaria dulcis Hypora
 cara suo coniux et proba digna uiro.

CIL. VI 8047 descr. Rossi, Henzen Or. 6194 uia Nomentana in columbario quod tenuere sepulti Tiberii et Claudii temporibus. praescriptum *Samiaria L. l. Hypora*, subscriptum *M. Metilius M. l. Cherea uir*

1024

Hic iaceo coniux Crati et Hilari dicta Asphale
 moribus et uita digna puella uiris.

CIL. VI 7873, exscripsit mihi Ihm. AL. Burmanni IV 191, Meyeri 1479 ex uia Labicana inlatum museo Vaticano.

praescriptum *Asphale Octauia uixit ann. XXXIII menses VIII*

1 *Crati* lapis, non *Grati* ut ediderunt Henzen et ceteri atque ego ederem nisi muliebris nominis inhiberet adfinitas exemplum fuit tale *coniux Cornuti dicta Neaera - digna p. uiro*

1025

Hic est illa sita dulcis Sallustia Rufa,
quae semper meritis praestitit officia.

CIL. XIV 3838 ex schedis Amatii Tiburi. subscriptum *Q. Marcius Philippus óllas duas*

1 principium idem cum 368

1026

Itala me rapuit crudeli funere tellus,
dum foueo assidua sedulitate uirum.

CIL. VI 12056 ex schedis, Orelli 4652. AL. Burmanni IV 162, Meyeri 1291 fuit Romae. praescripta haec *Antoniae L. f. Maurae maritae piissimae dulcissimae rarissimae castissimae suique amantissimae Ti. Claudius Speratus maritus infelicissimus, u. a. XXIII d. XXXIX*, subscripta finium monumenti ratio. nomina quasi a Drusi domo propagata et carmen bonam aetatem produnt

1027

Hís foribus carae recubant mihi coniugis ossa
exspectan(t)que suís ut mea contribuam.
Tossius ista tibi promisit saepe petenti:
praestabit, Manís si modo tangit amor.

CIL. VI 20569 uidit Detlefsen, Muratori 1356, 7. AL. Burmanni IV 199, Meyeri 1313 in museo Kircheriano tabula marmorea inuenta prope uiam Labicanam. praecedit *Iulia Methe.* adiectus ad dextram titulus alius est sed ita mutilatus ut legi a Ficoronio non potuerint nisi primae uersuum litterae singulae aut binae (u. 2 *du*, 3 *an*, 8 *to*), nunc nihil possit

1 *foribus* mirum ni pro *foris, forulis* aut quomodo biforis tibia uocatur in significatione *foraminum* 2 *exspectanque* lapis quemadmodum *fecerun* ac similia frequentantur in titulis rudibus. cum *suis*, non *sibi* sequatur, *ex-*

spectat flagitat Conrads p. 24. at hoc paene naturae absonum dixerim, *suis* etiamsi ad *foribus* referri nequeat, tantum structurae

1028

Hunc tibi perpetuo titulum, | gratissima coiunx,
corporis | extincti dedicat ipsa fides.
uixisti | mecum iuuenis carosq. per annos |
quos uita exegi dulciter | ipse mea. |
opto, si qua fides | remanet Telluris | amicae,
sit tibi | perpetuo terra | leuis tumulo.

CIL. VI 8703, delineauit Ianssen mus. Lugd. Bat. tab. 15, Or. 2442. AL. Burmanni IV 150, Meyeri 1279 Roma ad Batauos deportatus cippus siue ara est marmorea. ipsi carmini inter uersus 4 et sequentes inserta aquilae dispandentis alas et coronae quernae effigies praecedunt haec *Iulia Procilla uix. an. XIX, Amaranthus Caesaris aeditus ab Concordia coiugi bene meritae posuit.* ut in bonae aetatis carmine *opto* u. 5 spondeum facit

4 *exigi* Ianssen *ipsa* qui legebat Iacobonium pro uocatiuo opinor habuisse *uita mea.* sunt autem ablatiui sane leuiculi 5 *tulluris* lapis. adsonant superioribus *fides* et *perpetuo*

1029

Hunc ego nunc titulum statuo | tibi, carissima coniunx, |
lúctuósumque mihi, | qui scio quid fueris, |
extremum officium | quoniam tibi reddere cogor, |
et merito hoc fieri testis | et ipse loquor.
nunc uos | contestor, Manes, quibus ossa relinquo, |
Tellus, huic tumulo ne | grauis esse uelis.

Gruter 990, 10 (Romae, uidit Smetius) Gori I 274, 11 (Florentiae) Iahn spec. epigr. p. 113 ⟨CIL. VI 24807, Romae fuit in ara, et 24808, extat Florentiae eleganter incisum in tabella. prius ego exemplum repraesentaui, ex posteriore de cuius antiquitate Henzenus prudentesque amici consentiunt apices et *i* longa accessere⟩. AL. Burmanni IV 151, Meyeri 1280 praecedit *dis Man. Popillia Felicula pia sancta cara suis, et Menophilo coniugi et collib(erto) suo. u(ixit) a. XIIX.* carminis intercapedinem effigies aquilae facit alte euolantis

1 emendant *hunc tibi nunc titulum statuo c. c.*, sic tamen nihilo aptius subsequitur *que*, fac *statuo paruom tibi coniunx* *carissime c.* Grut.

1030

Víua uiro placuí príma et cárissum(a) coniúnx,
  quoius in óre animam frígida deposuí.
ille mihi lachrimans morientia lúmin(a) pressit:
  post obitum satis hác fémina láude nitet.

CIL. VI 6593 uidit Henzen, Brizio sepolcri scop. sull' Esquilino p. 106 n. 469 in columbario familiae Statiliae in tabella rosarum figuris cincta. *i* longa in *prima* et *frigida* apice, in ceteris elatione litterae indicatur
1 *cárissum.* et 3 *lúmin.* lapis

1031

Sí qua manent obitís ui[tae sine fraude peractae
  praemia sub terrís, [haec Amaryllis habet,
iúdicat id coniúnx, éreptá quá sibi maerens
  deuouet inuísi noxsia regna deí.

CIL. VI 6592 contulit Henzen idemque u. 1 expleuit, Brizio sepolcri Esquil. p. 106 n. 474 in columbario familiae Statiliae
1 *obitos* dicere a Caesare ad Hadrianum fugitarunt eruditi 2 sententiam talem restituo *haec tua, Phyllis, erunt* uel *haec feret Andromache*, proxumum hemistichium ut παρένθεσιν quandam efficiat. *iúdicat id* ibi scripsi, cum *iúdicafid* in marmore apparuerit, quod male opinati sunt pro *iudicauit* inlatum esse siue uitio mero siue inperfecta Claudianae litteraturae imitatione 4 *régna* Brizio, sine apice Henzen

1032

Fatálés moneó né quis mé lúgeat, Orbí
  namque Secunda fui, nunc tegor é cinere.
hic ego secúris iaceo super omnibus úna,
  Nátális quia nós septimus ussit amor.

Acta inst. arch. 1865 p. 252 descr. Henzen, CIL. XIV 2553 descr. Gatti in agro Tusculano rep. Romam delata tabula marmorea aeui imperatorii primi. praescriptum *ólla l Secundáe*, subscriptum *Nátális* (in ambiguo *natalis*) *monumenti III idús Maiás.* in auersa tabulae parte Appuleius Eutychus suae libertae casum notauit

1 *fatales* mortales homines, quae uis uocabulo adcreuit ex talibus *fatales pueri duo funera matris* (Prop. IV 1, 97). huic respondet nescio quo modo *Natalis* uersu 4, item ut Secundae nomini *septimus* 4 septimam eam Orbio Natali coniugem fuisse Henzenus putat, cuius rei commemorationem iocoso carmine (Mart. IX 15) quam funebri digniorem arbitror. an septima ex eis quos Natalis amauit, i. ex tota familia eius inlata est rogo ac sepulcro *securis super omnibus una?* certe in ambiguo *ussit*, amantem et cinefactam

1033

Hóc tumulo cinerés atque ossa nouissima coniux,
Terpsichore, gratá condidit ipse manu.
hic fúdit lachrumás, hic uerba nouissuma díxit,
hic uiduom questus per sua damna torum.
aetás prima fuit, morés sine fine probandí,
forma decéns, nullí dedita, grata uiro.
sis precor infernis minus inu(i)diosa sub umbrís,
Terpsichorenis tellús contegat ossa leuis.

CIL. VI 6976 recognouit Henzen uia Latina in uinea Aquariorum effossa tabella litteris paruis bonis. praescriptum *Lintiónia Terpsichore a(nnorum) XIIX*

2 *Terpsichore* pro genetiuo aut datiuo *-ae* habet Henzen, mihi ipsa compellari uidetur mulier. similiter in uersu extremo uocatiuum restitui malo, etsi lapicida genetiuum *-es* cogitauit eumque populari more amplificauit 3 *dixitq. nouissuma uerba* bis Vergilius 6 principium Ouidianum am. III 1, 9 7 *inudiosa* lapis

1034

Féci ego quod decuit te mi fecisse, puella,
funús et extructa inposui ipse pyra.
me potius Manes rapuissent Dítis auarí
et cineres nostros íma foueret humus,

quam te sic nostris rapuisset Cerberus annis
aut insperanti triste dedisset opus.

CIL. VI 6986 uidit Henzen Romae unde prodiit carmen superius. praescriptum *u(iuos) L. Ricinius Adiutor Lintioniae Lochiadi uxsori suae, a(nnos) u(ixit) XIX* 2 *fúnus* debuit incidi. caue copules *feci funus*

1035

Calliste mihi nomen erat, | quod forma probauit.
annus | ut accedat, ter mihi quintus | erat.
grata fui domino, gemino | dilecta parenti.
septima languen|ti summaque uisa dies.
causa | latet fati, partum tamen esse | loquontur,
sed quaecumque | fuit, tam cito non merui.

CIL. VI 5534 descr. Henzen edidítque in ann. inst. arch. 1856 p. 24 n. 144 ad Appiam in columbario rep. marmor, iam defracto margine dextro Oxonii unde REllis mihi misit delineatum a domino WRickard, litterae nitidae ac teretes, praescriptum nomen *Cornelia*, optumae notae carmen 4 *tanguenti* excepit H. sed sicut correximus ipse et Mommsenus *la...* exemplum Ox.

1036

Cara meis uíxsí, subito fatále rapina
flórentem uítá sustulit átra dies.
hóc tumulo nunc sum, cinerés simul namq. sacráti
per mátrem cáram sunt positique mei.
quós pius saepe colit fráter coniunxq. puellae
atque obitum nostrum flétibus usque luunt.
dí Mánés, me únam retinéte, ut uiuere possint
quós semper coluí uiua libente animó,
ut sint qui cinerés nostrós bene floribus sertís
saepe ornent. dícat: sit mihi terra leuis.

Iahn spec. epigr. p. 107 descr. Kellermann ⟨CIL. VI 288 descr. Henzen⟩. AL. Burmanni IV 196, Meyeri 1311

in museo Vaticano tabella marmorea. praescriptum *Vibia Phryne uixit ter senos annos.* apices saepe adhibiti nec usquam perperam, item *i* longior. pentametri primi hemistichia separata ductu periestigmeno

1 *fatale* pro ablatiuo habendum, non exclamatio est παρένθετος ut *turpe, indignum, mirum* 2 ex Vergiliano *abstulit atra dies* 3 stabit uersus si *cineres hic* leges aut *simul atq.* 5 *pia - mater* proposuit Burmannus, Meyerus tam hic quam infra negligi *s* finalem monuit. *puellae* non alius opinor sed huius Phrynes 6 *luunt* corr. Burmannus ⟨tacitus edidit Henzenus⟩. *fluunt* Kellerm. ac priores, ut duae locutiones confusae uiderentur, *obitum usque gemunt* et *perque obitum fletibus fluunt*, neque enim *atque* idem ualet quod *et ad* 9 poterat finiri sic *floribus ornent*, Lucr. IV 1170 *floribus et sertis*, cf. 467, 6 10 *dicat* lapis. scriptor siue *dicant* uoluit siue *dicas*, subiungere debuit *sit tibi*

1037

Quicumque legis titulum iuuenis, quoi sua carast,
auro parce nimis uincíre lacertos.
illa licet colló laqueatós inliget artús
et roget ut meritis praemia digna ferat,
uestitú indulgé, splendentem supprime cultum:
síc praedo hinc aberit, neq. adulter erit.
nam draco consumpsit domina speciosus ab artus
infíxumq. uiró uolnus perpetuumq. dedit.

CIL. VI 5302 descr. Henzen ad Appiam in columbario optumae aetatis litteris paruolis nitidis. uersus 1-4 sinistra, 5-8 dextra parte incisi. modo deest aliquid (1 *o quicumq.* uel ut 1007, 2 *teneros uincire,* 6 *sic nec*) modo superfluit (1 et 8) ut scias libertinorum musam

7 *abartus* pro uno uocabulo scriptum est: draco consumpsit a domina artus, nempe torquis aureus draconarius comprimendo eam dicitur enecuisse. anastrophe graecanica

1038

Terra leui tumulo leuior, ne degrauet ossa,
pau[pe]ris inpositum sustinet arte super.
Iunia formosas inter memoranda puella[s,
Iunia castarum hoc es in orbe decus.

in cineres uerssa ess tumuloque inclusa cicadae:
diceris coniunxs una fuisse uiri.

CIL. VI 14404 descr. Pinder, acta inst. arch. 1863 p. 41 Romae pictum in tectorio columbarii extra portam Esquilinam euanuit praescriptum *L. Carisius L. l. Gemellus Iuniae rlcfl* (cognomen hoc fuit mulieri, *Alope* Henzen proposuit, possis *Plote* al.)

2 pauperis arte superinpositum tumulum 5 *ess* sic Ambrosianus Pl. merc. 489 ut monet Leo tumulus cicadae leuissimus caelaturis graecis et carminibus inde a Leonida Tarentino celebratus est (Plinius XXXIV 57, APal. VII 190). parum recte *cicadae diceris* Mommsenus coniungit quasi canens ad sepulcrum per aestatem cicada mortuam laudatura sit 6 cf. Propert. IV 11, 36

1039

Terra paréns, tibi Fortunatae commissimus ossa,
quae tangis mátres proxumitáte tuos:
nullum onus incumbás, sperét et umbra cinis.

CIL. VI 18579 uidit edidítque Bormann inscr. lat. nou. p. 11 non procul ab urbe uia Praenestina rep. iam in Laterano, litterae elegantes, metrici ordinis fines uirgula indicati (*ossa* / *quae*) in uersu 1 tetrasyllabum nomen pro trisyllabo (aut tali *Postumiae*), 2 *matres* pro *matris*, 3 qui item pentameter est *umbra* pro *umbram*. neque enim recte pro *matres* Viscontius proposuit *manes* in actis arch. Rom. municip. 1872 p. 28, cum Terram matrem et appellari et cum dis manibus consociari ipse explicaret et titulorum scriptorumque (Suetoni Tib. 75 Victoris Caes. 33, 21) exemplis comprobaret

1040

Ac ueluti formosa rosast cum tempore prodit,
arescit certo tempore deinde suo,
síc tu coepisti primo formossa, Anna, uideri,
tempore sed subito desinis esse mea.
hoc Stabilis tuus éheu quo possum munere paruo
prosequor atque opto: sit tibi terra leuis.

CIL. VI 22377 descr. Henzen, Iahn spec. epigr. p. 108, 2.

AL. Burmanni IV 152, Meyeri 1281 in museo Vaticano. praescriptum nomen *Memmia Ɔ. l. Anna.* non Stabilem sed alium poetam ostendunt abruptum primordium quod Hense comparat cum epigr. Kaibeli 570, 3 οἷα γὰρ ἀρχόμενον ῥόδον, interpolatioque nominum

3 dele *Anna* 5 *éhiu* lapis, correxere ***heu.*** sed desideratur etiam pronomen ***hoc ego te coniux***

1041

Liberta et coniunx Petronia cára patrónó
Thallusa hóc tumulo condita lúce caret.
quáe bis uícenós complerat lúcibus annos,
érepta est subito coniugis é gremio.
hanc síc adsidue deflet Petronius, ut iam
deficiant oculós lumina cara suos.
desine per terrás infernas tendere ad arces:
fáta animam dederant fáta eademq. negant.

CIL. VI 24049, Gruter 950, 8 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 79, Meyeri 1219 Romae fuit in tabella marmorea

3 i. diebus. *lusibus* ac peiora AL. 6 *flumina* coni. Leo 7 quasi mortuae uerbum cohortantis ad uitam

1042

Pro paupertate haec summo tibí | tempore, coniunx,
ut potuí, | meritís paruola dona dedi.

CIL. V 4593 contulit Mommsen. AL. Burmanni IV 181, Meyeri 1303 Brixiae in titulo quem *Q. Egnatius Q. l. Blandus* uiuos *sibi et Minuciae Vrbanae uxori* inscripsit, sequitur *innocens uíxit ann. XIIX*

1043

Functa iaces hic, set uiuis uiuesque Secun|do
Laelia tuo, debe(n)t nec benefacta | mori. |
te, Tellus, sanctosque precor pro | coniugis Manes,
uos ite placidi, | tu leuis ossa tegas.

CIL. V 3653 contulit Mommsen. AL. Burmanni IV 159, Meyeri 1288 apud Veronenses. praescriptum *Laeliae Clementine uxori incomparabili Q. Furius Secundus maritus et sibi uiuus fecit*, in fine adiectum *uixit ann. XXVII.* carmen aliunde desumptum esse corruptela probatur, hexametri et pentametri interuallo dissaepti sunt

2 *tuo* monosyllabum ut *tis* pro *tuis*, *so* pro *suo*. in archetypo tamen nomen fuisse credas aliud (*Prima*) *debet* lapis, corr. Felicianus. *nec bene dicta* Iucundus, *nec tua facta* schedae Farnesinae apud Muratorium 1364, 9 3 *pro coniuge* et *coniugis Manes* commiscuit operarius 4 *sitis* correxit Bonifacius, *ite o* Fabricius, cf. Paelignorum *eite pacris* supra 17 *ossua* lapis

1044

A

. . . .
. . i terra quam pro[c]ul a patria,
morib(us) et form[a p]ariter laudabilis, ut quis
cernere non posset, pulchrior an melior.
nunc [t]umulus super et super est Petronia nomen:
annos bis denos adq. duos tetuli.

B

. . . . m]ari[t]i
qui caruit uita, quom caret hac anima,
nec carum cinerem at terram asportare paternam
quiuit, et hic miserum ut discruciet stimulus.

CIL. III suppl. 8135 contulit Domaszewski, Hirschfeld in actis acad. Vindobon. 1874 p. 406, eph. epigr. II p. 328 n. 485 rep. Viminacii nunc Singiduni in duabus partibus cippi supra mutilati. scriptura pulcra dicitur et primi aeui imperatorii cui conueniunt *tetuli* etiam a Catullo adhibitum, *quom*, *discruciare* et clausulae pentametrorum asperae omnes

1 uelut *membra hic posui*, nam ..*i* uidetur perfecti uerbi persona prima. *ponitur i*]*n terra* Hirschf. 7 hexametri maxima pars periit sed plus eo absumptum non puto, extremum uocabulum ex litterarum uestigiis Hirschf. indagauit, sententia haec fuit *hic me nunc posuit Percenni cura mariti* 8 *uiia* lapis 10 ὥστε καὶ τοῦτο δακεῖν αὐτόν

1045

quod te] uiua officium tibi facere non | [pot]uerunt,
ad summum supremum | [diem] decorarunt, ut meruisti,
casta mater. | [hic o]ssa utrorum Annaes et Cissi aman-
tis | [eius] sita sunt; Cissus uiuit, sed quam | [primu]m
cupit ad suam amantissumam | [peruen]ire. |
mi uitae fi]nis potuit iucunda uideri, |
quaeque ma]net mortis uos mihi restitu[et.

CIL. VI 11669, Bormann inscr. lat. nou. p. 10 in museo Capitolino tabella marmorea ad laeuam deminuta. Annam Cissi contubernalem a filiis sepultam, filiorum et uiri desiderio in disticho respondentem intellegas. alias etiam quae antecedunt numeris uincta uidemus, et hic iambi quidam subiere

2 *locum* suppl. Bormannus 3 i. utriusque 5 *amantissuma* ἀγαπητή pro *amand-* ut moris est post Flauios, hoc exemplo non habeo antiquius 6 *uitae nulla*] *dies* sic Borm. 7 .. *et* Borm. unde Hauptius *quae ueniet*, sed .. *nit* Kiessling, .. *nit* aut *net* Dessau exscripsere

1046

Hedistes animo simul et cognomine matris
nata sacrum tumulis hoc Fabiana dicat.
corpo]ris hic titulus diui per longa colatur
tempor]a pro generis quaeso uirique manu.

CIL. VI 19174 descr. Henzen, Muratori 1255, 8. AL. Burmanni IV 369, Meyeri 1501 in uinea suburbana inuentus cippus marmoreus, nunc in Vaticano

1 *Hedistes* lapis ut olim correxeram cum *hidisiis* traderetur, cf. 1035, 1 3 *corporis* posui, nisi tamen lectius fuit uerbum ut *roboris* (cf. 501, 8) 4 *manu* ut *omniq. manu stipata meorum*, sed in aliena manu si uir Fabianae erat, tanto melius

1047

Et te, Terr]a, precor leuiter [super] ossa residas,
senti]at ut pietas [prae]mia quae meruit.

CIL. III 1760 contulit Mommsen   Epidauri in Illyrico subscriptum titulo quem ... *nius posuit e suo contubernali suae* ann. XXV *bene merenti a se.* sed distichon sumpsit ab alio

1048

Et te, Terra, precor leuiter super ossa residas,
  sentiat ut pietas praemia quae meruit,
et quicumque suis sincere praestat honorem,
  felicem cursum perferat ad superos.

CIL. VI 9204, Fabretti 285, 193. AL. Burmanni IV 285, Meyeri 1381   Romae in aedibus Barberinis, periit. praecedebat *L. Vettius Nymphius aurifex u. a. XVII*
1 s. uersus tralaticii, sine ulla mutatione repetiti CIL. VI 16325 in sepulcro C. Cornelii Tyranni ann. XIII, nisi quod *pietas* ibi est   3 *sincere* Fabr. et plurimi, *sinceri* alii

1049

Finitum Euhodiae fatum qui conspicis hospes,
  desine mirari: corpus inane iacet.
Euhodus ut ualeat pater optumus opto.

CIL. VI 17342 descr. Detlefsen, Muratori 1671, 3. AL. Burmanni IV 295, Meyeri 1390   effossum in columbario uiae Latinae extat in museo Kircheriano. praescriptum *hauete animae bonae,* hoc et cetera loquitur mortua
2 *corpus inane* Prop. III 18, 32 tum Ouidius   3 *Euhodus aeternum ut* Burmannus quo hexametrum redderet, *ut uiuat ualeat* Hense

1050

Debuit hoc patris nátus duo corpora humáre:
  corpora sémanimés corpus inane colunt.
qui quia nón possunt dónis aequáre merentem,
  Basse, tuis meritis respondere queunt.
Debuit hoc natus nobis praestare duobus,
  ut cineres patrios dederet infer(i)ís.

sed quoniam dirae genuérunt fata uolucres,
te, Basse, ereptum fleuimus ante rogum.

CIL. VI 12307 ex schedis, Gruter 670, 2. AL. Burmanni IV 253 s., Meyeri 1355 s. Romae repertum in foro Iudaeorum periit. praescriptum mortui nomen *Q. Aricinius Q. f. Bassus uixit ann. XXV*, subscripta carminibus uiuentium nomina priori *C. Curtius C. l. Antiochus pater*, posteriori *Aricinia Nais mater*

1 *hoc* tumulo siue monumento. *patris* noli mutare in *patres* aut cum Pithoeo in *patrum*, sed a patre exstructum monumentum intellege 2 i. parentes decrepiti *sén animés* traditur, *semianimes* corr. Apianus, *sine animis* cunctanter prop. Henzen 3 *quia*] non bene enuntiata sed clara tamen sententia 4 metrum restituebant inuerso uerborum ordine *respondere queunt Basse tuis meritis* (melior erat *respondere tuis B. uolunt m.*) 6 *crederet* Ferrarinus 7 *dira - uolucre* Heinsius quasi mala aui te fata genuerunt. Harpyiae (*dirae obscenaeq. uolucres* V. Aen. III 262) Basso mortem parasse significantur 8 expectaris *rogo*

1051

Tu pater et mater lacrumis retinete dolorem,
nam fato raptam non potes eripere.

CIL. VI 4385. AL. Burmanni IV 312, Meyeri 1521 fuit inter titulos columbarii familiae Germanici uel Claudii Caesaris. praescriptum *Hateria Telete uixit ann. XXVII*

1 *lacrumis lacrimis lachrumis* apographa uaria (*lachrymis* codex Vrbinas Iahn spec. epigr. p. 99)

1052

his pater ac mater maestum solantur amorem
soluentes nato triste ministerium.

CIL. VI 30108, Gruter 717, 8. AL. Burmanni IV 370, Meyeri 1524 fuit in Esquiliis superne truncatum

1 *maestum musa solatur a.* V. Aen. X 191 2 *triste m.* ibidem VI 223

1053

Heic sita est Ni[m]isis,
quae castum corpus ditulit ad | cinerim,
quam pater ac mater cupide seruare | studebant:
tertius ac decumus inuidit lumina | uesper.
dulcis uale mater perí dicit filia dulcis uale.
aue: et tu.

CIL. X 2752 descr. Mommsen Puteolis, nunc Neapoli titulus pessime inscriptus. praecedit *M. Munatius M. [l.] Dardanus et M. Hostius M(arcorum) l. Eros*
4 exitus Verg. g. I 251. non annus sed dies letifer indicatur, cf. 422, 6 uel 1035, 4 5 uerba artificio eo disposita ut '*perii*' *dicit* tam ad matrem quam ad filiam referri possint, cetera modo pentametri cadant (*cara uale mater: filia cara uale*)

1054

quae mihi íura dedit cíuis, dedit et | mihi uiuae
quo inferrer tum | cum paruola facta ceinis.

CIL. VI 28228 uidit Henzen, Or. 3038. AL. Burmanni IV 304, Meyeri 1398 museo Capitolino inlata ex columbario uiae Latinae tabella. adnexum distichon est huic titulo *Valeria Ɔ. l. Lycisca | XII annorum nata | Romam ueni |*
2 *in ferrer* diuisa marmor *ceinis* fluctuante inter *i* et *e* pronuntiatione ortum, *pressa cenis* in carmine Caesariensi

1055

Quicumque Albana tendis prope[rasque uiator,
paulisper celeres siste rogate pedes,
neu graue sit tenerae cognoscere fata puellae,
neu graue sit nostra morte dolere si[mul.
bis mihi iam senos aetas impleuerat annos
spemque dabat thalami [munere posse frui,

cum mors festinans crescentis [abstulit annos
fleuit et adsidue maestus uterque parens.
nunc ita in aeterna requiesco se[de sepulta
et finem fati conqueror ipsa mei.

CIL. IX 1817 ex Verusio. AL. Meyeri 1273 Beneuenti, periit. praescriptum *M. Ennius M. l. Macedo sibi et Polliae Synticheni, Enniae Iucundillae,* subscriptum *et Maxsim[o,* adscriptum ab utroque latere *h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur)*

1 *properasq.* Garruccius, *properare* de Vita 2 *te rogo siste* fecit Pecca 4 fin. *sini* traditur: *tibi* Mommsenus, *simul* ego proposui 6 *coniugiumque uiri* supplebat Verusius, *florida uirginei* Garruccius, *progeniesq. nouae* ego primo 7 et 9 suppl. Nicastro. Ouidius met. X 24 *crescentesque abstulit annos*

1056

Quiqumque Nol[a]na t[en]di[s] per [rura] uiator
paulisper g[ress]us . . . .
neu graue sit ten[erae . . . . .
. u . . pau . . . . .

CIL. X 1152 descr. Mommsen apud Abellinates. praecedit titulus Egnatii magistri Mercurialis et uxoris Cottiae, quem excipit ne monumentum heredem sequatur cautio, deinde cui carmen destinatum erat *Egnatiae C. l. Glaphyrae* idem carmen esse cum superiore *quicumque Albana* pro re ac tempore mutatum Conrads p. 19 et ego in Fleckeiseni annali 1858 p. 72 declarauimus

1 *tisdi..plr...* fere apparuit 2 *hic remorare tuos* adscripsit Hense 3 s. *cognoscere fata puellae uersus et paucos perlegere?*

1057

Hic soror et frater uiu[i sunt plag]a par[e]ntis,
aetate in prima saeu[a rapi]na [tuli]t.
Pompeia his tumulis co[gn]o[mi]ne E[leuthe]ris haeret
et puer, inmites que[m rapuere] dei,
Sex(tus) Pompeius Sexti praec[l]a[ro nomine I]ustus,
quem tenuit magn[um forma pudorq. dec]us.

infelix genitor, gemina [sic morte coa]ctus
a natis sperans qui ded[it ipse rog]os.
amissum auxilium functae post [gaudia] natae,
funditus ut traherent inuida [fata l]arem.
quanta iacet probitas, pietas quam uera [sep]ulta est;
mente senes, aeuo sed periere [breu]i.
quis non flere meos casus possitq. dolere?
qui d]urare queam bis datus ecce rogis?
si sunt di manes, iam nati numen habetis:
per uos cu[r u]oti non uenit hora mei?

CIL. VI 24520 descr. Henzen ediditque in ann. inst. arch. 1852 p. 315 uia Appia rep. tabula marmorea litteris pulcris, suppleui
3 *co..o..nteit.....ris* exceptum est, *haeret* in lapide praepositum pentametro 5 *Sexti* ad uersum superest. *Iustus* an *Faustus* incertum 6 aut *gensq. domusq.*, *paruola turba* sim. 8 *spenrans* lapis 9 *auxilium* filius, filia *gaudium* 13 *dolore* lapis 15 contra quam de Fortuna Iuuenalis *nullum numen habes*

1058

Híc sum Bassa sita pia filia, | uirgo pudica,
excedens | cunctas ingenio aequalís. |
cum mihi bis quínos annos mea | fata dedissent,
undecumum me | non licuit perducere annum, |
cumque pater materque deos pro me | adularent,
at saeuos Pluto rapuit | me ad infera templa. |
opside me Parcae fínem fecisse uidentur, |
cum ante alios uernas tres rapuere mihi. |
sí quis forte mea gaudet de morte iníqua, |
huic sit iníqua Ceres perficiatque fame.

CIL. VI 7898 contulit Henzen, Maffei mus. Ver. 258, 2. AL. Burmanni IV 267, Meyeri 1367 uia Salaria effossum marmor musei Kircheriani. infra scriptum *Caeciniae Sex. f. Bassae* non paucis uitiis carmen deformatum

est, notandum maxime *adularent* u. 5 propter metrum et significatum (προσεκύνησαν θεούς). apices tradidit Maffeius *quinós* 3 et *úndecimum* 4, non tradit Henzen

1 *filia* Maff. *fi* tantum uidit H. 2 ad exemplum tale *cunctos i. iuuenes* 8 contra de antiquae simplicitatis domo Iuuenalis 14, 168 *infantes ludebant quattuor, unus uernula, tres domini* 10 *conficiat* Schraderus ex Ou. Ib. 428 *conficiare fame*

1059



Paruolus in gremio comunis forte parentis
dum ludit, fati conruit inuidia.
nam trucibus iunctis bubus tunc forte noueli
ignarum rector propulit orbe rota.
maestus uterque parens postquam miserabile funus
fecit, inferis munera suma dedit,
hunc Antho tumulum male deflorentibus annis
pro pietate pari composuere suo.

Marini Aru. p. 123, CIL. XIV 1808 descr. Lersch Henzen alii. AL. Meyeri 1272 Ostiae rep. nunc in Vaticano praecedit *dís Manibus Q. Volusi Sp. f. Lem. Anthi,* subsequitur *Q. Volusius Q. l. Anthus pater fecit sibi et Siliae Ɔ. l. Feliculae coniugi sanctissumae, Volusiae Q. f. Nice, Q. Volusio Q. f. Antho, Siliae Ɔ. l. Nice, C. Silio Antho: in fr(onte) p. VI in ag. p. III s.*

1 i. telluris 3 *nouelli* indomiti iumenti 4 *rota* primo casu efferri uidetur, *rector* quomodo *auctor* et alia genere promiscuo. *orbe rotae* Meyer 5 cf. 1055, 8 6 *fecit et inferiis* legendum, hoc Osannus illud Meyer correxit 7 luditur Anthorum nomen quasi florum 8 *pari suo* non parentes sed qui praeterea subscripti sunt liberi

1060

Condidit hic miseri mater duo funera pa[rtus
ossaque non iustis intulit exequiis. 
tegula nam Romae Proculum prolapsa peremit,
pressit Sipunti pressa Cladilla rogum.
uota, parens, nocuere tibi, qui numina saeua
ut plura eriperent, plura dedere bona.

CIL. III 2083 uidit Mommsen Salonis, iam in museo Agramensi, in monumento bipertito cuius partem dextram Q. Nassius Certus Draco aedilis quattuoruir suo et Tulliae Intumae matris nomine inscripsit, sinistra carmen est eique praescriptum *Papiria Rhome u(iua) f(ecit) sibi et Papiriae Cladillae ann. XIX et P. Papirio Proculo ann. XI..[fi]lis*, subscriptum *et P. Papirio Clado uiro et P. Papirio Celerioni et Papiriae Hispanillae li(bertis)* litterae bonae dicuntur

1 *patris* ediderat Steinbuechel de suo ut uidetur, nec enim quadrat in uerba priora. *pa..* tantum Mommseno apparuit isque *misere* et *parua* scribi posse adnotauit 3 talia Iuuenalis queritur 3, 270 ss. 4 *pressa* non satis apertum: morbone oppressa an reapse ut solum significat uerbum suffocata in turba? CIL. III 2197 puellam quattuor annis maiorem Cladilla *depressere ueneficae*, 2519 *qui incendio oppressus est* 5 i. quoi cui

1061

Quis nón uolta riget lacrimis maerore coactus,
quis non tristitiam pectore concipiat,
immatura uidet si] paruae busta puellae,
quam trísti rapuit mors scelerata dié?
pro superum crimen, Fatorum culpa nocentum,
condit eam quod humó uaé sepelitque parens,
quae speciem uoltús habuitq. Cupídinis artús,
dulcis ad Elysios rapta repente lacus,
dílecta ante alios multum defletaque cunctís,
Vestina infantum Clodia sóla decus,
híc posita: an superas conuísit luminis auras
innocua aeternis condita sideribus?

CIL. VI 27383 descr. Henzen, Iahn spec. epigr. 108, 3 in museo Vaticano cippus magnus marmoreus post u. 2 diffractus, litterae quaedam iam euanuere atque in extremo desunt, binos hexametri ἐν ἐκθέσει, pentametri ἐν εἰσθέσει uersiculos tenent, *f* ceteris litteris grandior, in *tristi* 4 prior *i* apicata, posterior adleuata superius scripta extant *uixit annis duob. d. XXV, fecit Threptus pater*

1 *uolta* Ennianum et Lucretianum (IV 1213), neque con-

uisere (u. 11) post Lucretium dictum apparet 10 *deous* cippus

1062

In terris] cineres alius loc[us, hic | h]abet ossa:
effigies u[aga per | sid]era sic colitur.

CIL. VI 24792 descr. Henzen et prioris uersus exitum suppleuit in museo Vaticano fractum marmor. praecedit ... *Po]pillius Laena[tis l. Plo]camus filio, u. a. XV.*.
2 ex *e* in *sidera* non plus superest quam quod in *t* quadret aut *c* (ut *sacra*). Leo in priore uersu nomen *Antiochi* aliudue ponit, in hoc *effigies uiuist, iam sacra*

1063

Papilio uolita(n)s | texto religatus | aranist:
illi prae|da rep(e)ns, huic | data mors subit|ast.

CIL. VI 26011 descr. Henzen Roma auectus Florentiam lapis Tiburtinus, litterae ualde rudes. praescriptum *Scita hic sit(a est)*
1 *papilio* ψυχή, *arani* pro *aranei*, κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι Aesch. Ag. 1454 1477 2 *ilei* et *sueir* pro *subit* tabula

1064

Felicla híc misera cónsumptast | morte, puella
dulcis, amicórum | concupienda iocís.
sit tibi terra | leuis tumulóque adsurgat | amómum
et cingant suaues | ossa sepulta rosae.

CIL. VI 20466 descr. Dessau Romae in urna. praescriptum *Iulia C. l. Felicula*, pone *rosae* adscriptum *uale*
2 *concupienda* rarissimum uerbum sed immerito barbariae insimulatum a Maduico adu. crit. II p. 641

1065

Atrox o Fortuna, truci quae funere gaudes,
quid mihi tam subito Maximus eripitur?
quí modo iucundus gremio superesse solebat,
hic lapis in tumulo nunc iacet ecce miser.

CIL. VI 20128 uidit Henzen, Marini Aru. II p. 635, Or. 2709. AL. Meyeri 1531 in museo Vaticano tabula marmorea litteris optimis. praescriptum *C. Iulius Sp. f. Maximus uíxit annís II mensibus V.* in uerbis quae *t* habent omnibus haec littera ceteris longior

1066

Inmatura sinú tellús leuis accipe Grati
ossa et legitimo more sepulta foué.
quattuor huic cursús Phoebéos fata negarun(t),
éreptum sibi quem lúget uterque parens.
quid prodest uíxisse in amabilitate facétum
cunctaque blanditiís émeruisse suís?
num potuit diléctus ob haéc perducere lúcem
longius? heu Dítis foeda rapína ferí.

CIL. VI 6319, Brizio sepolcri scop. sull' Esquilino p. 70 n. 223 in laeua parte tabulae latioris scriptum est *hic sunt ossa sita Spudenis Lysae medici filiae.* fortasse frater Spudes Gratus, Statiliorum Lysa medicus fuisse sepulcri loco probatur. in fine u. 1 et post *longius* 8 distinctionem facit uirgula

3 *necarun* Brizio, *negarun* Henzen 5 color epicediorum perpetuus, cf. 543, 1 7 usitatius *producere*

1067

Sic tibí contingat felíciter íre, uiator,
inmatura meo perlege fata loco.
Zelotos iaceo, uíxí dum fata sinebant,
sí tamen haec uíta est, tam cito posse morí.
bis mihi septenis fínis datus ultimus anníis,
nomine me rapuit mors inimíca meo.

CIL. VI 29629 descr. Henzen, Fabretti 88, 164. AL. Burmanni IV 36, Meyeri 1186 in lapidario Vaticano marmorea tabella

5 *miiii* pro *mihi* lapis *datur* AL. 6 *nomini* Fabr.

1068

Iter VII annis ego | iam fatale peregi,
nunc rapi|or tenebris et tegit ossa lap(is). |
desine soror me iam flere | sepulcro:
hoc etiam multis | regibus (h)ora tulit.

CIL. VI 5953 descr. Henzen, Muratori 1499, 10. AL. Burmanni IV 27, Meyeri 1179 de sepulcro familiae L. Arrunti cos. a. 6 mortui a. 37 inlata museo Capitolino tabula. praecedunt haec *d. M. Successi Primigenia sor(or) fecit fratri bene merenti et piissimo*

1 archetypum Vergili istud *cursum peregi*, metro idoneum *uitae septem annis ego iter* 3 de archetypo uide 823, 1 970, 11 971, 12. *desine cara soror me iam deflere sepultum* Burmannus, *desine me soror inlatum iam* Hagenbuchius Meyerusque 4 *magnis regibus* 970, 14 et 971, 15. in titulo Boissardiano CIL. VI 3183* (Or. 4795) *hora breuis uitae letum tulit*

1069

Immatura tui properantur tempora fati
primaque praecipiti limine uita ruit.
uiginti tecum nam fers non amplius annos,
sed decuit talem longior hora uirum.

CIL. II 1413 ex schedis Vrsone Hisp. praescriptum ... *C. l. Faustus XX ann. hic situs est, s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*

quod CIL. II 1414 item ex schedis prolatum est fragmentum *l. l. XX tecum transfers non | amplius annos, debueras tamen | habuisse mille. s(it) t(ibi) t. l.* uehementer dubito an ex isto carmine factum sit et interpolatum

1070

Filiola[m] amisit pa[ter heu] materque sequtast
ipsa. huius nomen Saluiol[ae] fuerat.

CIL. II 3501 descr. et suppleuit Huebner Carthagine Noua litteris paruis antiquis. sequitur *M. Maestri Lucrionis uerna annorum XXI*

2 *huius* hic sitae filiae. Leo punctum ponendum post *huius* censuit

1071

Iam bis ut octonos Spendon compleuerat annos,
raptusque a fatis conditus hoc tumulost.

CIL. XII 882 ad lapidem Arelate litteris saeculi primi elegantibus. praescriptum *Spendonti C. Stati Patercli Q. Statius Murranus sodali*
1 *ut* uacat aut *que,* illud enim temporis est, non *quasi sedecim*

1072

Donauit genitor magno te, p]arue, sepulcro
ut post fata duos iungeret] una domus.

CIL. XII 1686 descr. Hirschfeld Deae Augustae Vocontiorum litteris saeculi I incipientis praecedit ... *s pater,* sequitur graeca interpretatio talis μικρὸν τῷδε τάφῳ γενέτης δω]ρήσατο παῖδα [οὐ μικρῷ, ἕνα θεὶς ἀμφοτέρο]ισι δόμον

1073

. . . usta igni fidissumus atro
corpora quae rapuit, condidit hoc tumulo.
nec sibi nec matri natos aetas sua plorat:
bis senos annos non habuere supra.
ne terra aliena ignoti cum nomine obissent,
hic titulus paruo proloquitur lapide.

CIL. XII 5276 descr. Hirschfeld, Gruter 718, 2 a Scaligero. AL. Burmanni IV 242, Meyeri 1347 Narbone in cippo supra mutilato litteris saeculi I
1 deest *amborum pater* 3 *sibi* non referendum ad *natos* sed ad patrem 5 *aljena* pronuntiabatur ut *Nasidjeni* al. 6 *lapide* hodie periit excepta prima hasta

1074

Ad [uitam] uo[lui] Celerem te c[res]cere mater,
ad mortem ingemui te Celerem misera.

CIL. III suppl. 12987 uidi ectypum commodatum ab Hirschfeldio Salonis in lapide fracto supra et infra et dextra. subscriptum *P. Gallius Celer..*, ex amphibolia nominis carmen deductum
1 *uolui* proposuit Hirschfeld, istae litterae non omnino certae, posse putaram legi uelut *pri*]*ma o*[*ptans*

1075

St]a lapis in longum et lúctu défléta parentum
ne preme, nam tenerí corporis ossa tegis.
ossa paréns maculat lacrumís cineremq. fatigat
flétibus: heu Bebryx síc miserande iacés.
nóndum septénís bis té perdúxerat aetas,
formosum cantú detinet iste rogus,
délicium domini, spes expectáta parentu[m,
exiguom tumulí tempus in arte ci[tant.
édidicisse pias artes testamur an[helum
atque idem o[ptamus: sit tibi terra leuis.

CIL. X 4041 descr. Mommsen et recognouit incertae ex agro Campano originis in museo Neapolitano, ab imo fissura aliquot litteras absumpsit. praescriptum *Be*]*bryx puer*
1 *alapis* priores, *al..is* nunc legitur, *sta* suppl. Nohlius 8 *tumulí* et 9 *artes testamur* priores: nunc *tum* tantum et *ar.....tamur* extat *citant* posui dubitans: *ci* infra fractae apparuere, non ueri simile *sinunt* 9 *artes contenta paternas edidicisse* Ou. met. II 638 extremam *n* potius fuisse quam *m* Momms. scribit, hoc igitur ut quiui et 10 expleui

1076

Filia cum matre est, hospes, sei forte requiris, |
heic sita, quas rapuit mortis acerba dies. |
sed prius eripuit matri qui in omnia pollet |
crudelis cassus filiolam e manibus.
paene immatura | morte ereptam sibi gnatam
heu quantum mater [fleuerit] | indiciost.

nam postquam [fletu] et monumento hoc conde|corauit
gnatam, per luctus reddidit ipsa animam.

AL. Burmanni IV 82 uol. II p. XLV auctore Maiansio qui 'perperam descripta' correxit pleraque, Meyeri 1222. in CIL. II excidit inuito editore   Noua Carthagine. praescriptum *Sicinia Q. f. Secunda*, altera adfuit inscriptio *Sicinia Q. f. mater*
2 feruntur *sica*, *rapit*, *quis* (improbabile *quies*)   3 hiatus probatus optumis (Verg. *an qui amant*)   4 fertur *cassius*   5 *paene imm. m.* refero ad matrem. de dactylo extremo cf. 986, 11, discrepabat uox uiua cum tralaticia scriptura   6 lacuna nulla traditur, sed *mater* | *in biciociost*: hoc emendauit, illud addidit Burmannus   7 *fletu* addidi, *tumulo* Meyerus

1077

Sei qua renascentes optant certamina laudis,
ex nostra aspiciant facta priora fide.

CIL. VI 18209, Gruter 975, 12 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 297, Meyeri 1392   Romae tabella marmorea Capitolino museo inlata, ab Henzeno frustra quaesita. praescripta nomina *Cn. Flauius Cn. l. Sosia*, *Cn. Flauius Cn. l. Apollonius* quorum fides praedicari uidetur erga patronum

1078

Quam q . . . .
et sine fine gemun[t . . .
desinite o miseri lo[ngas proferre querellas
et fletus tantos . . .
non ego sum sangiis . . .
sola neque inmiti . . .
uos serteis laeti n[ostrum decorate sepulcrum:
hoc fuerit gratu[m . . .

CIL. VI 10244 a prioribus   in museo Kircheriano in altera parte fracti marmoris, alteri quam ipse spectauit

Henzen inscripta est de iure monumenti stipulatio *act. VI idus M.. | L. Iulio Vrso Seruia[no II] | L. Fabio Iusto c[os.* anno 102. at centum annis antiquius uidetur carmen epitaphium puellae fuisse nescio an distichis compositum, saepius enim accidit ut nulla fiat alternorum uersuum εἴσθεσις. supplementa recepi proposita in CIL.

1 *quamquam* miseranda sors est et gemunt pectora? 5 *sanctiis* Brunati. uelut *sanctis* data Terrae sedibus una 8 Manibus officium post 8 alia intercidisse significatur

1079

i . . . . fiico . . . .
dum tetol[i uitam, tem]pora iniqu[a nimis
innida, preste[ntur cum] tempora ta[m breuis aeui,
nec licuit ma[tri prole patriue frui.
iam supere[st ut uos qui huc] lumina [uertitis orem:
[dicite lugentes 'sit tibi terra leuis'.]
sic si forte se]nes mise[ro casu doluistis,
felix] sit uobis u[ita futura magis.
tu quoque qui fat]o es meliori n[atus, adesto,
iam nunc disc]e senes [quam mala fata manent.

CIL. III suppl. 9447 (ad 5 *lumina*) 9448 (a 7 *-nes mise-*) misit mihi Hirschfeld Salonis fragmenta marmorea litteris exiguis. coniuncta a Buličio redegi in uersiculos. priscum est *tetoli* et certum, nouicium *meliori* si casu fuit sexto

2 *nimis* aut *mihi* aut Parca *dedit* 7 *miseros fleuistis, abite laetaq. sit u. uestra senecta magis* prop. Leo 9 *melior in* editum est

1080

Ossa sub hóc tumulo pia | sunt sed acerba parenti. |
Amphio mí frater hoc | titulum posuit. |
parcite Fata meis, | ualeant fratresque | sorores.
sit tamen | in uestro pectore cura mei.

CIL. VI 9199 descr. Bormann, Fabretti 8 XLVII (Or. 2784). AL. Burmanni IV 289, Meyeri 1385 Roma Vrbinum translata tabula marmorea. subiectum carmen est huic nomini *Zethus T. Vini atriens(is) u(ixit) a. XX.* iuxta quod

nomen legitur *Antistia Nicopolis*. Zethum et Amphiona fratrum seruorum nomina uide apud Fabrettium 9, 35 s. (Gruter 580, 8 844, 7). T. Vinium esse Rufinum Galbae legatum suspicor consulem a. 69 eodemque anno occisum paene sexagenarium hominem illo tempore potentissimum (Tac. hist. I 48)

2 metro consuluisset scribens *Amphio frater mi.* neutri generis *titulum* est ut 1020 al. 3 uoluit *fratresque sororesque* an *ualeantque fratres sorores?*

1081

Viuite f]elices quibus est d[ata longior aetas,
nam fa]tum nobis omni[bus instat idem.

CIL. VI 30607, 2 ex Donio fuit Romae fragmentum. praescripta talia ..*er raei uir ci*.., subsecuta ..*ches lib. patro*[*n*.. suppleuit Bormannus conl. 802, 2, *longior hora* carmen sequens sicut 1069

1082

Viuite felices quibus est dat|a longior (h)ora: |
uixi ego dum licu|it dulciter ad supe|ros.
dicite si merui: | sit tibi tera | leuis.

CIL. III 4483 descr. Mommsen Carnunti, litterae rudes. praecedit *C. Valerius C. f. Ser*(*gia*) *Her. Tub. mil. leg. XV Apoll. stip. XVI ann. XXXVI h. s. e.* ubi *Her. Tub.* quid significent obscurum est, uidetur autem domus indicari et patria, non cognomen. adpicta infra sunt instrumenta fabrilia totusque titulus scalarum formae ita adsimilatus ut praescriptio a dextra ad sinistram extenuetur et conducatur intus, carmen infimum a sinistra ad dextram legio ex Pannonia a Nerone missa ad bellum Parthicum, post annum 71 reducta a Vespasiano Carnunti tetendit donec a Traiano uel Hadriano rursum in orientem auocata est. fortasse non inferioris aeui hic titulus quam 1011

1 cf. 373 447 802 al. 3 *tera* sic cippus

1083

Tu] qui praeteriens spectas mortis monu[mentum,
aspice quam i]ndigne sit data uita mihi.

quattuor anno[rum uixi . . . .
in qu]into scande[ns] deposui heic animam.
nun[c . . . . l]atebri[s
. . is . . . uiuere dis[ce . .

CIL. X 4428 uidit Mommsen, Garrucci act. inst. arch. 1861 p. 35 Capuae infra cernitur persona stans, continuantur in lapide metra nec quantum u. 3 ss. perierit certum est. supplerunt Garr. et Momms.
3 *quatiuor* lapis 4 '*heic* potius fuit quam *hanc*' Momms. 5 *te*]*nebr*[*is* legi posse negat idem cf. carmen insequens 6 *at tu qui legis hoc* conieci, *hoc agimur miseri* Leo

1084

Tu qui praeteriens legis hoc mortis monimentum,
aspice quam indigne sit data uita mihi.
(quindecim) annorum quint[o] dulcissima uixsí,
in sexto et decem ascende(n)s deposui hanc anima.
nuc [mor]or in tenebris deserta luce [co]acta:
hoc omnes ueniunt, [ui]uere disce, uale.

CIL. X 5020 uidit Mommsen, Garrucci act. instit. arch. 1861 p. 36 Venafri
3 *XV annorum* lapis *quintu* suppleri posse uel *quinto* ait Momms. puta nuptam anno puellam 4 *et decem* secludenda. cf. 149 et quae infra edentur 5 *per*]*acta* Momms. *rel*]*icta* Garr. errans ut testatur Momms.

1085

Si quis forte legit titulum | nomenue requirit, |
Dorchadis inueniet ossa | sepulta loco.
dum uixi fui | cara uiro, nunc mortua quaeror, |
sat felix uideor si modo fama manet. |
coniux Thymelicus coniugi fécit suae.

CIL. VI 17056 uidit Detlefsen, Marini iscr. Albani p. 109 in museo Kircheriano tabella marmorea. praecedit

d. M. s., quod sequitur *coniux Thymelicus* iambicum esse carmen uerborum dispositio et grauissimi uocabuli iteratio probat. inter disticha prius et posterius interserta est uirgula

2 rectius *inuenies* in sequente carmine 4 *set felix* Marinius

1086

Si quis forte leget titulum nome[nue requiret,
Nardinis inuenies ossa sepulta lo[co.
dum uixi fui] cara uiro, nunc mortua qua(e)ror.
sa[t felix uideor si modo fama] manet.
scire potest ipse an mi[hi sit mansura maritus.
Heliades coniugi benemeren[ti . . fecit.
Si tantum mihi Fortuna largita [fuisset,
quantum in te pietas] coguit et officia,
aureum hoc tot[um fecissem, nunc monumentum
de mea pauperie feci uti [potui.

CIL. VI 19175 descr. Henzen, Marini Aru. p. 170. AL. Meyeri 1520 in museo Vaticano tabella marmorea litteris paruis. praescriptum *Hedia C. l. Nardis uix* ... primi uersus iterantur in Dorcadis quod praeposui monumento itaque restituti sunt a Conradsio p. 45 et Henzeno

3 *quaror* lapis 5 datur tale *misereri iam uelit Orcus* 7 debuit *Fortuna mihi* 8 *coguit* perfectum a *cogo* declinatum ut *reguit* (Henzen Or. 6687) an praesens cum *u* insitiua? certe bisyllabum ut *tinguit* sim. 10 *pauperie* scripsi: *pauperte* lapis quod pro *paupertate* ceperunt

1087

. . . . . ta fuisset
. . . . . quit et officia
. . . . . is ego aedificasse
. . . . . ut et potui.

Gori inscr. Etr. II 144, 11 CIL. VI 30107 Romae effossum Florentiam auectum periit fere eorum distichorum reliquiae quae claudunt titulum superiorem: auratas tibi

uellem aedis *aedificasse, nunc feci ut licuit pauper ut et potui*

2 *quit* Gudius 338, 1: *cui f* Gorius. *quot benefacta mihi liquit?* an rursus *coquit?* 3 et 4 pleniores Gudius quam Gorius tradidit, 4 *t* ante *potui* uterque, ne putes *utei*

1088

Si meritis possem dare munera tantum,
quanta tibi debentur praemia laudis,
aureus hic titulus et littera nominis auro
condecorata legi debet, tam simplici uita
quae superis semper tam grata fuisti.
inter securas sine crimine uitae
  sit precor et super h[o]c sit tibi terra leuis.

Henzen Or. 7386, Bormann qui descripserat inter Sassinatia n. 42 (libri a gymnasio Leucoph. Berolinensi a. 1874 editi p. 371) Sassina Vrbinum translatus lapis. praecedit *d. M. Aufidiae Agathe C. Aufidius Fidelis lib. et coniugi bene merenti* uersus complures quinum pedum, resectis fortasse archetypi carminis nominibus, in 6 s. deest uerbum principale (*requies, sedes*) exturbatum a dictione triuiali 1 debuit *tanta* 4 *debuit* si restituis, pentametri forma renascitur 7 *h.c* lapis, correxi in Fleckeiseni annali a. 1858 p. 74

1089

Hic Clytius carus cunctis iustusq. piusq.
  est situs et subito tempore raptus abit.
quem flet amissum aeterno tempore coniux.

CIL. VI 7243 descr. Helbig prope uiam Latinam rep. praecedit *Clytius l(ibertus), Phile Clyti l...*
1 *iusq. piumq.* Ou. her. VIII 4

1090

Hic Clodia cara cunctis iustisque piisque
  est sita et subito tempore rapta abiit,
quem flet amissam aeterno tempore coniunx.

CIL. VI 15806 descr. Henzen. AL. Burmanni IV 391, Meyeri 1517 in museo Vaticano exsecta de urna tabella praescriptum *Clodia Ɔ. l. Elegans uix. an. XXX*, dextrae parti inscriptum *C. Memmius C. et Ɔ. l. Milo*

1 s. quomodo deprauati sint carmen superius ostendit 3 *quem* lapis. *aeterno amissam quam deflet* Burmannus, archetypos uersus fortasse *dolet* habuit aut pluralem *quos flent amissos a. t. nati*

1091

Quaerere cessaui nunquam neq. | perdere desi,
mors interuenit, | nunc ab utroque uaco.
uiuite | felices qui legitis.

CIL. V 4656 contulit Mommsen. AL. Burmanni IV 21, Meyeri 1175 in agro Brixiano. praescripta haec *u(iua) f(ecit) Minicia Fortunata sibi et Miniciae Tryphaenae lib.* perperam Iucundus distichon coniunxit cum graeco titulo Kaibel inscr. Sic. add. 2388 a

1 *neq.* lapis, *nec* alii legerant (Henzen Or. 7402) 3 paene pentameter, cf. 486 803 al.

1092

Quaerere cessaui numquam | nec perdere desi,
mors interuenit, | nunc ab utroque uaco. |
credite mortales: astro nato | nihil est sperabile datum.

CIL. V 7047 descr. Mommsen, Or. 71 Augustae Taurinorum. praescriptum *haue Vitalis: L. Tettienus Vitalis natus Aquileie edocatus Iulia Emona titulum posit ante aeternam domum Iulia Augusta Taurinorum, dicit: | quaerere* eqs. post *datum* lapis fractus est

3 inde dictus *astrosus quasi malo sidere natus* (Isid. orig. X 13). *sperabilis* nisi in Pl. capt. 518 non uidetur legi

1093

Dum uixi quaesi, | cessaui perdere [n]umquam: |
mors intercessit, | nunc ab utroque uaco.

CIL. V 6842 contulit Mommsen, Muratori 759, 7 Au-

gustae Praetoriae. praescriptum *d. M. P. Vinesi Firmi q(uaestoris) aed. et II uir(i) munerar(ii), P. Vinesius Fortunatus et Vinesia Faustina patri karissimo*

1 deminutus repetitur in monumento C. Manli Gibbae lib. Priami Patauino CIL. V 2986 *quaessi semper* [*neq.*] *per*[*dere desi*, cf. carmina proxuma   2 in *nunc* prior *n* non iam apparet

1094

Quandius uixi, quaesiui | nec cessaui perdere | semper: |
mors interuenit, quae | facet ut ab utr(o)quae | uace(m).

CIL. VI 30111 descr. Henzen   Romae marmor inuentum extra portam Maiorem nunc in museo Vaticano

1 sic ibidem 6308 bis *quandius uixit*, 13101 *quamdius uiuo.* prisci *dius* et *interdius*

1095

Quaerere consueui semper neque perdere d[esi: |
nunc ab utroque uaco, decasa paul . . . | uoluit.
hic mea conposito requiescunt o[ssa, quiescit |
et labor a puero qui mihi semper erat.
nunc labor omnis [abest semper] | curaeque moleste,
nec scio quit nunc sim nec scio qu[it fuerim. |
parua tamen nostro remanent solacia facto:
uiuent qui l[audent], | uiui quia dona fruuntur.
uiuite felices quibus est fortuna [superstes.

CIL. V 3415 contulit Mommsen. AL. Burmanni uol. II p. 20   apud Veronenses. praecedit *Q. Octauio Q. l. Po-b(lilia) Primo VI uiro Aug. sac(erdoti) iuuen(um) Octauia Tigris pat(rono) coniugi b. m. et sibi u(iua) f.* loquens inducitur patronus

1 *consului* lapis, *consueui* post alios Maffeius mus. Ver. 172, 2 enotarat   2 incertum quot litterae perierint, nec pentameter fuit neque hexameter non potest esse corruptus. pro *casa* Maffeius *causa* edidit, *de casa pausa reuoluit* haesitans Hauptius. sed *decasa* sic ut *sol occasus* dicta folia pomaue in comparatione uitae ac fortunae paulum distant a deciduis uel caducis, haec *paulum flaminis uoluit?* nusquam lapicida uerbum unum in plures uersus distraxit   3 *ossa sepulcro* Muratori 202, 1   4 *et* Momm-

senus coniecit, descripsit *ii*: alii *fi* aut *is* legerunt 5 *abest uitae* Doruillius *cura molesta* Prop. Ou. 6 restituit Burmannus, *et quid sim quid fuerimq. subit* Ou. tr. III 8. 38 7 *fato* Burmannus, atque ita scripsit qui auctor uersus fuit 8 *l* aut *d*... lapis, suppl. Hauptius 9 *superstes* infra in carmine Delmatico, *beata* supra in Romano 447 et Pannonico 805. *relicta* Hauptius, *peracta* ex V. Aen. III 493 priores

1096

Orniicea . . u . . . . er busi . . . . negl . .
nu . . . . m ubi perpetuo remanet

CIL. II 4283 descr. Huebner Tarracone in monumento sepulcrali quod Scipionum creditur a uolgo, in tabella ansata quam sustinere duo barbari uidentur. adeo exesus titulus est ut paene nihil Huebner praeter ista dispicere potuerit, reliquos litterarum apices designare inutile est, neque antiquiores certiora tradiderunt. unum uidetur distichon fuisse, etsi ne hoc quidem exploratum est, potuere plures extare uersus et ultumum uerbum *remanet*[*is*
1 sententia fortasse haec *ornatast uiuo sedes* *rebus* alii legerunt, cui nectas licet in exitu *bene ge*[*stis* 2 *nunc* tenet hanc domum?

1097

Tempore supremo Faustest tibi [cu]r[a soluta.
Si perlegisti, uenias licet et requiescas:
haec domus, haec requies omnibus una manet.
abnuis et refugis f[ru]s[tra . . . .
huc ueniundum inqua[m . . .

CIL. VI 24368 apographon habui Nisseni, Reinesius 812, 65 Gruter 991, 6. AL. Burmanni IV 83, Meyeri 1466
in Trebio oppido Vmbriae in casa Valenti (unde errore quidam ad Valentinum Forum Fului rettulere) urbanae originis marmor. praescriptum *C. Poblicius C. l. Am...* | *u*(*iuit*) *Rustia C. l. M...* | *C. Claudius Faustus ui*[*xit an..* titulum dextra mutilatum non uidentur mihi pleniorem uidisse Reinesii et Gruteri auctores. ab editoribus uersus male dispositi sic 2 4 3 5. nam 1 nomina propria excipit scriptus in medio, tum 2 3 sinistra, 4 5 dextra incisi, itaque illi integri, hi dimidiati

1 *fauste est tibi cura uidendi* (*uiuendi* primus auctor) Rein. *fausté sit tibi terra leuis* Grut. CIL. arbitrarium ut puto utrumque 3 Horati c. I 28, 15 *omnis una manet nox* comparat Hense 4 cf. supra 120 *frustra* Rein. Grut. *e.n?s..* Niss. *nam te auferet Orcus* Bonada adiecit
5 *in qua* lapis ut uidetur diuisim. deest uelut *nec datur ulla fuga*

1098

. . . si] quaeri[ti]s, ossa Sereni
non]dum desierunt, set quasi uiuat amat
et mon]et. at uiridi requiesce uiator in herba,
ne]u fuge si tecum coeperit umbra loqui.

Muratori 492, 1 quae extant descr. Bormann editurus in CIL. XI, plenius carmen antiquiores uiderant. AL. Burmanni IV 365, Meyeri 1498 Hispelli in Vmbria
1 *quaeritis* legere posse sibi uisus est Borm. *quaereris ossa Sereni* enotarat ignotus auctor antiquior supplendum tale *respondere tamen*, cf. Propert. IV 11, 83 s. Leo suadet *nos nouisse tamen* 3 *..etat* extat nec interpunctum est, *..aetat* auctor ille. *nemo uetat* Mommsenus ac Leo coniecerunt, *si laetat* Hirschfeldius, *nosque petat* ego

1099

Ossa | relata domum, | cinis hic adoperta | quiescit:
heredes | titulum, uersiculos | Cornelius epoi | conlegae et amico.

CIL. VI 2938 contulit Mommsen, Or. 4479. AL. Burmanni IV 39, Meyeri 1188 Veronae sed effossus cippus est prope Romam ad portam Pincianam, lapis Tiburtinus. praescriptum *Sex. Naeuio L. f. Pub. Verecundo sign*(*ifero*) *coh. XIIII nato Veronae.* ad sepulturam igitur militis urbani, id quod Maffeius mirabatur, cineres sunt ab ossibus disiuncti locoque separati, cf. 1062
1 *cinis* feminino genere ut apud Catullum et Caluum 2 pro clausula tali *uersiculosque dicant* substituta alia et finita ritu hexametri. Burmannus *uersiculos posuit* adiecit *epoi* Mommsenus, *eroi* priores: cognomen Henzeno subesse uisumst, mihi est ἐπόει cf. 935, 13

1100

cum bis duodenos aetas [c]o[mpleuerat annos,
  tum rapuit fatis mors inimica suis.
ut rescit mater planxit, fleuere sodales,
  fleuisset genitor — occidit ipse prior —
cognati proprii longa regione relicti,
  hi pompam ornasent funeris usque mei.
qui posuit Proculus titulum nomenq. sodalis
  inscripsit maerens: hic pietatis honos.
sis felix, ualeas et te tua seruet origo,
  et dicas Claro: sit tibi terra leuis.

Brambach inscr. Rhen. 1364 ad ectypum quod non nullas litteras lectas a Beckero et re ipsa certas non exhibuit Mogontiaci   praecedens uersus ita deletus est ut paene nihil cognoscatur (in primo *...ee si...*), pentametrum fuisse credo, neque enim carmen integrum. sequitur *L. Valerius Proculus commanipularis d*(*e*) *s*(*uo*) *p*(*onendum*) *c*(*urauit*)
6 *hi pompam* Beckerus, nec tamen prima et sexta litterae satis clarae   7 Proculus est qui posuit, an *qui* pro *quoi?*   8 Vergilianum hemistichium, supra 597 et 817
9 cf. supra 876 *ita te tua gloria seruet.* ex huius carminis formula redintegrari uelim 374, 3

1101

Hic tumulus Fructi sacer est, | quem laedere noli,
  hospes: | sic uotis ipse fruare tuis. |
legisti, miseratus abis? | felix tibi uita
  sit precor | atque obito sid tibi terra leuis.

CIL. VI 5767 descr. Henzen   proxume Appiam in Codiniorum uinea in marmore litteris pulcris maiusculis praescriptum *dis Manibus sacrum*, subscriptum *Cn. Pompeius Olympicus uius fecit sibi et Geganiae Prima*[*e coniugi?*] *Felicitati f*(*iliae*) *Fructo l*(*iberto*) *de quibus doluit nihil nisi morte*[*m*
1 inter *noli* et *hospes* interserta est numerorum finem indicans uirgula

1102

P]arua quidem mo[n]umenta tibi pro munere uitae
  feci[m]us et tumulo teximus [os]sa leui.
sed quoniam [uiu]ae facis est erepta uoluptas,
  testatur titulus pignus amicitiae.
si datur extinctis mentem retinere priorem,
  respice, Birroni, munus amicitiae.

CIL. XI 5927 descr. Bormann, Nissen mus. rhen. 22 p. 433. AL. Burmanni IV 363 et 382, Meyeri 1152 in Vmbriae oppidulo cui nunc nomen Vmbertide (in agro Perusino Murat. 1489, 1) marmor diruptum praescriptum *Q. Petronio Birroni*[*o*, subscriptum *uixit annis XXXXIII dies XXXIX: C. Heluius Ianuarius*

3 *..ae* colligitur ex ectypo ac praecessisse litteram incurnam qualis *u* est, non *t*, *..asfacis* Ciatti exscripserat: *uiuae facis* coniecit Bormannus. fax sideris et uitae, amoris et studii, rogi et sepulcri quorsum hic dicta sit non clare perspicitur, putes ad uiuum amorem significandum. *faciest* (i. faciei est) non placet, *tacitis adsunt sua praemia uotis* proterua interpolatione AL. 4 *pignus am.* eadem sede Mart. IX 99, 6

1103

Subductum primae Pyladen haec ara iuuentae
  indicat, exemplum non leue amicitiae.
nanq. sodalicii sacrauit turba futurum
  nominis indicium nec minus officii.
dicite qui legitis solito de more sepulto:
  pro meritis, Pylades, sit tibi terra leuis.

CIL. II 1293 Muratori 544, 3. AL. Burmanni IV 35, Meyeri 1573 Salpensae Hispanorum. praescriptum *Pylades Anni Nouati patris h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). seruus Nouati fuerat, ne filium credas ut olim Saxe, honoratus ab sodalibus

1 *Pyladem* edidit Huebner, *-en* Mur. 3 *iure sodalicii* sed *turba sodalis* Ouidius *futuram* Maiansius in AL. Burm. p. XLI

1104

Fidus uíxsisti | sine crimine, | Gaui:
hoc tibi | pro meritis, sit | tibi terra leuis.

Brambach inscr. Rhen. 1239 de uisu Mogontiaci praecedebat *C. Gauius C. fil. Ce]ler ann. XXI h. s. e.* cf. CIL. VI 17923 tabellam originis Romanae in qua superest *fidus uixi...*, Henzenus autem Fidum aliquem nominatum putat

1 ad hexametrum *semper*, *nobis*, *morum* ante *sine* desideratur aut quale centiens legimus *Gaui sine crimine uitae* (CIL. VI 25985 *u. a. LXX sine criminae uitae*) 2 *sit* utrique membro commune numeri mosque sepulcralis adsignant posteriori

1105

Hic sum positus qui semper sine crimine uixi.
et quem mi dederat cursum Fortuna peregit.
cuius ossua et cineres hic lapis intus habet.

Fabretti 408, 332 CIL. XIV 316, periit Ostiae. praecedit *d. M. L. Carullius Epaphroditus VI uir Aug. idem q(uin)q(uennalis)*, subsequitur *huic VIuiri Aug. post curam quinquennalitatem optuler(e). qui egit annis continuis IIII*

1 debuit minumum *hic positus sum* 2 s. primis aptius erat *peregi, ossa mea et cineres.* Vergilius Aen. IV 653 *uixi et quem dederat cursum Fortuna peregi*, cf. 385 et 814. *cuius* potuit una syllaba enuntiari

1106

Quí dum uita datast, semper uiuebat auárus,
heredi parcéns, inuidus ipse sibi,
hic accumbentem sculpí genialiter arte
sé iussit doctá post sua fáta manu,
ut saltem recubáns in morte quiéscere posset
securáque iacéns ille quiéte frui.
filius á dextrá residet, quí castra secútus
occidit ante patris fúnera maésta sui.

sed quid défúnctís prodest geniális imago?
hoc potius ritú uiuere debuerant.

CIL. VI 25531 descr. Bormann, Marini Aru. p. 713. AL. Burmanni IV 8, Meyeri 1150 Romae in aedibus Barberinis tabula magna marmorea. subsecuntur haec *C. Rubrius Vrbanus sibi et Antoniae Domesticae coniugi suae et Cn. Domitio Vrbico Rubriano filio suo et libertis libertabusque posteri(s)que eorum et M. Antonio Daphno fecit.* supra repraesentati sunt pater apud mensam in lecto recubans manibus coronam ac poculum tenens et adsidens a dextra filius miles manum dextram ad patrem porrigens. *i* longa et apex semper recte adhibitus est, disticha singula singulos uersus implent

1 *datast* lapis, *fuit* Gruter 823, 2 3 *festum genialiter egit* Ou. met. XI 95 7 clausula Ou. met. V 128

1107

O utinam uiuo potuissem praemia morum
reddere: nunc lacrimas accipe pro meritis.
nam semper, fateor, tacita te mente probaui,
detexit sensus ultima flamma meos.
tu columen rerum semper, tu cura mearum,
nunc eris et luctus tu quoque causa meí.
ossibus ínfundam quae nuncquam uina bibisti.

CIL. VI 23472, Gruter 948, 10 (uidit Smetius). AL. Burmanni IV 393, Meyeri 1450 Romae fuit in cippo quadrato cuius ab utraque parte puer spectabatur hinc coronatus in quadrigis illinc mitratus uel pilleatus dextram ad pectus admouens. post *bibisti* legebantur haec *dís Manibus Onesimí: Anicetus carissimo fecit domino*

5 Horatius Maecenati *mearum gr. decus columenq. rerum* 7 *nucquam* Iucundus. hexameter hic quasi ex tempore adiectus uidetur, Leo praeteritum a quadratario credit pentametrum *et merito dicam: sit tibi terra leuis*

1108

. . . | et arte fuit. |
quoius ut est lenis patrium | diffusus in aër |
spíritus, híc mater | corpus operta tenet.

CIL. XI 973a descr. Bormann qui ex similitudine or-

namentorum pertinuisse tabulam coniecit ad arcam C. Decimii C. l. Philargyri et Decimiae C. l. Suriscae ibid. 973 Regii Lepidi

1 *ingenio pariter clarus* supplet Hense 2 *aer* iste pro neutro uidetur habuisse. potuit *patrias d. in auras* 3 contulit Bormannus V. Aen. VI 140 *telluris operta subire*

1109

Quum praematura raptum mihi morte Nepotem
flerem Parcarum putria fila querens
et gemerem tristi damnatam sorte iuuentam
uersaretque nouus uiscera tota dolor,
me desolatum, me desertum ac spoliatum
clamarem largis saxa mouens lacrimis,
exacta prope nocte suos quum Lucifer ignes
spargeret et uolucri roscidus iret equo,
uidi sidereo radiantem lumine formam
aethere delabi. non fuit illa quies,
sed uerus iuueni color et sonus, at status ipse
maior erat nota corporis effigie.
ardentis oculorum orbes umerosq. nitentis
ostendens roseo reddidit ore sonos:
'adfinis memorande, quid o me ad sidera caeli
ablatum quereris? desine flere deum,
ne pietas ignara superna sede receptum
lugeat et laedat numina tristitia.
non ego Tartareas penetrabo tristis ad undas,
non Acheronteis transuehar umbra uadis,
non ego caeruleam remo pulsabo carinam
nec te terribilem fronte timebo, Charon,
nec Minos mihi iura dabit grandaeuus et atris
non errabo locis nec cohibebor aquis.
surge, refer matri ne me noctesque diesque
defleat ut maerens Attica mater Ityn.

nam me sancta Venus sedes non nosse silentum
iussit et in caeli lucida templa tulit'.
erigor et gelidos horror perfuderat artus,
spirabat suaui tinctus odore locus.
dic Nepos, seu tu turba stipatus Amorum
laetus Adoneis lusibus insereris,
seu grege Pieridum gaudes seu Palladis [arte,
omnis caelicolum te chor[u]s exc[ipiet.
si libeat thyrsum grauidis aptare co[rymbis
et uelare comam palmite, Liber [eris.
pascere si crinem et lauro redimire [manuque
arcum cum pharetra sumere, Ph[oebus eris.
indueris teretis manicas, Phrygium [decus, Attis
non unus Cybeles pectore uiuet a[mor.
si spumantis equi libeat quatere ora [lupatis,
Cyllare, formosi membra uehes e[quitis.
sed quicumque deus, quicumque uocaber[is heros,
sit soror et mater, sit puer incolu[mis.
haec dona unguentis et sunt potiora c[orollis,
quae non tempus edax, non rapi[t ipse rogus.

CIL. VI 21521 ex marmore quantum quidem superest et ex schedis uetustis, Gruter 1123, 7, Fabretti 233, 612. AL. Burmanni IV 13, Meyeri 1167. tractauit separatim Wernsdorfius poet. lat. min. II p. 190 et 263 ss. ed. Paris. hic et Burmannus aliorum poetarum exempla adnotauere plurima

extra portam Portuensem rep. tabula, in Vaticano extant hemistichia priora uersuum 1-12, litteras Henzenus aetate Augusta non indignas iudicat. praecessit *memoriae M. Luccei M. f. Nepotis* (quod tamquam adfinitatis uocabulum scripsere carminis editores) *Sex. Onussanius Sex. f. Com* . . . carmen per tres est ordines distributum quorum duo denis senis, tertius quattuordecim uersibus constat. metra et cogitationes et eruditio ad Flauiorum tempora ducunt, *-bo* producitur in 19 adiuuante positione. Tibulli quandam imitationem Leo sentit confertque Lygdami el. 4

1 *quum* lapis, *cum* Fabrettius. item in 7 *q* etiamnum

superest 6 *saxa moues gemitu* Ouidius metam. XIII 48 8 *Hesperus et fusco roscidus ibat equo* Ou. fast. II 314 10 *nec sopor illud erat* Vergilius Aen. III 173 11 *et status ipsi* Fabretti 12 expressus e Verg. Aen. II 773 15 *uenerande* Schraderus quod diui personae minus aptum erat 18 *lumina* Fabr. *prohibe lugere Quirites, nec uiolent lacrimis numina nostra suis* Ou. fast. II 506 19 *ad umbras* Fabr. *Stygias penetrabit ad undas* Ou. met. III 272 21 *pulsabo* Fabrettius cum Winghio: *sulcabo* Gruter (unde Doruillius *carinam* in suspicionem uocauit proposuitque *paludem*) cf. Aen. VI 410 24 *nec Stygia cohibebor unda* Hor. carm. II 20, 8 26 *Itun* Winghius ut 39 *Phrugiun*, 42 *Cullare* 28 *caeli lucida templa* Lucretius I 1014 II 1039 33 ss. plurima superiorum supplementa schedae Henzenianae uana fuisse ostendunt itaque omisi 34 *choris* traditur *excipiet* Burmannus (*comitatur honos* Gruter) 35 *onerare corymbis* Macarius supplerat, *armare* Scriuerius 36 cf. Sapphus epist. 23 s. *Bacchus eris* 37 *redimire capillos* Labbaeus, *fluentem* Schraderus, *placebit* Henzenus. ego *manuque, umerisque, tibiq., grauiq.* praefero 39 *Phrygiumque galerum* Labbaeus. manicatas tunicas tamquam Phrygum insignia Vergilius commemorarat Aen. IX 616. hoc igitur signum sufficere ratus ita suppleui ut Attis hoc uersu nominetur 40 *amor* Schraderus refutata Macarii aliorumque coniectura *Atys* 42 Cyllarus Castorem alterum uehet aut Pollucem, nomen suppressum opinor ob discrepantiam auctorum (Verg. g. III 89 Stat. Th. VI 328) 44 *puer* auom fuisse qui carmen fecerit, aut auonculum prodit 46 *rapit ira Iouis* Macarius, *unda maris* Gruterus, *hora ruens* Labbaeus. aptius mihi uisum est quod Statius expressit *nos non arsura feremus munera* et Ouidius *effugiunt auidos carmina sola rogos*

1110

Qui colitis Cybelen et qui Phryga plangitis Attin,
  dum uacat et tacita Dinduma nocte silent,
flete meos cineres. nón est alienus in illís
  Hector et hoc tumulo Mygdonis umbra tegor,
ille ego qui magní paruus cognóminis heres
  corpore in exiguo res numerósa fuí,
flectere doctus equos, nitida certare palaestra,
  ferre iocos, astu fallere, nosse fidem.

at tibi dent superi, quantum Domitilla mereris,
quae facis exigua ne iaceamus humó.

CIL. VI 10098 descr. Rossi et Bormann, Marini iscr. Alb. p. 87. AL. Burmanni IV 351, Meyeri 1435 uia Appia ut uidetur, *qua gemitus Almone Cybebe ponit* (Stat. silu. V 1, 123), erutum marmor adseruatur in aedibus Albaniis incisum litteris magnis et formosis

3 s. ex Phrygia Hector se oriundum Phrygiisque sacris operatum dicit 6 i. multarum artium, ut Burmannus recte cepit 8 Luxorii de psaltria dictum AL. Riesi 361, 5 *quosque feras iocos* Meyerus adposuit 9 Domitilla patrona potest esse religiosa illa Flauii Clementis cos. 95 uxor siue consobrina, certe est ex propinquis Domitiani

1111

Tu quicumque mei ueheris prope limina busti,
supprime festinum quaeso uiator iter.
perlege, sic numquam doleas pro funere aceruo:
inuenies titulo nomina fixa meo.
Roma mihi patria est, media de plebe parentes.
uita fuit nullís tunc uiolata malis.
gratus eram populo quondam notusque fauore,
nunc sum defleti parua fauilla rogi.
quis bona non hilarí uidit conuiuia uoltu
adque meos mecum peruigilare locos?
quondam ego Pierio uatum monimenta canore
doctus cycneis enumerare modis,
doctus Maeonio spirantia carmina uersu
dicere, Caesareo carmina nota foro:
nunc amor et nomen superest de corpore toto,
quod spargit lacrimis maestus uterque parens.
serta mihi floresque nouos, mea gaudia, ponunt:
fusus in Elysia sic ego ualle moror.
quod meat in stellis Delphin, quod Pegasus ales,
tot mea natales fata dedere mihi.

CIL. VI 10097 recognouit Henzen, Muratori 655, 1. AL. Burmanni IV 260, Meyeri 1361 extra portam Appiam euderata tabula nunc in museo Kircheriano praecedit *d. M.* personis tribus intersertum titulusque hic *Ti. Claudius Esquilina Aug.* (i. corpore Augustano, Mommsen iuris p. R. III p. 277, 2) *Tiberinus hic situs est: fecit Tampia Hygia mater filio pientissimo.* nomen mortui cum tribu carmenque plurimis aliis praestans tempora produnt Flauiorum aut Traiani 6 *nuliis* lapicida 10 quis non uidit conuiuia bona hilaria peruigilia ad meos iocos? *adque* igitur mihi est *et ad.* in marmore quod extat *locos,* Mommsenus interpretatur locos auctorum recitatos ad hilaritatem conuiuarum. uide ne sint τόποι inuentionis parasiticae: in Plauti Sticho 221 *locos ridiculos* libri antiqui, *logos* Camerarius et editores ex 383 455 al. recte, *iocos* libri interpolati. item in hoc uersu *iocos* scribunt idque Martialis (III 20, 5 pars codicum *locos*) atque illius aeui consuetudine fateor comprobari 12 et ueterum carminum ut uidetur melicos sonores didicerat et recentia poemata epica recitabat 14 Martialis I 117, 10 *contra Caesaris est forum taberna scriptis postibus hinc et inde totis, omnes ut cito perlegas poetas.* non Iulium id fuisse forum sed coeptum a Domitiano quod post Neruae uocaretur Beckerus contendit topogr. Rom. p. 367 16 cf. 1055, 8 19 delphin, signum musicum, stellas habet nouem secundum astronomiae scriptores, Pegasus uel ecus duodeuiginti (catast. 31 et 18, schol. German. p. 162, 7 et 142, 6 Br. al.) itaque cum impares numero utriusque signi stellae sint, tot annos quot ambo habeant stellas computandos duxit Oudendorpius i. XXVII. nec differt Henzeni sententia, nisi quod delphina in Hygini astr. III 16 decem, Pegasum in Ouidi fast. III 458 quindecim stellas habere monet, incertam igitur esse summam. sed in Hygino mendum apparet librarii (Robert Eratosth. p. 161), Ouidius sane communem opinionem propulsat. cumque Pegasum dimidium parere nec splendere stellis nisi paucis consentiant, alius auctor fortasse totidem Pegasi quot delphinis stellas numerarat i. IX

1112

auxit p]atroni famam barbaṭ[us alumnus,
  cuius Roma libris adserit [ipsa fidem.
amissos ornat titulis, en aspice, iunctos:
  quos habet incolumes, fouit amore pari.
supremas error ne posset rumpere ceras,
  arte sua cauit, clausit operta fide.

excipiet Manes, sua qui sine lite reliquit:
laudabit studium, cui sua cura cauet.

CIL. XII 4036 ex schedis (Romyeu Grasser Rulman), Reinesius p. 613. AL. Burmanni II 56, Meyeri 847 fuit Nemausi in lapide exeso supra periisse non pauca apparet. epitaphium pragmatici aut iure consulti fuisse uidetur qui sibi suisque mausoleum condiderat. Domitium Afrum Nemausensem clarum oratorem cos. a. 39 praedicari male opinatus est Reinesius

1 in. expleuit Hartel. idem in fine *barbarica tellus*, quale uitium ab hoc titulo bonae aetatis abhorret. *barbai..* fertur, fuit aut *barbatus* senioris ac magistri indicium aut nomen proprium *Barbatus -batius* sim. 2 ita Hirschfeld, *imperium* Reinesius, *omne decus* Burmannus 3 *en aspice* Ou. met. II 283, AL. Riesi 395, 1. *functos* coni. Mommsen inutiliter credo, commune liberis et inter se et cum patre sepulcrum indicatur 5 s. testamentum optuma forma fecit et signauit 7 i. tranquillitate mortis fruetur 8 *qui* Rulm. *tua* Romy. *cau..* Grass. *fauet* Romy. si recte haec transcripta sunt, moleste dicta pro *qui sibi ipse cauere solet* (is laudabit diligentiam in testamento faciundo et praecauenda lite conlocatam). sed ne male excepta sint ueritus conieci *cui sua cura quies*

1113

qui Tiberina colunt et qui sep]tem ostia Nil[i,
fulsit et in Grais ars tu]a clara uiris,
dum cithara loqueris septe]m discrimina uocum
et dulces hilaris d]as fidibus numeros.
at nunc funereo tu]a consona pectine Sexto
fraternos planctus in]cinit icta chelys.

CIL. II suppl. 5839, dedit mihi Huebner inuentum apud Labitolosanos Hispaniae sub Pyrenaeis saltibus saeculo I uel II eleganter incisum marmori expressum ad ectypum subscriptum est *...lini Materni* quem auctorem carminis puto, fortasse propinquum Materni eius qui Martiali amicus fuit, certe supparem tempore. Materni enim in Hispaniis plurimi

1 s. aliquam feci sententiam cui *ostia* apta essent, conparat Huebnerus Prudentii c. Symm. II 607 3 fere sic Orpheum describit Vergilius Aen. VI 646 5 *Sexto* no-

men proprium credo fratris aut amici qui carmine deflerit citharoedum

1114

. . . .

sufficit anne tibi cetera nosse libet?
uixdum terdenos Fatum mihi neuerat annos,
uixdum seruili colla leuata iugo,
cum mea Lethaeae ruperunt fila sorores.
dii bene, quod nobis talis a[micus erat
qui dedit inferias, qui frigida [membra cremauit
et tumulo maerens intulit [ossa suo.

CIL. VI 30114 descr. quod superest Mommsen IRN. 7144, Marini Aru. p. 690 plenos habuit uersus 1-4 quorum iam desiderantur clausulae (1 desinit in *cetera n-*, 4 in *ruperu*) in museo Neapolitano originis urbanae tabula marmorea 1 *incisumne meo nomen legisse sepulcro* suppl. Leo 5 ss. expleui, 6 loco alienum uisum est *lumina clausit*

1115

Qui se hominem meminit, securo | pectore uiuat:
nam meus libertus | hic iacet in tumulo.

CIL. VI 17104 descr. Detlefsen in museo Laterano tabella marmorea. praescriptum *Q. Egnatius D. l. Pollio u(ixit) a. XXIX*
2 conexio talis *nam mea cura fuit qui iacet*

1116

Cum mihi prima nouos spargebat flore iuentus,
heu miser aetatis praemia nulla tuli.
bis denis mihi mors annis accessit iniqua,
ingemit et damno Seccius ille graui.
di, meliora precor pro nostro munera casu
sentiat et plures possit habere suos.
hic tumulum titulumq. mihi donauit honori
et proprium nomen destinat in lacrumas.

Brambach inscr. Rhen. 1243 qui descripsit ipse

Mogontiaci. praescriptum sub rosae signo *C. Seccius C. lib. Lesbius an. XX hic s(itus) est*, subsequitur *bene merenti*. patronus idem *Seccius Secius Siccius* appellatus libertis suis seruoque posuit titulos Bramb. 1242 et 1244. fortuna Lesbii inlustratur inscriptione ibidem reperta 1246 *seruitus mihi nuqua inuida fuisti, libertaten misero mors abstulit iniqua*
1 uoluit *flores* aut *nouo* aetatem, immo genas *flore*
5 *di meliora piis* V. g. III 513 8 mortuum manu misit

1117

Si pietas prodest | quiquam, uixisse | modeste,
nos precor | o Mane[s, sit] mi[hi] | terra leuis. |
libertas [cui] iam fuer(at) | promissa, [s]et [ante
Ditis] sub | fatum ueni[t i]n arbitrium: |
uiuite felices quibu[s] | est fortuna superste[s: |
spenque meam [op]press(i)t | Fatus in Hiluricum.

CIL. III 1854 uidit Mommsen in lapide male instaurato, itaque quae euidenter uera sunt ut *arbitrium* pro *arbitriua* uel *quibu* pro *ouibu* nolui distinguere Naronae Delmatarum praecessit libertini libertinaeue nomen ... *C. l. Fortu[natus] an. XIIX h. s. e.*, aetatis indicium recenti manu adiectum putatur CIL. III suppl. p. 1494
1 *quiquam* quicquam. quae deest inter *pietas* et *uixisse* copula, quoniam inter *quiq* et *isse* litterae innouatae sunt, fortasse non defuit antiquitus 2 *mirt terra* traditur 3 *cui iam* ac deinde *ante Ditis* ex reliquiis litterarum quas Mommsenus edidit effeci, fere *oiiiaxnfuer* | *promissa et ciitibes*, in postremis subest fortasse *set Orci*
4 *uenit in* Mommsenus pro *uenilcn* 5 *supersti* exstat. cf. 1095, 9 6 *ctpresst* lapis

1118

Quod tu debueras, frater, post tempora no[stra
maiorum ut faceres more suprema mi[hi,
feci ego cum miseris, miseros quos dend[e tegemus,
inuida quod pietas lege sinistra tulit.

CIL. IX 4508, IRN. 5847. AL. Burmanni IV 138, Meyeri 1264 Aquilae inuentum dicitur, Mommsenus Amiterninis adsignat. cum perierit, fide stamus Accursii. praescrip-

tum *D. Laelio D. f. Pal. Marsill(o)* | *D. Laelio Mercatori frat(ri)* | *D. Laelius Mercator pater* | *Laelia Nebris mater filio.* maior fratrum Mercator patri cognominis suum nomen uiuus adscribendum monumento curauit quod fecerat nomine parentum

1 et 2 suppleuit Burmannus. in 2 *more* scripsi (Catullus 101, 7), editur *morte* 3 *dend* uel *dende* Accursius, i. deinde ut 543, 4. Burmannus quod coniecit *denique linquis* siue *dende relinquis*, dissidet cum sequente pietatis uocabulo, conuenire opinor *dolebo* sim. 4 *sinistra* ablatiuus correpta uocali, etsi *pietate sinistra* Silius II 632 dixit

1119

Quintum annum et decimum Narcissus flore iuuentae
hoc iacet abreptus conditus in tumulo.
quisquis ades lector, fatum miserabile cernis,
Parcae nam inpubem quem rapuere mihi,
maeret cara soror quae fratrem luget ademptum.
mater habet natum florum, lux candida torquet.

CIL. VI 10226 contulit Huebner, Orelli 3359. AL. Burmanni IV 102, Meyeri 1235 ex urbe tralata Oxonium tabula ab imo decurtata, primi fere saeculi litterae dicuntur bonae. ultimum uersum secuntur haec non minus perplexa *hic septimum decimum frumentum publicum accepit, sextum decimum* [*quod afuit*] *perdidit*, ita enim Mommsenus expleuit

4 *tam* Schraderus proposuit. *nam* cum *quem* similiter commissum ac *quippe quem* *mihi* matri opinor 6 terra habet utpote ex se genitum, luditur enim in nomine Narcissi ac fortasse parentum, floris instar atque heliotropii iste aetheria fingitur luce iactari et circumagi. *florum* potuit esse florulentum (V. Aen. XII 605). nisi magis ex uero Henzen post *natum* interpungens '*mater*' inquit 'sc. defuncta antea; *Florus* uidetur esse pater uiuus'. *mater hebet, natum florem lux* Bonada scribi uoluit, *florum lux c. torpet* Burmannus

1120

Telephus hác séde Iucunda Pothusque quiescent,
débita cum fátís uénerit hóra tribus.
hic locus heredi ne cesserit, inuiolati
sint cinerés tum quós cána fauílla teget.

CIL. V 3143 contulit Mommsen, Orelli 1777. AL. Burmanni IV 34, Meyeri 1185 Vicetiae. praescripta *L. Terentius Terentiani l.* quibus iungenda sunt subscripta *Telephus (sex)uir sibi et suis,* incisae protomae uiri et puellae et pueri

1 *sede* producta secunda aut ob caesuram aut ut in *plebe, fame* 2 hic male Maffeius mus. Ver. 170, 3 *fatis tribus* coniunxit et ex Procopio τὰ τρία φᾶτα, τὰς Μοίρας adposuit quae sane in alio lapide uidebis memorari: cum fatalis hora tribus istis uenerit

1121

Felix terra, precor, leuiter super | ossa resídas
matris et et fra|tris: comprecor ecce soror. |
pars iacet ipsa mei maior gemi|natque dolorem:
filia | matri simul fratre iacent filio. |
co]mprecor ut uobís sit pia terra leuis.

CIL. III 4487 descr. Mommsen (suppl. 11095 recognouit Kubitschek) ex Carnuntina regione Vindobonam translatum praecedit *Veiania Hospita ann. XLV h. s. e. et L. Fabricius Clemens mil. coh. I praetor(iae) L. Fabrici euoc(ati) f. qui decessit im praet(orio) ann. XXIIX stip. VIII: Fabricia L. f. Marcella matri suae et fratri posuit.* uirgulis obliquis et *Fabricia* eqs. a superioribus et metra inter se distinguntur prima quattuor

1 cf. 1048, 1 al. 2 uoluitne *et matris et fratris* an *matris et etiam fratris?* de fratre maxime dolet *soror* 3 s. fratris iactura efficit ut iam quasi extincta tota soror simul cum fratre, ambo liberi iaceant matri. sententiam satis scitam adreptam aliunde credo potuitque in bono carmine sic instrui uersus *matri cum nato nata quoq. ipsa iacet*

1122 

Quam uis inscriptum ferali carmine saxs[um
saepe legas, nostro nil puto flebilius.
siste gradum paruamque moram concede uiat[or:
aspicies quantas liquerimus lacrimas.
una forte die duplici nos pondere mater
edidit heu similes, heu male dissimiles.

in]uida bis denos Lachesis concesserat annos:
nondum alio pleno quod dederat rapuit.
no]mine Acilianus, quo nomine nunc soror op[to
uiuat et á fatis sit procul usque meis.
illud] aduc misero quod erit mis . . . .

CIL. VI 10493 descr. Henzen, Muratori 1622, 4. AL. Burmanni IV 121, Meyeri 1250 ex uinea suburbana Vaticano museo inlatum. praecedit *d. M. C. Acili Erotis et Aciliae Romanae*, Acilianorum ut uidetur in ipsa morte iuuenis per adoptionem honorificam factorum geminorum, frater prior mortuus haec loquitur, inferiora periere
1 *ferali carmine bubo saepe queri* V. Aen. IV 462. nitet eloquio prooemium utpote tralaticium 8 retinui distinctionem uolgatam (*alio* anno), dubito tamen an tolli punctum oporteat coniungique *alio nomine, quod* nomen
9 *nomen* coniecit Schrader. altera in Acilio syllaba longa est *opto* suppleui (*optat* Bormann): *or*[*ba est* ex Muratorio aut tantum *orba* priores 11 i. adhuc uelut *miserabile patri*

1123

Quod uoto petiere suis plerumque parentes,
cuncta tibi dignae, Caesia, con[t]iger[u]nt,
lanifici praeclara fides pietatis alumna,
priscae praecipue fama pudicitiae.
te rogo, praeteriens dicas: s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

CIL. II 1699 ex schedis, suppl. p. 872 superioris partis ectypon in museo Matritensi adseruari narratur. AL. Burmanni IV 277, Meyeri 1376 Tucci Baeticae. praescriptum *Caesia L. f. Celsa an. LXV h*(*ic*) *s*(*ita*) *e*(*st*), subscriptum *q*(*uo*)*q*(*uo*) *u*(*ersus*) *l*(*ocus*) *p*(*edum*) *XII*. continua fit adnominatio
1 *quot* proposuit Meyer 2 *coniicerint* traditur, em. Schrader (*-erant* Huebner) 3 *lanifica, praeclara fide* Schrader, *lanifici praeclara, fides* i. fidei *p. a.* Leo Aeneas *notae pietatis alumnus* Ou. met. XIV 443, *ueritas philosophiae alumna* Varro sat. 141 5 cf. epigramma CIL. II 558 *tu qui carpis iter*

1124

Rustica cara suis: sit tibi terra leuis.

CIL. II 5118, periit Asidone Baeticae epitaphii fortasse longioris clausulam merito dicit Huebner. cf. ibidem 5117 *Murcia liberta iuenis an. XXVIII, semper et in flore sit tibi terra leuis: k(ara) s(uis) h(ic) s(ita) e(st): s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*, haec igitur bis ibi adposita est formula, plenis litteris pro noui studio carminis (nam *flore* loco spondei est), tum notata primis ex more maiorum. talia adgeras multa licet, uelut CIL. VI 9316 praescripta *...sit, uixit ann. XXXV: collegius cursorum* excipit pentameter *Menoga Securi, sit tibi terra leuis* (*Menoga* Μηνογένης, ut *Dama*)

1125

Sancta, tibi hunc titulum pueri posuere merenti.

Hospes, si non es[t] lasso tibi forte molestum,
  oramus lecto nomine pauca legas.
sum libertinis ego nata parentibus ambis
  pauperibus censu, moribu[s] ingenuis.
sed m[atr]onali nutrita [pe]r omnia cura
  artibus et cun]ctis sum decora[ta b]onis.
co . . . . uitae . . . . . aeus iuuei . . . iainosus,
  h]ic defuncta piis sedib(us) ecce moror.
tu qui preteriens [legis]ti, lasse uiator,
  sit tibi lux dulcis et mihi terra leuis.

CIL. IX 3358, lapidem euanidum Pinnae in Vestinis erutum iam Neapolitanum transcripserunt ut potuere Mommsen et Kaibel exemplarque mihi miserunt praecedit *Ninniae Q. f. Primillae sacerdoti Cerer[i]ae*
1 cohaeret uerborum serie cum sequenti uersu 2 *hospis* nec *p* plenam legit Kaibelius 4 i. ambobus ut CIL. X 7569, GLK. VII p. 107, 14. sic alii *dua* declinauere aut pro indeclinato *duo* habuere 6 *sed...onnlinuiditaiir* Mommsenus, *sedm...onatinuiripater* fere Kaibelius 7 pr. nihil nisi *actis sum* Kaibelio apparuit, *...rur..nctis sum* Mommseno. hinc *mature* coni. Leo *ta* in *decorata* uidetur una fuisse littera comprehensum 8 priora secundum Kaibelium dedi, Mommsenus *c..it.uiducu.o.*: posteriora secundum Mommsenum, Kaibelius *calusi.ul...mno|nos.* sententia fortasse haec: coniux mihi fuit aequaeuus iuuenis generosus, prolis tamen mentionem desideres atque annorum. *annosus* in fine edidit Mommsenus 9 *hic*

Momms. *his* Kaib. 10 *preterielislstti* K. sed ut litteras ab ultima tertiam et quintam incertas esse dicat, *preteris legisti* M. fortasse *preteries* lapis

1126

. . hic patronae cum dísiecta ossa íacerent,
  resti]tuit cultu sedes et dedit ossa loco
nunc e]x nomine, nunc titulo, Maíanía, tuta tuo,
  de]bita libert(ae) Chilae reddídít et meritae.

CIL. VI 21861 descr. Henzen, Bormann inscr. lat. nou. p. 11 in museo Vaticano fragmentum marmoreum. periit nomen eius qui titulum posuit *..ri.ab Apol[lin..*, hoc tantum reliquiis cognoscitur, fecisse illum sibi et [Maiani]ae Optatae lib. suae et [Maia]nio A. f. Suc(usana) Restituto et eis qui in testamento nominati sint. quoniam numeros rusticitas inquinauit uerbis inanibus distorquens, certum non est primo uersu quantum exciderit. nomina uirilia modum excedunt plurima, seruant pauca talia *Chilo Cinna Cres.* malo *carae, idem* sim.

2 *restituit* Bormannus. metrum emendatur deleto *cultu* 3 ossa erunt *nomine nunc tituloque tuo Maiania tuta.* non bene, ut opinor, Hauptius *sis ex nomine* quae intercidunt narrationem nec facile intellegi possunt nisi Maianiam cognomine Tutam finxeris 4 dele nomen et stabit uersus

1127

Si pietáte aliquem redimi fatále fuisset,
  Marsidia Stabilis prima redémpta forem,
quam uís máter eram nátárum próle decóra,
  nam geminás habuí, kárus eratque nepos.
septuáginta super messés natálibus égi,
  summa senectútis praemia pássa cremor.
quod si non cinerés Agáthemeris immátura
  auxisset nostrós, máter et ipsa foret,
tunc ego nóbilior cúnctárum sorte [uiderer,
  quippe superstitibus ponere[r una meis.

CIL. VI 22251 uidit Huebner, Reinesius 709, 36. AL. Burmanni IV 314, Meyeri 1405 olim Romae, nunc Oxonii ta-

bula marmorea litteris minimi moduli inscripta parte dextra mutila iuxta eos qui supersunt uersus disticha alia habuit, ex quibus relictum est pone *fuisset* u. 1 *si p*[*ietate*? et pone *decóra* 3 una *q* littera. carminibus praeposita nomina *Marsidia Agath*[*emeris filia*], *Marsidia Stab*[*ilis mater:*] *Euhemeris fil*[*ia fecit*

9 *fuissem* supposuit Reinesius 10 *ponere* legit Huebnerus, *robori* edidit Reinesius. posui quod sententia requirit, fere idem Mommsenus (*hice meis*)

1128

Dispar damna lege Parkar[u]m et stamina dispar:
haec ridenda mihi est, hic lacrumandus erit.
haec namque emeritos bis XXXX per annos
uixit, ad hic tertio consule natus obit.
cur modo tam praeceps, iterum tam sera fuisti?
funeris amborum, dic, rea Persephone.
uix lucem uidisse, satis qui uiuere posset,
uiuere quae nollet, uix potuisse mori.

CIL. VI 28047 descr. Mommsen (IRN. 7125), Or. 4849. AL. Burmanni IV 218, Meyeri 1326 Neapolim ex urbe delatum marmor. praescriptum *Securitati sacr*(*um*): *Valerius Iulianus Italico filio infelicissimo et Honoratae mammulai huius fec*(*it*). sensu quam sermone carmen elegantius

1 *leges* Fabricius, potuit *lege et Parcarum st.* syllabam breuem caesura sustentat 2 *tibi est* Meyerus 3 *quadraginta* correpta ultima 4 *tertio* Mazochius et AL. mutarunt in *terno* perperam (*centeno consule* amphoram Martialis VIII 45, 4 non natam dicit sed factam minorem i. decollatam)

1129

Hic matris cineres sola sacrauimus ara:
quae genuit tellus, ossa teget tumulo.

CIL. VI 15493 ex Pighio aliisque, Or. 4842. AL. Burmanni IV 313, Meyeri 1404 ad urbem Romam basis marmorea. praecedunt haec *dis Man. Claudiae Lepidillae ex prouincia Belgica Ambianae: fecerunt liberi eius Lepidus et Trebellius: matri optimae*

2 *teget* Gruter 726, 1 et Henzenus, *tegit* Pighius fortasse uerius. nam mortuam esse matrem conditamque in ciuitate

Ambianensium ueri similius est quam decessisse Romae et ossa domum relata (cf. 1099)

1130

Vltima fatorum, coniunx, tibi munera pono:
  officium hoc, testor, debuit esse tuum.
constiteris quicumque, precor, ne forte graueris
  dicere defuncta[e: si]t tibi terra leuis.

CIL. XI 1563 uidit Bormann, acta inst. arch. Rom. 1879 p. 164 uidit IohSchmidt Faesulis, litterae ex parte erosae suisque apicibus destitutae ut *t* aut *e* ab *i* non satis dignoscantur (2 *dibuit*) praescriptum *d. M. Tettiae L. l. Tigridi animae pii*(*ssimae*) *et simplici Q. Publicius Fuscus co*(*iugi*) *b*(*ene*) *m*(*erenti*), Bormanno teste *animae rel*(*igiosae*) *et s.*
2 *hoc* Borm. *id* Schmidtius

1131

Attica quae fuerat | Cusini fidissima coniux, |
  condita secura iam | requiescit humo, |
quaeque uiri casus num|quam mutata reliquit, |
  exsemplum fidei | coniugis atque | decus.

CIL. IX 6417 auctore Philippo Raffaelli Falerione in Piceno. praescriptum *Caesiae Atticae C. Cusinius Natalis uxori carissimae posui*
1 *cusinii* CIL.

1132

Non dum bis denos aetas com[pleuerat annos,
  a caro cum sum rapta p[uella uiro.
heu frustra pietas seruas[se et foedera lecti.
  mors mea crudelis casus [utrique fuit.

CIL. VI 23135 descripsit ediditque Bormann inscr. lat. nou. p. 9 trans Tiberim inu. nunc in museo Capitolino. praescriptum nomen mortuae *Numisia* . . | *Tertu*[*lla*
2 *capo* lapis. praepositionem malueris omissam, at nomen proprium mariti non puto subesse, neque *a* interiectionem dolentis (Verg. ecl. 1, 15 *a silice in nuda*). in fine *sinu* prop. Bormannus, *toro* Hense 3 *s* litterae ante la-

cunam uestigia extant, qua re *seruataque* excluditur cf. supra 1117, 1. *seruasse et iussa parentum* Engelmann, *iussa mariti* Hense

1133

Non hic ólla meós cineres au[t continet arca,
  set passim mater terra tegit [positos.
coniugis hoc fecit cari mih[i cura, ut humando
  praestáret functáe, uiua quot ant[e petí.
cum quo triginta uixí sine lab[e per annos,
  in cuius manibus [mors mihi grata fuit.

CIL. VI 10006 descr. Henzen, Notizie d. scavi 1877 p. 269 descr. Lanciani in regione Esquilina inu. iam in museo Kircheriano. praescriptum *Biena Cor...* | *ungentaria ab d...* litterae uelociter insculptae neque omnes perfectae

1 expleuit Bormann 3 potest tale substitui *ut honeste* uel *amanti* 4 *praestárit* marmor. *functáe* Lanc. excepit, *iunctáe* H. *ani..* lapis. *ante habui* Mommsenus, *ante tuli* ego cum *honoris* supplerem u. 3 5 *sini iab...* lapis, expleuit Henzenus 6 post *manibus* uacuum in tabula spatium, quod tamen aequabilitatis studio excusari posse H. putauit. deest *fata suprema obii* sim.

1134

Hoc desiderium titulo c[oniux et amorem
  testatur Laeti Fusca relicta [sui.
quam quia non potuit fletu[s simul eximere a]euo,
  iunxit concordi nomen [in] hoc tum[ulo.
o utinam iunctos licuisset amore frui

CIL. VI 26489 ex Suaresii ms. conturbata est lapidis scriptura aut saltem apographi. nec locus indicatur neque ad dextram defectus. ex praescriptis restat ... *l(ib.) Seberae* | *uix. ann. XXXI*

1 *curamq. perennem,* 2 *uiri* suppl. Leo 3 *fletue...* tum inter uersus 3 (*non*) et 4 (*concordi*) interiectum minutis litteris *reuo* fertur quod ad exitum uersus spectare credas. hoc insistebam, alioqui potest *fletu exanimare uoluntas* al. *quem quia non p. fletu reuocare* prop. Henzen 4 *hoc tum* quod S. sub 5 posuit extremum, huc reuocaui 5 *licuisset frui*, inter haec super additum *amorei* S. metro deest *nos*

1135

Os cineri mixtum rapido cum decidit igni
inseditque super flaua fauilla rogo,
pondere subiecto Thetidis componimur ossa
grata magis Terrae quam tibe, dure lapis.
id sumus, ut cernis: titulo donamur inani
serta quod et tumulum florida saepe ligant
ac teretes onyches fusi gracilesque alabastri
dispositum ac pomum temporis omne sui.

CIL. X 5469 (IN. 4378) uidit Brunn, Or. 4832. AL. Meyeri 1511 prope Aquinum. supra fictus est arcus rosis ornatus in quo mulier stolata stat inter columnas, circum scripta *Vetreia Thetis sita hic* et *V*]*etreia Theti*[*s*] *hic* ita ut *c* finalis semel legatur in angulo dextro utrumque uerborum ordinem concludens

3 *subrecto* Hauptius. scriptor illud referri uoluit ad ignem rogumque superiectum terrae ac tumulo, cf. Ou. fast. I 685 5 Graecis usitatior locutio εἰμὶ μὲν ὡς ἐσορᾷς Νέμεσις sim. cf. Prop. IV 11, 14 6 titulo donamur et eo quod tumulum serta ligant atque onyches fusi sunt: sic Lachmannus interpretatus est, nec praestat *titulum* neutro genere, *quod* pro *quem* dictum putare. nempe inanis titulus, inane sertorum unguentorum pomorum donum. *florida serta* Tibullus (cuius ita uindicatur scriptura I 1, 12 et 2, 14), *effusus onyx* Lucanus. hic quasi globosus, alabaster in acutum fastigatus (Plin. XXI 14)

1136

Quid sibi uolt, quaeris, tellus congesta, uiator?
ossibus hic uxor miscuit ossa meis
nobilis Euphrosyne, facilis formosa puella
docta opulenta pia casta pudica proba.
fortunam mirare meam, uerum exitus hic est:
omnia mecum uno hoc composui tumulo.
i nunc et quicquam uotis melioribus opta:
absumet tecum singula sarcophagus.

CIL. VI 9693 ex schedis, Fabretti 200, 490. AL. Bur-

manni IV 215, Meyeri 1323 Romanis ueteres testes adsignant, Reatinis Langermannus apud Reinesium p. 871. uide ne sit interpolatum ad speciem integritatis. praescriptum *d. M.* subscriptum *Hermodoro Paragmio et Euprosinae Paragmiae lib. carissimis Hermodorus praetorius* (ita Reinesius, *praetorii* ceteri, *P. Laetorii* coniecit Mommsen) *nomenculator posuit: h. m. h. n. s.*

3 *Eufrosine* an *Eufronie* nomen fuerit incertum est schedaeque *ph* aut *f* aut *p* tradunt uel hic uel in subscriptis 5 *mirere* Lollius (Mur. 956, 1), idem 6 *hoc* omittit. *exitus hic est* Iuu. 7, 129 7 *quidquid* Sabinus, *quicque* Lollius 8 *absumit* Reinesius

1137

Condidit hoc tum[u]|lo fatis tricensimu[s] | annus
formosu[m] | corpus, culta Modes|ta, tuum. |
hunc tandem p[i]etas | quem s[a]ne no. . a non . ii . |
. ue custodem . i . . diiu . | tumulo.

CIL. XII 840 descr. Hirschfeld Arelate praescriptum *d.* [*M.*] *Iuni*[*ae Mo*]*destae a*[*nnorum*] *XXX Corinti Pu... Iunior m..* ubi *Pudentis Iunior*(*is*) *maritae* Mommsen accuratum ac sine uitio carmen, quo magis cippum titulumque uiolatum doleas

2 *culta M.* ὀξυμώρως 3 et 4 litterae parum certae, in 4 *..ecus eodem* Huard exscripserat. temptaui sic *pietas quem sane noxia non fert uitae custodem, constituit tumulo.* sed ex Hirschfeldi pictura *redde* (*iunge*) *tuo tumulo* talia potius efficiuntur

1138

Vxor cara uiro monumentum fecit amanti:
optaram in manibus coniugis occidere.
quem quia fata nimis rapuerunt tempore iniquo,
ossibus opto tuis sit pia terra leuis.

CIL. II 1504 ex Roa et Donio. AL. Burmanni IV 207, Meyeri 1319 Astigi fuit in Baetica. praescriptum *L. Petronius L. f. Primus hic situs est*

1139

A

Seruaui thalamum genio, dulcissime coniux:
  seruandus nunc est pro thalamo tumulus.

B

Ornasti et manes lacrimis, miserabilis uxor:
  haud optare alias fas erat inferias.

CIL. II 3001, Muratori 1428, 1, periit. AL. Burmanni IV 75, Meyeri 1217 Caesaraugustae Hisp. 1 2 in antica parte, 3 4 in postica incisi feruntur. illos mortuo superstes uxor dicit, hos mortuus uxori. antitheta attende Genii et Manium, omnino aequidica ut cum Diomede loquar principia

1140

Firma satis felix, cum me mea uita maneret,
  coniugis obsequio cum pietate fui,
coniugis illius, quem uix aequare mariti
  adfectu poterint aut bonitate pari.
conlibertorum uultus animosq. meorum
  placatos merui sedulitate mea,
placatos merui per te magis, omnis ut aetas
  sanguine me iunctam crederet esse sibi,
qui tecum pia castra sequi consuetus, et ille
  quem lex seruitii distrahit a domino.
hos omnes tibi pro meritis, qui sidera torquent,
  secum placatos semper habere uelint.

CIL. II 1399 ex Roderici Cari schedis, Maffei mus. Ver. 423, 5. AL. Burmanni IV 178, Meyeri 1300 Marcenae in Baetica. praescriptum *Firma Epaphroditi ann(orum) XXIIII*, subscriptum *h(ic) s(ita) e(st), s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*
1 *mi* coniecit Meyer add. p. 170 4 *poterunt* Maffei. sic modo *aderint* modo *aderunt* in lege Vrsonensi 7 Verg. Aen. VII 680 *omnis quem credidit aetas* ob historiam rerum, hic de senioribus et iunioribus familiae 12 *secum* cum se ipsi quoque di (V. Aen. IX 93) placatos praestent

1141

Pieris hoc tumulo tegitur de matre Venusta
 sexto nata loco quae fuit a reliquis.
nondum uiginti iuuenis compleuerat annos,
 quoi quoque uirginitas nuper adempta fuit,
grataque florebat cunctis mortalibus aetas,
 quam Fors ad superos noluit esse diu:
non pudor huic aberat, pietas non grata parenti,
 non amor in fratres eius auarus erat,
cara fuit mater fuerant caraeque sorores,
 et pia coniugio grataque semper erat,
inuida Pieridi cum uenit letifer(a) hora,
 qua cubuit molli languida saepe toro.
hanc Atropos rapuit Lachesisq. et tertia Clotho:
 infelix mater tollit ad astra manus
incusatque deos, incusat denique Parcas
 quae uitam pensant quaeque futura canunt.
inplerunt fratres magnis mugitibus auras,
 et cuncti flebant, nec minus ante rogum.
haec fuit at tumulum miserae uox ultima matris,
 ossa simul uidit tabida Pieridis:
'hanc humus excepit, leuiter precor illa prematq.
 infantem ex utero quae quoque sustinuit'.
coniunx Pieridi supremum munus amatae
 hunc titulum scripsit pro pietate sua.

CIL. III 2964 suppl. 9418 ex schedis Fortis aliisque, a se designatum mihi misit PSticotti Vindobonensis Salonis, iam Vtini cippus calcarius in fastigio caput puellae ostendens. praescriptum *Vitalis Pieridi L. Pomponi Pietatis uer(nae) b. m.* cento pro seruili ingenio haud malus in quo satis memorabilis amor *gratus* adiectiui, ceterum uix ante Traianum compositus

1 *Venusta* quam *uenusta* ponere malui: ex eius matris

filiis Pieris erat sexta annis. *a reliquis* Guarnierius descripsit et Sticotti, non *e*, ad *tegitur* hoc comma satis probabiliter referetur, ne dubites utrum ἀπ' ἄλλων an superstitum sexta   4 *quoque* male conlocatum ut 22   8 ab animo translatum epitheton ad amorem   10 legebatur antea *coniugi*   11 *letifer* lapis quasi epicoenon (*letifer annus* Verg.)   12 *saepe* etiam Sticotti: *in aede* male pro *in aedibus* Guarn.   16 *quaeq. futura neunt* Lygd. 3, 36 ubi *canunt* Heinsius   17 *inplerunt falsis mugitibus agros* V. ecl. 6, 48, bos *mugitibus impulit auras* Ou. met. III 21   18 init. *defunctae* Guarn.   21 *illa* humus eadem Terra mater

1142

Si quis forte uelit tumuli cognoscere fatum
  et quorum maestus contegat ossa lapis,
accipiat paucis, ne sit mora longior aequo,
  si tumulus teneat quem uocat ipsa uia.
hic situs est annis plenus uitaque beatus
  et laetus omni morte Rhodanthion,
nec sit mirum quod comis, quod dulcis amoenus
  in uita fuerit: nomine floris erat.
hunc coniunx talem nimio dilexit amore
  inque diem uitae una fide coluit.
et postquam fatis morientia lumina soluit
  supremisque suis reddidit obsequium,
inuita hoc munus coniunx Victoria fecit,
  quodque uirum uicit, aegra dolore fuit.
sed quoniam Fatis nulli est obstare potestas
  quin teneant cursum quem statuere semel,
quod solum licuit coniunx fidissima fecit:
  post illum nulli fas uiolare toros;
seruatamque diu uitam habitamque pudice
  post mortis casum pertulit ad tumulum.
namque simul posita est fatoque tenetur eodem,
  quodque modo potuit, morte secuta uirum.

haec est sancta fides, haec sunt felicia uota,
  amplexus uitae reddere post obitum.
fortunati ambo — si qua est, ea gloria mortis —
  quos iungit tumulus, iunxerat ut thalamus.

CIL. VI 25427 descr. Mommsen et Rossi, Maffei mus. Ver. 174. AL. Burmanni IV 209, Meyeri 1320 uia Salaria rep. nunc in S. Mariae transtiberinae porticu tabula marmorea. uersus plurimi bene facti sunt, set quia non eadem omnes bonitate excellunt, partim ex carmine repetiti uidentur uetustiore cuius uestigium nescio an cernatur in *uitaei* 24

6 potuit quidem etiam dactylis nomen committi exutum forma graeca, est autem uersu inclusum Alcaico *more* priores 7 *ne* Schraderus. male secundum pedem occupauit spondiacum uocabulum, elegantius fuit *neu tibi sit mirum quod comis dulcis*, oportuit saltem *nec mirum sit* 10 *una* cf. 1038, 6. nam cum *fide* ne copulemus recusabit poeta, etsi sensisse se *una unum* non infitietur

12 mortuus ac sepultus, non ut alii putabant coniux eius 15 *nulla* errore Maffeius 22 *quoque* Muratori 1737, 1 sed *quodque* lapis. *modo* iambicum (Lachm. Lucr. p. 140)

24 *uitaei* lapis, *uitae* (*e*)*i* Mazochius et Bonada 25 exordium Vergilianum Aen. IX 446. distinxi ante *ea* quamquam Vergilius ibi continuat *si quid mea carmina possunt*

1143

Nonum post decimum compleras nubilis annum
  Vibia, crudeli funere rapta uiro,
dum tibi progenies, animo dum fidis in illa:
  heu facinus, Victrix, me tua uota grauant.
molliter ad matrem placidi descendite manes,
  Elysiis campis floreat umbra tibi.

CIL. VI 7886 contulit Mommsen, Or. 4841. AL. Burmanni IV 184, Meyeri 1305 ad uiam Salariam rep. in columbario, iam Veronae subscriptum *M. Ateius Epaphroditus*, in marginibus *permissu Atti Primigeni et Heraclid*(*ae*) *tabular*(*ii*) *Domitiae*, sepulcrum enim illud *C. Attius C. l. Primigenius* et *Heraclides Domitiae Domitiani tab.* sibi suisque fecerant (ibidem 7887), ergo circa annum 96

1 *nubilis* pro matura puella, an quia nondum iustae

fuerant nuptiae? huc tendere u. 3 s. uidetur 4 *Victrix* cognomen Vibiae uidetur (CIL. X 6252 *Caediciae Victricis*), idem clarum Veneris uocabulum. cf. carminis proxumi u. 14. *facinus uictrix* sicut *uictrici solo* a Claudiano copulatum Maffeius putauit, *fati uictrix* coni. Burmannus

1144

Tempus uicturo mihi longum stamine Parca
aetatis nostrae [p]r[aerip]uit[q. c]olu.
nunc ego de cineris [p]a[ru]o conlectus aceruo
ossa sub instanti sum positus lapide.
non ulli iam uox mea responsura sodali,
nec ueniam matri dul[c]ior atque patri:
me quem nulla dies poterit uisura renasci,
set bene conpositum fata siuere mea.

CIL. X 5429 (IRN. 4394), initium tantum epigrammatis antequam Mommsen lapidem recognouit transcriptum erat receptumque in AL. Burmanni IV 387, Meyeri 1508 prope Aquinum in basi magna 'minusculis litteris desperatae lectionis' ut adnotarunt qui ante Mommsenum rem adgressi sunt. praescriptio haec est *C. Matieni C. f. Ouf. Ouiculae annorum XXVII: praeco, idem dissignator*

2 *..re...ruiti.oiu* Mommsenus. ex quibus *colu* in fine satis certo effici ratus cetera ad istum modum suppleui: stamine Parca et colu nostrae aetatis praeripuit mihi uitam longam. attende ter in breui carmine adhibitum participium futuri, cf. Pers. 1, 100 s. (*nulli responsura sono* Ouidius) 3 et 6 suppl. M. 7 bonus uersus, torta oratio, nam promptius erat *uidere renascens* 8 *sit* uel *set* legi posse, non *sic* testatur M. tamquam *siere* correpta prima

1145

Te rogo, praeteries, ut parcas calcare iacente,
infantis miserae menbra iacentis humo.
quae totiens lugenda erit, quoties te, memorabilis aetas,
erepta doluere sibi qui te genu[e]re parentes.
non nasci melius fuerat quan nunc indigna iacerent
ossa. cinis facta est iam non resposura parenti.

CIL. VI 28695 descr. Rossi in hortis Campanae prope Lateranum. praescriptum *Vettiae C. f. Crhysidi*
1 tolle *ut* i. iacentem, cf. VI 29947 *tu ne uellis aliena membra inquitare iacentis* 2 *in fantis* diuisa marmor 3 archetypum *qui-lugendus,* exitus dilatatus pro *memorandus?* 4 tolle *parentes* 5 *nunc,* 6 *iam* excedunt metrum

1146

Vltima i[am subii crudeli fun]ere [fata
et nunc angust[o comprimor] in lapide.
quid queror infelix [non] responsura s[orori?

CIL. VI 22117 de uisu multorum Romae in sarcophago effracto. praecedit *Marcia C... | uix. an. XV...*
1 post *ere* litterae rectae hasta apparuit 3 *sorori, sodali* tale priora carmina commendant supplementum, etsi desideres magis *cum non responsura sit ulla.* post eum uersum non uidetur extitisse alius

1147

Pieris hunc titulum posuit matercula nato
erepto a fato finibus Maezeis:
nunc, siqu(i)d Manes sapiunt, in mollibus umbris
conprecor ut matris sit tibi gratus honos.

CIL. III 6383 ad ectypum Salonis rep. ante portas. praescriptum *L. Trebius L. f. Exoratus ann. XII, L. Trebius Veter pat(er).* subscriptum *Coelia Pieris filio et uiiro posuit.* circumiecti flores columellae alia ornamenta
2 Maezeos cum Delmatis Deuris al. iura petere in Salonitana colonia scribit Plinius III 142, in diplomate militari dato a Vespasiano reperto Salonis (Mommsenianae collectionis n. 7) legitur *centurioni Maezeio.* inlatum hoc pro *Ausoniis* similiue nomine corrupit uersum 3 *siqud* lapis

1148

Orba queror genetrix miseri post funera nati,
r]apta[q. et ante premit] me mea c[ar]a soror.

intra ter quinos infelix occidit annos, |
sic illi coniunx, sic toga pura data est
nu[ll]aque pr[opag]o manibus succepta [p]arentis,
nullus honos fasces in mea tecta tulit. |
omnia Ditis habet praeterquam nomen eoru,
nec comitem nati me sinit esse mei.
o genitor felix, qui nec tua funera uidit |
nec fili u . .

CIL. III suppl. 8739 descr. Hirschfeld ediditque in actis arch. epigr. Vindob. IX p. 13 litteras saeculi primi esse testatus Salonis, iam Spalati cippus triplo latior quam altior praecedit ... *o dec*(*urioni*) *equit. p*[*raeposito? c*]*oh. III Alpinae et Q. Ennio Seuer*[*o*] *ann. XV: fecit Lutatia Veneria uiro et filio*
2 *.apia.....diemii* Hirschf. *diem* incertas esse litteras significans, *apro* pro *apia* Bulič legebat. *nec adiuuit, etiam adflixit, prius liquit* ante periclitabar, fortasse uerius tale *impia, plusq. gemit* 5 *nulla* etiam prioribus membris retributum est. *suscepta suboles* V. Aen. IV 327, *succ-* codices Vergili et grammatici praestant (*succipimus corpore* GLK. VII p. 98) 7 *eoru*(*m*) quia cum nato utique patris memoria coniungitur 10 *filiu...f.ii* et post magnum spatium *eri....ii* fertur: *filium filiam* dubitans proposuit Hirschf., requiro *nec fili uitam morte superstes aget*

1149

Inuida florentem rapuerunt fata iuenta,
nec liquid misero me super esse meis.
fleuit praesentem mater, fleuere sodales,
et mater tepido condedit ossa rogo,
quae prius hoc titulo debuit ipsa legi.

CIL. V 7570, periit. AL. Burmanni IV 264, Meyeri 1364 Hastae Ligurum in grandi marmore. praecessit *T. Arrio T. f. Tro. Tertio ann. XXI Mucia T. f. Modesta mater u*(*iua*) *f*(*ecit*) *sibi et T. Arrio M. f. uiro.* subsequitur *in agro p. XX in fronte p. XX.* supra aquila ficta erat cum grypibus urceum tenentibus, infra plostrum dolio one-

ratum cum mulione et cane. pater duobus nominibus appellatus si ad Neronis aeuum uixit, tum filius potuit ad Flauios leuiorem schedarum discrepantiam ut 2 *licuit*, 4 *condidit* omitto

1 *iuuentam* alii 2 *me* omnes, nemo *mi* 3 *pater ac fleuere sorores* alii 4 *de tepidis conligit ossa rogis* Ou. her. 6, 90

1150

Tan cito pictor acu Sty|gia delatus ad umbras,
quam puer ingenio notus | in arte sua.
quot si fata uelint alia pro spirito | uitam,
hoc mater titulo maluit ante legi.

CIL. VI 6182 descr. Henzen, Brizio sepolcri Esquil. p. 32 n. 35 prope portam Praenestinam marmor litteris pessumis inscriptum. carmen adhaeret his *d. M. C. Vettio Capitolino filio pientissimo Plotia Capitolina mater infelicissima fecit: uix. annis XIII: qui die natali suo hora qua natus est obiit.* subscriptum carmini *sibi f(ecit) et suis posterisque eorum* ubi lapis *sibi e et s suis*

1 tam cito ad Stygias umbras delatus est quam in arte innotuit puer acu pictor: uerborum positura incondita, Mommsenus *iam* pro *quam* optabat. *Stygia* peccatum opinor, neque consulto adaequatum cum *acu* ac si *aqua St.* memoraretur 3 i. aliam pro uita uitam

1151

Hic Aquilae cineres miserabilis urna sepultos
contegit et fatis exproperata nimis.
occidit infelix coepto modo flore iuuentae,
quem finít annus septimus et decimus.
formonsus frugi doctus pius a patre maesto
accepit tumulos quos dare debuerat.

CIL. XI 3163 ex schedis, Gruter 669, 10. AL. Burmanni IV 219, Meyeri 1327 fuit in agro Falisco

1 *sepultus* alii 2 *exprop.* nouum (super solitum *cohors miserabile humandi deproperat munus* Silius II 264) 4 *finiit* omnes, restitui perfectum cum *i* longa disemum

1152

D. M. pater et mater titulum posuerunt funeri acerbo
Gn. Gargonio Cn. f. Paullino: uix(it) ann. IX m. VII.
te, lapis, obtestor, leuis ut super ossa quiescas,
ne tenerae aetati grauis esse uidearis.
tu qui uia Flaminea transis, resta ac relege.

Gruter 685, 3 Orelli 4836. AL. Burmanni IV 203, Meyeri 1530 apud Fulginates 'iuxta templum prope fluuium uersus Flaminiam'. hic interposui ut inferius carmen legenti ne omnis deesset uetustioris exempli memoria

1 hexameter *hunc pater et m. t. posuere sepulto* aut *altores titulum p. f. a.* 3 '*leuis* addidi ex Gudii margine' Grut. 4 ad hexametrum deest uelut *esse nimis uidearis.* sed pentametrum alias inuenies *et t. a. ne grauis esse uelis*, interim cf. 149 5 non tam ex dactylis deductus *tu qui Flaminia transis, resta ac relege, oro* quam ex iambis *tu qui Fl. t. r. ac perlege*

1153

Hóc tumuló positum est Ingenui fil[ia] Flora,
annó quae uixsit mensibus atq. (nouem).
et quas exsequias debebat nata parenti,
has pater aduersis cásibus ipse dedit.
Terra, precor, fecunda, leuis super ossa residas,
aestuet infántis ne grauitate cinis.

Renier inscr. Alg. 3976 CIL. VIII 9473 contulit Wilmanns Caesareae Mauret. in columella marmorea. supra luna crescens, infra puella malum granatum et uuam tenens ficta est

1 *fil* concretis litteris Renier, *fi* tantum Wilm. sermo *posita* postulabat aut *infantis corpus Amatae* 2 *VIIII* lapis idem carmen aut simillimum fuisse Schmitter bull. épigr. de la Gaule 1883 III p. 93 uidit in alio lapide Caesariensi cuius has enotauit reliquias . . . *par*]*ent*[*i* . . | . . *casibus* . . | . . *pre*]*cor leui*[*s* . . | . . *resid*]*as aestu*[*et* . .

1154

Euodus hic sit[us est. Ni]ce miserrima fe[cit,
quot dolor a [nato] apstulit es[se sibi.

CIL. IX 6328 descr. Barnabei et A. de Nino Corfinii. quinque in lapide uersus extant, primus *M. Atei[us M. l.*, ab ipso cognomine incipere numeri uidentur

1155

Ve]rius hunc titulum matri tu, nata, dicasses
quam mater miserae nunc tibi, nata, facit.
bis senos completam annos te, filia, matri
eripuit miserae mortis iniqua dies.
optestor Manes meritae sanctaeque patronae
et comprecor ut leni terra tegat tumulo.

Gruter 718, 1 a Smetio, CIL. VI 30110 ex schedis. AL. Burmanni IV 256, Meyeri 1358 Romae in tabella marmorea. uersus a matre scripti sunt filiae conditae ut uidetur in monumento patronae

1 *si* aut *heu prius* alii supplerunt. at ...*uius* Manutius tradidit, et aptius sane est *aequius* *tumulum* Smetius

3 *complentem* Pithoeus substituit. adnumeres illud praeteriti temporis participiis a Prisciano XI 27 p. 565 prolatis

4 *inqua* pars testium 5 *obtestor* Smetius 6 *et* ante *comprecor* addunt excepto Smetio omnes, nullus in exitu prioris uersus ponit, cf. 973, 6. *conprecor utque leui* coniecit Burmannus cum Muratorius 1234, 7 e Ligorio rettulisset *ut leui*

1156

Aequius hunc fuerat titulum me ponere matri,
quem miserae mater illa mihi posuit.
bis ternos denos compleui mensibus annos:
Parcae crudeles, nimium properastis rumpere fata mea.

CIL. III suppl. 9106 descr. Hirschfeld Salonis. litterae malae, ante fixa stelae est effigies conchae delphinorumque, praescriptum carmini *Fulloniae Amaryllidi*

2 mater in hoc titulo non nominatur, fuit in alio uelut *Quarta* 4 *nimium prop.* numeros exsuperant, *crudeles Parcae nimium* in hexametro redibit infra

1157

Parua sub hoc titulo Festi | sunt ossa, lapillo |
quae maerens fato condi|dit ipse pater. |
qui si uíxisset, domini | iam nomina ferret: |
hunc casus putei detulit | ad cineres.

CIL. V 2417 descr. Lersch et Mommsen, Or. 2990. AL. Burmanni IV 354, Meyeri 1438 in museo Ferrariensi cippus paruus. supra scriptum est *Festio Papiri Prisci delic.*, 'fortasse debuit *Festi Q. Papiri*' Mommsen. in aetomate mustela fructusque, in tecto aetomatis duo leones cernuntur, carmini praefixum pueri signum tenentis uuam et auem

1 *tumulo* posuit Schraderus dubites num Festius illi nomen fuerit insolenter fictum. Festionem opinor fuisse, eundem in hexametro sine figura dictum Festum, *delicium* igitur quam *delicio* uerbum ex notatione obscuratum explicari malo cf. 497 *ossa tecta lapillo*

1158

Contegit hic tumulus duo pignora cara parentum,
indicat et titulus nomine quo fuerint.
sors prior in puero cecidit, sed flebile fatum,
tristior ecce dies renouat mala uolnera, sana
et modo quae fuerat filia, nunc cinis est.

CIL. II suppl. 5478 ad ectypum Gadibus tabella marmorea, litterae elegantes minusculae exeunti saec. I adsignantur subscriptum *Festiua an. XI, Sodalis anicul(us) h(ic) s(iti) s(unt). s(it) u(obis) t(erra) l(euis). Rogatus dat*

4 *male* correxit Huebner distinguens post *sana,* quod mihi copulandum cum sequentibus uidetur

1159

Vmmidiae manes tumulus tegit | iste simulque
Primigeni uernae, | quos tulit una dies.

nam Capitolinae | compressi examine turbae |
supremum fáti competieré | diem.

CIL. VI 29436 descr. Mommsen IRN. 7139. AL. Burmanni IV 101, Meyeri 1234 Romae olim, nunc in museo Neapolitano. secuntur litteris rudioribus scripta *Vmmidia Ge, et P. Vmmidio Primigenio, uix(it) an. XIII, P. Vmmidius Anoptes lib. fecit*
2 i. abstulit 3 in agone Capitolino opinor 4 cf. 464 *fata suum petiere diem.* non solitam apicis notam *competieré* habet sed erectam dextrorsum tum fastigatam sinistrorsum, quasi περισπωμένην, ex concisione syllabae?

1160

Felix haec uisa est nascendi lege puella,
quot non est miseros tum sortita lares.
sed legem fatís Parcae dixere cruentam,
primus natalis condat ut ossa sua.
cognomen pater huic fuerat natale daturus:
abstulit atra dies uná cum corpore nomen.

CIL. III 3146. AL. Burmanni IV 118, Meyeri 1247 Apsori in insula Illyrica. periit
2 *quoi* traditum est unde *quot* Mommsenus. *que* uel *quae* interpolata exemplaria *sorte potita* optarat Burmannus, potuit etiam scribi *misero tum sociata lari* 5 *natale* die natali ut CIL. X 107 *VII idus Apriles natale filiae meae epulantes* 6 *sustulit* auctor unus sicut supra 1036, 2. contra etiam Vergiliana imitatio testatur

1161

Nata set in lachrimas solum, dolor omnibus in[fans
hic sita sum, uixi tempus inane me[is.
annus erat uitae primus, mox deinde secundi
liminibus rapuit me sibi Persephone.

CIL. VI 27060 ex schedis, Fabretti 189, 433. AL. Burmanni IV 324, Meyeri 1414 in S. Mariae transpontinae prope mausoleum Hadriani extitit in lapide detrito. prae-

scriptum *Symphorusae Vettia Megiste et M. Vettius Onesimus alumnae dulcissimae fecerunt: uixit ann. uno mensi. XI dieb. XX.* aut secernenda anni mentio a mensibus ac diebus quasi per epexegesin dictis, aut hos si adnumeramus more solito, furti notandum carmen quod parum congruat
1 *lachrimas lacrimas lacrumas* apographa uaria *instans* supplerant alii, unde *instat* Gruter 659, 7 et AL.
2 *meum* Mazochius, AL. 3 *dende* Manutii et Cittadini exemplum, cf. 1118, 3

1162

Paruulus hic situs est, uixit tris usque per annos
inque nouem menses inualidosq. dies,
nomine Grusoglosus, amabilis utque erat infans,
flebilis et misere raptus ad inferias.

CIL. VI 14786 ex Ferrarino, Fabretti 362, 101. AL. Burmanni IV 109, Meyeri 1242 fuit Romae in marmore ornato. praescriptum *d. M.*, subscriptum *Saturninus filio, Velia Lalema delicato suo posuit*
3 χρυσόγλωσσος est nomen ut χρυσόστομος, origo scilicet λάλημα, *g* pro *c* ut in grabato. *Grisologus* Fabr.

1163

Nomi]ne quó genitor mi[hi di]citur, hóc egó uixi:
Tele]phus est genitor, Téle[phu]s ipse fui.
Augustina [pare]ns quartó mé flébilis [an]nó
terdecimóque die [pe]rdidit orba satum.
nón [ig]itur léctor lachrimes? [de]cepit utrósque
maxima mendacis fama mathematici.

CIL. VI 27140, Gruter 708, 8 uidit Smetius et expleuit. AL. Burmanni IV 249, Meyeri 1352 Romae fuit in arula marmorea. antecedit *d. M.*, adhaeret carmini *Telephi dulciti* (*dulc.* Manutius intercidisse significans uersus quattuor)
5 interrogationem fecit Schraderus requirens *nonne* particulam, deprecationem lacrimarum Burmannus posuerat

1164

Di Mánes, mánes sitis: iam morte misellis
praeproperá senibus séro datum rapitis.

hic etenim puer est Vmbri de sanguine crétus,
inuida quem tenerum Parca tenax rapuit.
quó matri multos scribsit, multos quoq. patri
ingratis annos, uota satis misera?
nam solos septem proles quos duxerit orbes,
septuaginta forent, ní miseros cuperet.
qui pro uinetis fundis terraq. mariq.
hóc sólum próli, hoc peperere solum.

CIL. VI 29426 ex schedis. AL. Burmanni IV 283, Meyeri 1389 extra portam Pincianam repertum. subscriptum *Iuliano filio L. Vmbrius Saturninus.* trochaicum *sero*, correptis longis *septuaginta*
3 *enim* pro *etenim* testis primarius 4 *P. tenax ueri* Persius. captata est adnominatio ut in 1 et 10 ita hic 5 *quae* aut *cur* Meyerus. religionis priscae *Fata Scribunda* 7 *duxerat* Schraderus 8 i. nisi miseros parentes esse Parca uellet

1165

Vmbrarum secura quies animaeq. pior(um)
laudatae colitis quae loca sancta Erebí,
sedes ínsontem Magnillam ducite uestras
per nemorá et campos protinus Elysios.
rapta est octauó fatis instantibus anno,
carpebat uítae tempora dum tenerae,
formosá et sensú mirabilis et super annos
docta decens dulcis grataque blanditiís.
perpetuo talis gemitu lacrimisq. colenda,
ínfelix, aeuo tam cito quae caruit,
an felix aegrae potius subducta senectae?
sic Hecuba fleuit Penthesilea minus.

CIL. VI 21846 uiderunt Bormann et Huelsen, Fabretti 377 XXIX. AL. Burmanni IV 117, Meyeri 1246 Vrbinum Roma translata tabula marmorea. litterae pulcrae,

apices alii recte positi, plures tamen perperam aut sine causa (u. 4 *nemorá* et quos nequii quin praeterirem supra consonantes *m t s*, ut aequalia tantum spatia uirgulis quattuor distinxisse quadratarium Henzenus opinetur), *i* longa ter et apice notata semel apparet in syllabis longis (quales primae sunt in *insontem* 3 et *infelix* 10). uersus satis emendati neque aetate inferiores Traiano

1 *animaeq. pior* lapis, etiam *lacrimisq.* uersu 9 3 *per sedes* intellegendum Meyerus dixit male, cogita *ad sedes* (cf. V. Aen. VI 639) 12 *Hecuba* patet ablatiuum esse, quamquam pro nominatiuo multi habuerunt. comparauit Fabrettius Callimacheam sententiam (fr. 363 Bentl.) μεῖον ἐδάκρυσεν Τρωίλος ἢ Πρίαμος laudatam a Cicerone tusc. I 93

1166

Hic iacet exiguis Dionysia flebilis annis,
extremum tenui quae pede rupit iter,
cuius in octaua lasciuia surgere messe
coeperat et dulces fingere nequitias.
quod si longa tuae mansissent tempora uitae,
doctior in terris nulla puella foret.

CIL. VI 18324 ex schedis, Gruter 654, 3. AL. Burmanni IV 357, Meyeri 1442 Romae fuit in tabula marmorea. praescriptum *d. M. Flauiae Dionysiadis*, quod nomen in carmine breuiorem accepit formam, subscriptum *uixit annis VII m. XI diebus XV: fecit Annia Isias uernae suae b. m.* saltatriculam agnosco ex u. 2 potissimum, cf. Gellius I 5

1 *exuuiis* Cittadinius tradiderat unde *exutis* Fabricius et Burmannus 5 *suae* Alciatus

1167

Artibus ingenuis cura perdocta suarum,
sortita egregium corporis omne decus,
non dum bis septem plenis praerepta sub annis
hac Corale casta condita sede iacet.
ludite felices, patitur dum uita, puellae:
saepe et formosas fata sinistra ferunt.

Gruter 908, 1. AL. Burmanni IV 128, Meyeri 1255 Spoleti

1 *suarum* marmor secundum Gruterum: *suorum* Muratori 1664, 13 4 *hic Crocale* Mur. *casta* nominatiuus in medio uersu producta syllaba 6 i. auferunt: *trahunt* Mur. AL.

1168

Quid superos potuit iuuenis laesisse Penates,
  quod tumulo Iopes ossa sepulta latent?
nec patrio potui gremio mea debita fatis
  reddere nec manibus lumina contegere:
in Prhygia miserae corpus, Volcane, cremasti,
  sumeret ut tellus muneris ossa mei,
et quae debebam matri supremo tempore terram
ponere uel maestos pietatis scindere crines,
effecit properans mortis quae uenerat hora,
  ut genetrix casus fleret ubique meos.

LeBas inscr. grecques et lat. 3 p. 42 n. 114, CIL. III 423 in Lydiae urbe Teo. praescriptum *Iope Hilari Caes. uixit an. XV*, subiecta Graece 'Ιόπη χρηστὴ χαῖρε et disticha quattuor (Kaibel epigr. 298), in his θρήνων φίλε παύεο, μῆτερ Πρειμιγένη ἀπόθου θυμοδακεῖς ὀδύνας, denique ἔζησεν ἔτη ιε' 1 mirum *penates* cum deorum nomen commune expectetur, natum ex Hilari desiderio patriae domusque, nisi tamen male exscriptum est pro *potentes* alioue 2 *Iopes* anapaestus cum hiatu, an spondeum censes? 'Ιόππη aeque et 'Ιόπη urbis nomen fertur Latinosque illud ad modum *Iouis* sim. extulisse credibile est, Dionysius quidem οἴτ' 'Ιόπην, interpretes eius *urbs Iope* et *muros Iopes* 4 nec patris manus lumina mea clusit. *matris* Mommsenus coniecit 5 *phrygia* CIL. 6 *funeris* conieceram, iam genetiuos ex *tellus* aptos puto, non ex *ossa* 7 resecandum erat *et quae* aut scribendum *et quae debebam supremo tempore matrem condere,* usus loquendi postulat *matrem terra ponere* (V. Aen. VI 508) uel *matri titulum* (supra 1156) 10 *genitrix* traditur

1169

Fata deum tria, quae retinetis condita uítae
  staminis et ductu tempora diui[di]t[is,

saepe dolenda n[imis] canitis, crudelia F[ata,
et dulcís natos matribus eripitis.
octauom et decumum f[lo]ri s[i]m[ilis tulit annum,
fratribus et matri dulcis, amanda suis,
cum lari]bus nostris rapuit [n]imis [i]nu[ida Clotho
priuauitque usu] lu[c]ís acerba dies
. . . . . hoc mite . . .
. . . . . . d da . .

13 et . . feli[x . . . . . .

19 . . . pmn . . . .
. . . to so . . . . .

Notizie d. scavi 1888 p. 749 excepit ectypumque adhibuit Barnabei, multa tamen melius describi posse addit si lapis opportunius conlocetur, eph. epigr. VIII 128 Teate Marrucinorum in lapide ter fracto. praescriptum *Dusmia Nothis hic*, subscriptum in dextro angulo *mat(e)r fra(tres) p(osuerunt)*

1 Romae proxima foro tria Fata, ad portam Collinam ubi Sallustiani horti erant tres Fortunae (mus. rhen. 36 p. 331), uide ad 1120 3 ss. expleui 7 *rapuit imisnu..* fertur in 11 12 nihil lectum est, in mediis 14 *u*, 15 *o*, 17 *o*, 18 *m*

1170

Funere non aequo puer immaturus obiui,
marmoreisque meis his íaceo tumulis.
non potui paruus puerilem implere iuuentam
nec uestire meam flore nouo faciem
nec senior capiti niueos mutare capillos:
at fati uictus sorte puer perií.
heu crudele nefas. quae me generauerat hora,
haec eadem uitae terminus hora fuit.
non ego quod perií doleo, set paruulus infans
quod cum plus saperem, spem merui dubiam.

si uita incolumis potuisset uincere fata,
  creuisset generis gloria magna meí.
fortuna inuisa est, spes est frustrata parentes,
  mors cuncta eripuit, dira quies hominum.

CIL. XI 531 descr. Bormann. AL. Burmanni IV 97 s. Meyeri 1231 s. Arimini
4 *nouo flore* lapis: correxit ordinem qui primus descripsit 6 *fati* lapis sic ut Heinsius coniecerat, non *fato* (sic Fabr. 238, 636) 9 tria quae secuntur disticha separauit ut nouum carmen Pithoeus 12 *ceneris* Borm. idem *gloria magn* frustulum lapidi recens insertum exhibere testatur 13 *inuisa est* pro eo quod Vergilius ceterique dicunt *inuidit fortuna*

1171

Heu F]o[rt]una malis nuncqua[m non laeta rapinis,
quam breuis heu misero uítae pa[rs est data nato.
accipe nunc cineres miserí, S[tyge perfruere atra
  et praedata meís parce uenena [dare.
u]ltima fatorum passurus per[tulit undas
  et mortis requiem redditus [intrat humo.
non quoniam índigne tulimu[s crudelia fata,
cum multí ex undís raptí scopu[lisque supersint,
  nec mortem miserí sed mala [nostra queror.
nunc ego uos oro uenturí a[duertite signa
tec]taque concordes habit[ate in luce parentum.
ha]ec tibi pro meritís po[sui . .
. . Manes ha . . .
. . u liio . . . . .
i]nfensaque leu . . . . .
16 Manibus ecce tu[is .
et meritís prae . .
nulla fides m . . .
19 sí quaeris leg[e . .
20 reddita nost[r . .
et meditata m . .
haec est nostra . . .
quae solent[ur . .

CIL. VI 30132 ad ectypum Romae empta tabula musei Hauniensis, litterae bonae minutae, metra sine uitio, pentametrorum paria cum hexametris initia, paenultimus uersus ἐν ἐκθέσει. ob u. 8 transmarina peregrinatione filium periisse conieci, in 7 et 9 ss. quae suppleram immutaui secundum uerba adscripta a Leone (is 5 *perstitit aeger*)

1 etiam superius extat litterae uestigium, carmen tamen ab hoc uersu incepisse uidetur 3 aut simplicius tale *scelerata supremos* 12 cf. 678, 6. *de marmore busta* Hense 14 *leto?* 15 *i*]*npensa* quoque legi potest 18 *maris est?* 23 carmina solentur nostrum dolorem

1172

Hoc nátum tumulo pietás pauperrima texit
dignum maiori quem coleret titulo.

Notizie d. scavi 1885 p. 23 ad ectypum, ephem. epigr. VIII 420, CIL. X 3050 tabula reperta in agro Misenensi inlata museo Neapolitano. scriptum carmen litteris pessimis lectuque difficillimis sed Mommsenus plerasque felici acumine expedierat. praescriptum *d. M. M. Valeri M. f. Cl*(*audia*) *Lupi qui uixit annis XVII m. XI d. XI, M. Valerius Beryllus p*(*ater*) *filió piissimó*

2 *maiori*, non *maiore* lapis secundum Not. et quae ipse uidi lapidis exempla

1173

Flet domus et cari lugunt sine fine parentes
abreptum fatis: contegor hoc titulo.
quis non exempli doleatur mortis acerbae?
si me uidisses aut si mea funera nosses,
fudisses lacrimas, hospes, in ossa mea.

CIL. VI 26680 ex Metello et Ligorio, ibidem 2769* inter falsas 'est fortasse genuina'. ita ego sentio, de uerbis non spondeo omnibus. AL. Burmanni IV 275, Meyeri 1374

uia Appia inuentam narrat Lig. praecessit *Speratus uix. men. V*.., subsecuta nomina *Speratus Attalus Politice*

1 *lugunt* a themate eodem cum *luxi* tractum cf. 721, 8

2 *tumulo* Muratori 1748, 1: uocabula illa cum ab editoribus tum in ipsis monumentis haud raro confusa 3 *doleatur* formatum constructumque similiter ac *misereatur* (cf. 162 et Allmer Lugdun. III p. 253 *non*] *doluit nisi mortis*)

1174

Raeda[r]um custos, numquam latrauit inepte;
nunc silet et cineres uindicat umbra suos.

CIL. IX 5785 descr. Mommsen Ricinae Piceni columella posita, ut consentaneum est, in tumulo canis

1 certe rhetorum meminisse nos uoluit poeta inepte declamantium

1175

Gallia me genuit, nomen mihi diuitis undae
concha dedit, formae nominis aptus honos.
docta per incertas audax discurrere siluas
collibus hirsutas atque agitare feras,
non grauibus uinclis unquam consueta teneri
uerbera nec niueo corpore saeua pati.
molli namque sinu domini dominaeque iacebam
et noram in strato lassa cubare toro
et plus quam licuit muto canis ore loquebar:
nulli latratus pertimuere meos.
sed iam fata subii partu iactata sinistro,
quam nunc sub paruo marmore terra tegit.

CIL. VI 29896 descr. Huebner, Maffei mus. Ver. 444, 6. AL. Burmanni IV 402, Meyeri 1457 Londinii in museo Britannico extat repertum Romae ante portam Pincianam marmor, litterae minutae. subscriptum ad sinistram *Margarita* (cf. Petron. 64), ad dextram palmae signum

1 catuli et catellae Gallicanae nobiles (Catull. 42, 6 Ou. met. I 533 Mart. XIV 198 al.) 4 cf. Prop. I 1, 12 6 *uerbera saeua pati* Cuiacianus Lygdami 4, 66 (monuit Leo) 11 bisyllabum *subi*

1176

Portaui lacrimis madidus te, nostra catella,
quod feci lustris laetior ante tribus.
ergo mihi, Patrice, iam non dabis oscula mille
nec poteris collo grata cubare meo.
tristis marmorea posui te sede merentem

et iunxi semper manib(us) ipse meis
morib(us) argutis hominem simulare paratam,
perdidimus quales hei mihi delicias.
tu, dulcis Patrice, nostras attingere mensas
consueras, gremio poscere blanda cibos,
lambere tu calicem lingua rapiente solebas,
quem tibi saepe meae sustinuere manus,
accipere et lassum cauda gaudente frequenter
[et mi omnes gestu dicere blanditias]

CIL. X 659 ex schedis Vallamberti Metellianis inter Salernitana. auctor fide dignus, nullam Mommsenus suspicionem professus est, tamen est quod addubites (6 *semper* praepropere inlatum, 10 *gremio* al.)
11 in *rapiente* prima et tertia litterae tamquam dubiae notantur 13 *frequenter* rescriptum in codice totumque adpunctum est 14 'ultimus uersus additus a Basilio Zanchio' schedae

1177

. . . . Coporusque tuli[s . .
nec T]usci saltus pascua nec Sicula,
qui u]olucris ante ire uaga[s], qui flamina chori
uincere suetus eras, hoc stabulas tumulo.

CIL. V 4512 contulit Mommsen. AL. Burmanni IV 399, Meyeri 1456 Brixiae inuentum equi epitaphium cuius figura infra adiecta est, iam in museo Veronensi (Maffei p. 174)
1 praecedit littera quam *r* aut *a* aut *x* fuisse Mommsenus testatur. nomen apparet scriptum esse gentis lociue proprium. lusi ad exemplum Burmanni *cui non Thessala terra parem Coporusque tulistis,* Copori enim in Hispania Tarraconensi erant propinqui Asturibus unde asturcones (Plinius IV 111) 2 et 3 expleuit Burmannus *flamina cori* comparans cum Vergilianis *uolucremq. fuga praeuertitur eurum* et *fugit ocior euro,* addit Leo Sen. Phaedr. 736 *fugit - ocior - coro.* de aspiratione *chauri* uel *chori* uide Ribbecki proleg. Verg. p. 421 (Aus. Mos. 293 *chaurorum* et 316 *spirat chorus,* Hesych. χῶρος ἄνεμος, tabula uentorum marmorea *chorus* ἰᾶπυξ)

1178

A

Quid me nunc] cunct[is cert]atio iuuit ademptis,
cui cas]um et tant[um lis super]esse tulit,
sic cas]u misero [supe]resse? — inimica, loquaris —
fatum] cui nul[lam tris]te reliqid opem?
cum me] perdid[eris, expende] piacula fati,
ut pere]as iun[ctis qui] placuere tibí.
. . . . . .

B

Tu quicumque lege]s oro ne laeseris ull[um
uerbum: sic ueniant o]mnia laeta tibi.
. . . . . misera . . . stimulat[a
. . . . arte . . .
. . . . o]bsecro [te] di[scere] uersu
. . . aduе]rsi sideris . .
non potuit molli]re sacra miseratio cura,
ausa ut cru]delis rumperet exitií.
et sic insonti fecit, men[s improba duxit,
argenti auxilio, spes fuit ipsa com[es.
de[f]essi . . . . tumultus
. . . . praemia perf]idiae.
cuncta feret . . . .
nec fructus rerum nec manet ulla qui[es,
i]gnaua infelix, iamq. oblíuíscere nost[ri:
híc cinis exigu(u)s ossaq. parua man[ent.

C

Circumitu aduersí [te] ri[te] notauí sepulcri,
ut dignam Scythico sidere fama uocet,
qum nos deceptos ad iura forumq. uocabas,
dum uis nec legem nec meminisse fidem,

quam tunc fingebas diuos hominesq. uocando,
cum tibi noctis opem lena ferebat anus,
ut comissa tibi nisi nobis salua manerent,
n]ec tunicam esse tuam, cum morerere, uelís:
qua mea naufragio tamquam intercepta ia[cebant;
heu, ne fragmento me noluisti tegi.
ad grassatores, sola est quib(us) orbita nu(m)mi,
uolnera quae intuler(int) linquere tecta uolent,
defuncta et uita iam deplorata suprema
uelantur palla corpora funerea.
ad mihi uiuentí tua sic miseratio uenit,
ut cassús nostrí sors tibi praeda fo[ret,
m]ilia quom erueres auri de nomin[e nostro,
igne deum effigies impia pollueres,
ut mea cuncta dares uenum, d[u]m scrip(ta) cremares
praecipitiq. fuga cetera diriperes,
hostíles audax temptares deinde rapinas,
ut te sacrilegam scíre(t) et imperium,
sed tutam, inlecebrís sí nullí nota m[eretrix,
— optamus credas — ambitiossa tuí[s.
. . . .
seru[at . . . . . .
ad te, perfid[iae fueras qui saeuior auctor,
píratam et mi[nus hoc qui pietatis habes,
perfida tum me[rito spernet nec perdere parcet,
me super audaci sed [feriente cades.
Dit]em non uestra [superabitis arte rapacem,
auferet ae]tatem [morbus et atra lues.

CIL. V suppl. ital. 732, Balestra in Rivista archeol. di Como 1878 (13) p. 31 s., ectypa a Mommseno subministrata ipse uolutaui, correxere quaedam Dessau Pais Zangemeister, in u. 10-20 etiam plus litterarum superest sed nihildum

extricauimus Comi inuenta de marmore basis: uersus 1-7 in obliqua superficie lapidis leguntur, u. 8-15 et 16-23 parte antica ordinibus duobus, u. 24-31 latere dextro, u. 32-39 et 40-47 parte postica ordinibus duobus, u. 48-55 latere sinistro. litterae in superficie quam per quadrata maiores, omnes graciles et negligentius incisae ut *i* et *t* aegre dinoscantur dirae sunt monumento defixae uiri exsecrati mulierem perfidam et ad furta callidam quae iudicio uicerat, tempore propius a Flauiis abesse quam ab Antoninis uidentur compensanti uitia metri ac sermonis cum acriore spiritu

7 in angusto inter superficiem et anticam spatio scriptus uersus ut opinor ἄμετρος qui potest nomina hominum propria tenuisse. sub *placuere* ego uelut *ceter-* legebam, Pais *te.tbiin..ii*, Zangem. *pe*]*rlege* maximopere dubitans ipse 10 *misera spe stimulata* Bal. *spe* non habet lapis, potest ut habeat *miser arte simul* 11 in exitu *..ces* ego *...eget* Bal. *dup*]*lex* Pais 13 exitus ex spatiis reliquiisque cogitur huiusmodi *illa tenet*, *ira nocet* 17 *spes fuit ipsa sibi* Bal. Dess. *ipsa com*[*es* Zangem. 18 *et fessi ferro tunc* Bal. *defessi ..perpetuo* Zangem. *tumultus* mihi non est uisum certum 19 initio *bue* aut *plus* apparet, postremo *inuidiae* Bal. 20 *cuncta pirei* Pais, in medio *deiq. i* legebam (*fructus edis quem* Bal.), in fine *tas.* hinc *inuicta potestas* Hense 21 *rerum* ectypa, *capies* Bal. 23 *exigūs* sic lapicida eadem nota usus ad geminandam litteram et producendam uocalem (39 *cassūs* quod Plinius sane aliique *cassuus* scriptitarunt) cf. GLK. VI p. 8 24 *te rite* posui, uitiatus hic est lapis, *iirile* excepi, *tibils* Pais, *lapides* Bal. potest quamuis etiam maiore cum damno metri *tibi te*. uidetur iste dum uiuos sibi monumentum facit, simul mulierem fingendam in eo curasse ut Trimalchio Fortunatam suam aut saltem elogio condecorandam ut Euphrosynus Acten supra 95 25 i. Arcto quae numquam interit (*nec norunt obitus* Manil. I 277). hanc autem non adhibuisset figuram nisi etiam frigus mulieris tangere uoluisset par glacie geluque Hyperboreo 29 *lenta* ut uidetur lapis, *nt* eodem tractu. *lena mouebit anus* Ou. am. III 5, 40 30 *ut*] agnoscitur *ui* 31 etiam ex *n* relicta est hastula. similem uim in nostratibus prouerbiis camisia habet, similem originem Iuuenalis uerbum de uitalibus masculorum *nemo togam sumit nisi mortuus* 32 *qua* fide ficta *tamquam naufragio* mea intercepisti. in exitu *ia-* an *la-* incertum 33 *ne* lapis, *nec* unus Pais isque dubitans enotauit. *ne* pro *nec*, *ne-quidem* tradit codex Petroni 47 *ne Iouis*, post Appuleium frequentat uolgus unde glossemata talia *nihili*, *nemica* (Foerster mon. antiquiss. Francog. p. 36,

36) 34 i. at, ut u. 38 et 50 34 *nūmi* et 39 *cassūs* lapis cf. u. 23 42 *d..m* hae certae et quae sequitur *s*: aut *scrip* tantum lapicida dedit cui negotium facessebant spatii angustiae aut si *scripta*, extremas illigatas prioribus nimis exigue. *deim sorte* Pais 43 *dirireres* lapis 45 *scire* lapis nisi quod finalis ductum supremum transuersum solito longiorem habet, *sciret* Bal. 46 inlecebris tuis si non facta meretrix, tamen cupiens fieri 49 *seru-* certum, *seruat* fere ceteri, *seruil-* Zangem. 55 reliquiae incertissimae, post principium fortasse *fid*[*es*, deinceps fuit cum legerem *et per*[*eatis*

1179

Hic iacet ille situs M(arcus) formonsior ullo.
quod meruit uiuus, moriens quot et ipse rogauit,
coniugi sue gratae praestitit ecce fides.

CIL. VI 8553 ex schedis, Fabretti 374, 169 sarcophagi Romani fragmentum: *M. Vlpio Aug. lib. Philotae p*(*rae*)*p*(*osito*) *uestis scaenicae Vlpia Veneria marito incomparabili pietate*, adhaeret quod Conrads in AL. librum IV p. 5 agnouit carmen
2 *qod meruit* Fabrettius 3 i. coniugis

1180

Quot merui uitam, moriens quot et ipse rogaui,
coniugis o grati redditur ecce fides.
sit licet inferne noctis tristissimus horror,
me tamen uestre credo iacere domo.

CIL. V 7404 contulit Mommsen Dertonae tabula marmorea. praescriptum *b*(*ene*) *m*(*erenti*) aut *b*(*onae*) *m*(*emoriae*), subscriptum *Aurelia Eusebia Cerellio Proculino u*(*iro*) *p*(*erf.*) *coniugi dulcissimo qui uixit ann. XLV m. VIIII d. V et uixit cum coniugem suam ann. XXIII, contra uotum m*(*e*)*m*(*oriam*) *fec.* disticha separata interstitio
1 *uita* intellegendum 2 *fide* requirit Mommsenus, sic etiam *gratae* aequom erat 4 *in uestra* Gruter 1139, 13 contra lapidem

1181

Quod uiua merui, moriens quot et ipsa rogaui,
coniugis hoc maesti reddidit ecce fides.

si[t] licet infernae noctis tristissimus horror,
me tamen illius credo iacere toris.
te, pie possessor siue colone, precor,
ne patiare meis tumulis increscere siluas:
sic tibi dona Ceres larga det et Bromius.

CIL. XI 911 ex prioribus (Murat. 539, 1 et 1399, 8). AL. Burmanni IV 185, Meyeri 1306 Mutinae repertum cum nummis. praescriptum *Sallustiae Aphrodite Congidius L. f. coniugi bene merenti cum qua uixit annis XXVI mensib. VIII dieb. VI sine quaerella*, extremo carmini applicitum *tauta* (i. ταῦτα)

1 *emerui* AL. debuit *uita* in femina, sed archetypum *uiuus* 3 *sit licet* Murat.: *silicet* aut *scilicet* traditum est post 4 deesse uersum Vedrianus significauit suopte ut uidetur arbitratu 5 *piae* unum exemplum

1182

qu]od uiua merui, moriens et ipsa rogaui

CIL. V suppl. ital. 1283 Brixiae, huius monumenti nihil aliud superest de quo pronuntiare liceat (putes annorum indicium praecessisse) neque huius uersus nisi dimidiatae litterae *quod* non est iteratum

1183

Reddere te fatis, Ephire, si pos[se liceret,
partita tecum uiuere lu[ce uelim.
condita tu pleno secura [agis otia somno,
frigore qua gelido Tusculus [alget ager
quaque uia silicem terit orbita [multa rotarum
et dat post decimum terti[a signa lapis.
hic finem dolor altus habet [quo iusta ferantur
quae dabit ad[i]ecto nomi[ne gratus amor.
huc animam transmitte tuam p[lacataque nostris
adsidue uotis ad pia sa[cra ueni.
te diuisa locis mens co[gitat et lapis hic est
deflendus lachrim[is quas petit ipse cinis.

CIL. IX 3279, IRN. 5429. AL. Burmanni IV 188, Meyeri 1478 Corfinii. carmen nititur fide Accursii, praescriptorum nuper emersit rursum particula horum *dis Manib*[*us*] | *Vlpiae Ephire* .. | *Achilla* .. | *bene mere*[*nti*, infra deesse plura significatur. condita Ephyre ad XIII ab urbe miliarium Tusculi Corfinii cenotaphium accepit. restituerunt Burmannus Lupolus Hauptius, u. 11 s. ego suppleui

6 an *tertius ossa* sim.? 8 traditur *adfecto* quod conseruare lubricum est (solamina quaerens *quae dabit adfecto nomen inane uiro*) 12 *deflendis* olim edebatur unde Lachmannus *atque duabus deflendis lachrimas praebet imaginibus*

1184

Si quis forte mor]ae patiens uis scire uiator,
paruolus hic a]tris titulis quid noster aratus
reddat ager lacrim]as, paulum consiste, docebo.
haec Aeli Steph]ani quondam carissima coniux
dum uixit, fuerat] Flauia Nicopolis,
nec uiuet non ca]ra mihi, cum uita manebit.
delectat iam nulla] quies nisi mortis imago,
in somnis repeto quam r]apuere dei.
semper ego ut Manes possint] audire iterabo,
Flauia Nicopolis, nomen dulce tuum,
et tumulo spargam saepe meas lacrimas.
o mihi si superi uellent praestare roganti
ut tuo de tumulo flos ego cerna nouum
crescere uel uiridi ramo uel flore amaranti
uel roseo uel purpureo uiolaeque nitore,
ut qui praeteriens gressu tardante uiator
uiderit hos flores, titulum legat et sibi dicat
'hoc flos est corpus Flauiae Nicopolis'.

CIL. VI 18385 ex Cittadinio et Winghio, Fabretti inscr. ant. 69, 34. AL. Burmanni IV 186, Meyeri 1477 uia Nomentana aut ad portam Salariam effossa tabula marmorea oblonga, periit. praecedunt *d. M.* [*Flauiae*] *Nicopoli fecit T. Aelius Aug. lib. Stephanus coniugi* [*carissi*]*mae et sibi*

et suis liberis, libertis libertabusq. cetera ad ius finesque monumenti spectantia carmen duobus ordinibus scriptum traditur, quorum sinister mutilatos in principio u. 1-9 continet

1 *tu quicumque morae* Burmannus 2 s. *in fletus atris, stet lapis ac lacrimas* talia suppleram in CIL. *aratus* certe insolitum. *arator* Fabr. 3 *ut discas* Bonada 4 s. *quam miser heu liqui, illa mihi fuerat* Bonada 6 *dum* Ligorius 7 *atq. aderit iam nulla quies* Bonada 9 *ad te dum iubeant me fata redire iterabo* Burmannus 13 et 18 *flos* neutri generis, uide 103, 10. *cerna* cernam 14 eadem clausula 492, 23 16 *ut cum* Burmannus 18 *hic* Burmannus, praeterea *Flauia*

1185

Hoc mihi noster erus sacrauit inane sepulcrum,
 uillae tecta suae propter ut aspicerem,
utque suis manibus flores mihi uinaque saepe
 funderet et lacrimam, quod mihi pluris erit.
nostros nam cineres Pollentia saeua subegit,
 est et ibi tumulus, nomen et ara mihi.
nec tamen aut illi supter crudelia busta
 aut istas sedes nostra subit anima,
sed petat Asurios, petat ille licebit Hiberos,
 per mare, per terras subsequitur dominum.

CIL. VI 16913 ex Marinio aliisque. AL. Burmanni IV 355, Meyeri 1439 ex Tusculanis inlata museo Vaticano ara non apparuit. sub protome pueri scriptum *dis Manib. Domestico qui uixit ann. XVI,* tum carmen, denique *M. Caerellius Smaragdianus fecit.* M. Caerellium Zmaragdum quinquennalem corporis pistorum nominatum in inscriptione CIL. VI 1002 dicata Antonino Pio a. 144 memorauit Henzen, Smaragdianum ego siue fratrem eius siue filium aetatis gradu proxumum fuisse mihi persuadeo

7 *illi* fortasse pro aduerbio habendum cum Mommseno eisque qui substituere *illic,* certe referendum ad Pollentiam quam contra sedes ponuntur suburbanae, neutiquam ad dominum 8 i. subiit 9 s. strepunt aures similibus locis elegiarum (*uret et Eoos uret et Hesperios, licet Autariis considat in oris et licet Hylleis*), non inueni tamen huius auctorem

1186

Ille ego Demetrius uero libratus abunde,
ingressus uitam non longi temporis ictu
infernis numinibus dedi, et post imagine mortis
haec mihi templa placent merito et praemia lucis.
pubertas nitida studiaque abundantia uitae,
et reuerens plene morte grauatus obi.
multa quidem bonitate gerens et uernula uernis
nec nimie, comuiuia rapuit dum gloria uitae,
sperabam rate infernas subito delatus ad umbras,
bis septem placidos ann(os) et adhuc formatus in unum.
autumnus medius octobri mense refertus
laesit animam dulcem et spem certissima fregit.
illa tamen sancta et formata uerecundia saepe
amittit Tantali aspectu et timorem Sisyphi,
abest Ixion umbraeq. et Furiae metus,
set in secessum numinis infernae domus
oficiosus tandem ministerio laetatur suo.

CIL. XIV 510 descr. Rossi rep. in insula Tiberina prope Ostiam latet. cf. 508 *T. Aelius Aug. lib. Demetrius et Claudia Marina fecerunt T. Aelio Demetrio filio pientissimo qui uix. ann. XIIII m. VIIII d. VII et C. Cornelius Marinus fratri* cet. et 509 *uix. ann. XIIII m. IX d. VII* qui eiusdem uernulae tituli uidentur esse cf. uersum 10 s. Marinum nomen sacris familiare Syriacis balbuttientis oratio quaesita, *m* perperam additur semel (*secessum* 15 nisi tamen cogitatio subiit *laetus abit*), ter non amplius detrahitur (*certissima* 12)

2 i. uitam inferis dedi ictu, ut opinor, non ictum dedi. momento ictus sum (antitheta uerum et uita, libratus et ictus, abunde et paruum tempus, *ictu temporis interire* Gellius XIV 1, 27, *pondere ipso libratior ictus* Liuius XXX 10, 13) 6 iunge *plene grauatus* 7 *uernula* licenter audax et male dicax 8 *rapere* conuiuia ut uoluptates, gaudia al. 9 exitus idem 1150, 1 14 ss. quasi senarii quattuor, ut Leo uidit. secundus saluus est, tertius limatur mutato *numini*, primus dempto *aspectu*, quartus uelut sic *officio tandem famulans laetatur suo*

1187

Prima aetate tua rapta es, karissima coníunx.
annis bis denis et sex tibi uita probata est.
Roma tibi genus est, fatum fuit ut Libys esses;
duceris ad Stygiam nunc miseranda ratem,
Inque tuo tristis uersatur pectore Lethe,
ut non cognoscas me miseranda pium.
Munus erat, Fortuna, tuum seruare pudicam,
et poteras ambos Italiae dare tu.
A multis fletu renouaueris, o bona, simplex,
cum te in conspectu non habeam comitem.

CIL. VIII suppl. 12792, ephem. epigr. V 410 descr. Ioh. Schmidt Carthagine in sepulcreto familiae Caesaris pertinente ad tempora Traiani Hadriani Pii tabella marmorea parte postica. praecedit *dis Man. sac. Miniciae Primae* (in titulo gemello quem antica habet *Minuciae Primae* scriptum est) *quae uixit annis XXVI Nicodromus Aug(usti seruus) piae et bene merenti uxori fecit.* subsequitur *h(ic) s(ita) e(st)* acrostichin faciunt uersus 1 3 5 7 9 litteris partim signatam maioribus eoque magis conspicuam quod 2 tamquam pentameter introrsum recedit

1188

Eximia specie iacet híc Priscilla puella,
sex et uiginti secum quae pertulit annos.
hanc fratres pietate pari maestique sororem
sedibus Elysiis condiderunt tumulo.

CIL. VIII suppl. 13110, eph. epigr. V 450 descr. Ioh. Schmidt Carthagine in sepulcreto familiae Caesaris pertinente ad Hadriani Piique Augg. et Marci Caesaris aetatem praescriptum *d. M. s.*, in fine adiectum *Victor uix. an. V*

1189

Reliquiae cineris tumulo man|data quiescun(t),
Aug(usti) lib(erte), sacro hoc tibi, Metro|bie.

huic non dura colu Clotho decreuit | in annis,
ter decies quinos degere quem uoluit. |
praefuit hic longum tibi, Pandotira, per aeuom
prouidaque in melius iura dedit populo.
plena bono mens aequa fuit, non aspera lingu(a),
inculpata fides innocuusque pudor.
nullus fulgorem ualuit decerpere liuor,
constit(it) ad finem ultima[que h]ora nitor.
te tua natorum deflet pia tur[ba] tuorum
consesuque parí turba piata gemit.
esse tibi credas omnes de mor[t]e parentes:
usque adeo aequalis maeror in ora fuit.
eminet in luctus prima omnium Iulia coniunx,
per quem si fas est uiuis [i]n Elysium.

CIL. X 6785 descr. Mommsen recognouit Dessau, uncinis rectis inclusas litteras quae nunc periere uiderant priores, peculiari libello Dom. Cerulli (Neapoli a. 1772) tractasse narratur rep. in Pandateria insula nunc Neapoli. litterae sequioris aetatis. congruunt lapidis uersus cum metricis a u. 4 subscriptum *decessit X k. Decem. L. Arr(un)tio T. Flauio Basso cos.* anno nondum explorato 1 *mandata* quasi praecesserit *ossa, membra* sim. 5 Πανδώτειρα, at scriptorum codices consentiunt fere in *Pandateria* aut *-taria* nomine 12 turba *piata* uidetur populus dici cui Metrobius praefuerat, quem lustratum piarat praefectus iuri dicundo ac fortasse simul sacris. christianum alii propterea titulum habuerunt male 16 i. quam

1190

Hic lapis et tutámen erit post morte sepulcri
et dabit indicíum obitos hic esse sepultos,
si tamen at Manes credimus esse aliquit.
uíuere quo prodest, nisi sí post morte cauemus?
nomen, fama uolat tantum corpusque crematur,
aeternamque domum petimus et fine laborum.
dum legis hoc, disce ponere et ipse tibi.

CIL. XI 1616 descr. Bormann. AL. Burmanni IV 189, Meyeri 1307 apud Florentinos (rep. in Valle umbrosa) cippus marmoreus ornatus floribus et aerario instrumento, malleis forcipibus incude. praescriptum carmini *d(is) M. u(iuus) f(ecit) Q. Vibius L. f. Sca(ptia) Maximus Smintius aerarius sexuir sibi et Maeminiae Q. f. Maximae uxori dulcissim(ae) et Q. Vibio Q. f. Vero f(ilio) et L. fratri suo*
2 s. molesta ambage perplexus sensus: hic esse, si omnino sint. *sunt aliquid Manes* (Prop. IV 7) celebratum erat
5 '*cauemus nomen* supple *uiuere*' ita construebat uerba Gorius I 444, 76 7 *hoc* iungendum cum *legis* uidetur, *ponere* absolute dictum

1191

Praete]riéns quicumque legés h[aec carmina nostra,
qua]e tibi defuncti nomina uer[a dabunt,
incompto]s elegos ueniam peto ne uer[earis
perlegere, et dícás carmen ha[bere fidem.
Caecilius Niger est híc ille s[epul]tu[s ad undas,
quo cernis titulum, stab[at et ipse loco.
nunc tibi nauales paucí damus ul[tima dona,
hoc et defuncto corpore munus [habe.
ossa tuís urnís optamus dulce quiesc[ant
sitque leuis membrís terra m[olesta tuis.
arti[fi]cí artifices Nigro damus ista so[dales
carmina quáe claudit iam rap[idus Rhodanus.

CIL. XII 5811 ad ectypum, recognouit DeLaurière Revue épigr. du midi 1890 p. 43 Arelate. ex praescriptis superest .. *Cae*]*ci*[*lio*] *Nigro fa*[*bro nauali* lapidem in ripa Rhodani conlocatum fuisse quo loco fabri nauales constitissent sumpsi adsensusque est Hirschf. qui suppleuit cetera. recognito lapide pauca mutanda erant, ut praeierunt DeLaurière et Thédenat
1 *et carmina nosces* Hirschf. 4 *habere bene* Bormann, *haue atque uale* Hartel 6 *star..* DeLaur. quod si uerum est, datur *in arte - stare loco solitus* 7 suppl. Bormann et Hartel 11 *nos pau*]*cí* Hirschf. correxit ex lapide De Laur. Hesiodeum τέκτονι τέκτων memorat Leo 12 *iam res..* DeLaur. unde *resoluta salus* ipse et Thédenat, ego malo *resonans* (siue fluuius siue gemitus)

1192

Debita coniugió Apelles pia carmina scribit,
quam rapuit mors inimica uiro.
haec debent memorés postrema in morte referre:
o requiem gratam quam pia cura dicat.
coniugis officium testatur carmine paruo
extremumque tibi refero munus, Sempronia
dulcis, casta uiro, reuerens pia kara fidelis:
tot damna amissa coniuge iure fleo.
te, lapis, obtestor, leuiter super ossa quiescas
et mediáe aétati né grauis esse uelis.

CIL. XII 861 descr. Hirschfeld etsi euanida quaedam a prioribus sumpsit. AL. Burmanni qui Tollium adhibuit IV 175, Meyeri qui Millinum 1299 Arelate in cippo marmoreo litteris saeculi II. supra fictum par columbarum cum rosa et inscriptum *d. M.*, infra *Sex. Pompeius Apelles coniugi incomp(arabili)*
1 fuit in archetypo nomen tale *Faustus.* correxit uersum Doruillius in exitum transferens *Apelles* 2 *caro* uel *misero* adicit Burmannus, *maesto* Tollius 4 *ob* edebatur male 5 *testatur* passiuum (*testo pro testor* Priscianus p. 392 H., centiens *testatus*) 6 paene hexameter *refero Sempronia munus*, pentametri causa *munus amans refero* Burmannus, addas *defero munus amans* uel *munus amore datur* 9 distichon saepe repetitum, cf. 1152. *mediae* ridicule admodum substitutum pro *tenerae*

1193

Siste, precor: quaeso, | cipum cognosce uiator. |
Antisporus a(nnorum) VIII carus | omnibus hic situs est. |
et precor ut dicas: | Antispore, sit t(ibi) t(erra) l(euis).

CIL. II suppl. 5907 descr. Huebner Castulone translatus in museum Matritense cippus magnus, litterae bonae et tenues saec. II dicuntur 2 et 3 distorti ex nomine proprio elegiaci

1 *cipus* scriptura non infrequens in libris (Pers. 1, 37, mus. rhen. 33 p. 490)

1194

Mater si poss[em], fili uice morte s[ubirem.
  nunc iacis hoc tumulo, sit tibi terra leuis.

CIL. II 3453 ex schedis Noua Carthagine subsequitur *Aucta Zenon. l. mater Philocalo, Adenta* (*Philocale Fadonia* Hueb.) *soror de suo*

1 *s . i . p . ossa...* traditur, emendauit Huebner. tum *mortis.s...* traditur, *morti succumberem* prop. Huebner, *morte* puto pro *mortem* 2 *iaces* Huebner, cf. 128 al.

1195

Sist]e gradum quicumque precor paulumque m[orare:
  dis]ces summisso carmina maesta s[ono.
. . . . felix palma flore . . . uit . . . . . . sor
  . . . . . .
. . mum . . . . .
  e]t bis ut undenos, inuida morte prem[unt.
M]anibus ara m[eis] . . . ta in . . . . .
  . . . . funere nostra . .
. . . . la quicumque ui[debit:
  Callityches] cineri terra sit usque [leuis.
. . . miser]is etiam solacia pra[estat
  et quod turb]a terit laeta freque[nter iter.
. . . h]oc quod sum . . .
  . . . . . . :

CIL. II 1094 ex Braui schedis et Bayeri, hunc potius quam illum sequendum duxi fuit apud Ilipenses in Baetica in duas partes fractus lapis usque quaque detritus. praecessit *C*]*alethyce an. XXII*

2 *regressum* Brauus (*discessum* suppl. Bayer) 3 *infoelix primo flore sepulta soror* Br. neque hoc neque *uxsor* probabile, fuit uelut *hic ego sum infelix prima florente*

iuuenta, Leo arbitratur *aetate infelix-reuellor* 5 finxi talia *undecumum annum ut uidi, orbant me fata parente* uel *aegro me corpore fata* 6 *ut* scripsi: *ui* Bayer *uiua* Brauus *premor* Br. 7 s. uelut *patroni hic est data in agris ossaque praeclaro f. n. tenet* 9 *dicet praeteriens illam* 11 uelut *flentibus hoc nostris* uel *hoc matris lacrimis*

1196

Paulum] praeteriens nostro remor[are sepulcro,
du]m festinato lumine pauca l[egis.
Cre]scens hic ego sum: fueram [spes magna parentum,
quod non adcreui, nome[n inane fuit.
o]mnis amor patriae populi m[e uoce secutus,
hunc mors praecipuum testi[ficata meast.
n]obilis ingenii uirtus uirtute [loquelae,
cum pietate pudor non tem[eratus erat.
ha]s laudes tumulo nostro pa[ter ipse notauit,
i]ndice quo solo mors m[ea morte caret.
qu]od uia finitimast, m[ultis haec scripta legentur:
t]u me praetereens ne [uiolare uelis.
M]anis e numeris [nostris ut gratia tangat,
iam q]uia legisti, dic s[uper ossa: uale.

CIL. II 3256 descr. Huebner in Baesuccitano municipio Hispaniae Tarraconensis praescriptum .. *Cassius Crescens h(ic) s(itus)* [*est*. plurima et certa supplerunt Huebner et Haupt, ego exitus potissimum uersuum 9 ss.

3 *fueram modo nomine Crescens* Hirschfeld 5 datur *populi maerore reuixit* sim. 10 *miseranda iuuat, monumenta refert, mihi clara manet?* certe sententia similis istius *licet sors iniqua fatorum uitam abstulerit, memoria tamen laudis eius et gloriae manente hoc titulo durabit aeterna* (Lugduni, Allmer III p. 187)

1197

Nomine Iulianus, menses exc[e]dere septem
haut licitum, multum fleuit uterque parens.

CIL. II 562 descr. Huebner, Kaibel inscr. Gr. Sic. 2541.

AL. Burmanni IV 226, Meyeri 1333 Augustae Emeritae Lusitanorum. praecedunt graeca disticha duo μήτηρ μοι Γαιῆνα, παρ' ἠρίον ὅστις ὁδεύε[ις], ἤγειρε στήλην σὺν πατρ[ὶ] Cωσθένεϊ, πόλλ' ὀλοφυρ[ά]μενοι μικρῷ ἔπι· ἦν γὰρ ἐμο[ὶ] μεὶς ἕβδομος οὐ πλήρης, οὔνομ' Ἰουλιανός. graecam nominis mensuram etiam latinus interpres tenuit

2 *e* in *uterque* posterior per *ii* expressa

1198

Qui legis has pueri moribundas perlege uoces
et lachrimam fatis da gemitumque meis.
Murra patris primam referens e nomine partem,
amborum effigiem matre fauente tuli.
bis mihi septenos aetas ostenderat annos
certaque iam nostri fama pudoris erat,
cum subito mortis, pro fallax, causa fuisti
lusus et aequalis non inimica manus.
nam temere emissus non ad mea funera clauus
haesit et in tenero uertice delituit.
at uos hoc] primum perculsi uulnere manes
parcite iam luctu sollicitare meos,
quos simul alterius] posuistis funere nati,
trimus et in decimo mense sepulte iaces,
ad placidas quem di sedes curisque] uocarunt
immunes: nostris ossibus urna sat est.

Spon antiquités de Lyon ed. II p. 81 qui descripserat a. 1678, male iterarunt Allmer et Dissard mus. de Lyon III p. 464. AL. Burmanni IV 233, Meyeri 1340 in arca effossa e coemeterio christiano, periit. praescriptum *Murrae et Verecundo Murrani filis.* Murram cum ipsum nomen (nam anceps uersus 6 et cetera) puellam indicare uideatur, Burmannus pro puero habet, tamen ne sic quidem 1 *pueri moribundas uoces* plane expediri fatendum est, eae enim morientis sunt (Stat. Theb. VIII 642), hae mortui, sane ultimae

3 *primum - patrem* Sponius in miscellaneis 4 *amborum* parentum 7 *subitae* AL. 9 *missus* Allmer sed *temere* tribrachy est 11 *at uos qui* Burmannus 12 *luctus* Bonada. cf. 995, 20 15 fortasse propiora a uero talia

care, Verecundum quem ob mores labe uocarunt immunes, si modo *immunes* recte exceptum est et non imminutum de *comm-*

1199

. . . . s nocc . . . de simul
. . . . . is generare dolorem
. . . . uixit Olimpiadas
. . . . lin]quit suspiria tanta

CIL. XII 2314 descr. Allmer prope Gratianopolim in fragmento marmoris

1 secundum litterarum uestigia fuit tale *nocet inde.* post *simul* designata est etiam pars *i* litterae 2 qui tantum potuit nobis generare dolorem, namque duas non plus uixit O. 3 hemistichium idem Mart. VII 40, 6 et Aus. par. 1, 4 4 in. *quiii* fertur, corr. Hirschfeld

1200

Heu tumulo Donat[a iaces: reddit tibi mater,
filia quod matr[i reddere debueras.
uita tibi breuis est: a[nnos tres nata decemque
clara iaces fo[rma nec minus ingenio.
quod si qua ad Ma[nes poterit descendere fama,
magnus honos c[ampis te manet Elysiis.
tu felix, miseri qui te [genuere parentes
et longum uita[e te sine tempus habent.

Revue épigraphique du midi 1888 p. 359, 708 ex apographo uetere, suppleuit Thédenat ibidem 1890 p. 64 in colonia Apta Iulia

1 *donae* fertur, Donatam puellam Allmer fecit. potuit *donata* tumulo dici alius nominis filia 3 *uix nata decem et sex* Théd. 4 *nec pietate minus* idem 8 *quod superest senibus* Leo

1201

hoc pietatis opus fecit tibi, nate, sepulcrum
lectaque sollicita condidit ossa manu.

CIL. XII 879 descr. Mommsen aliique Arelate. praescripta incohant dactylos et sermonem *Seuero Romula mater*

2 *lecteque* lapis errore quadratarii, neue suspiceris debuisse incidi *sollicite*

1202

. . . nec duro iam doleas obitu.
nec tibi nec nobis aeternum uiuere cessit:
quod pueri occidimus, fata querenda putas?
dum sis in uita, dolor est amittere uitam;
dum simul occidimus, omnia despicias.
orbem sub leges si habeas dum uiuis, ad Orchum
quid ualet? hic nulla est diuitis ambitio.

CIL. XII 5272 ex schedis, Gruter 718, 3 ab Scaligero. AL. Burmanni IV 94, Meyeri 1229 fuit Narbone. infra legebatur *hoc monumentum*] *h*(*eredem*) *n*(*on*) *s*(*equetur*)

2 *sessit* pars tradiderunt, *cessit* fortasse coniectura inuentum est 5 *semel* corr. Scaliger aliique (*cum semel occideris* Schraderus ex Horati c. IV 7, 21). scriptor etsi *simul* ab *omnibus* diremit, utrumque utrobique intellegi uoluit 6 V. Aen. IV 231 *ac totum sub leges mitteret orbem* *dum* unus Borel: *num* ceteri

1203

Vita breuis longo melior mortalibus aeuo,
nam paruo spatio floruit haec anima
bis denos perfuncta annos sine crimine morum:
uita beata fuit, spiritus hic nituit.
at patrum miseranda aetas anima cruciatur
poenaque de longo tempore longa data est:
de senio luctus, senium fletu renouatur,
utraque res mortis durior exitio.
dat tamen haec patronae pietas solacia fidae,
iugera quot terrae dedicat hic tumulus.

CIL. V 5320. AL. Burmanni IV 359, Meyeri 1443 Comi, periit. praescriptum *d. M. Anniae Agathonices*

5 i. parentum. sic adeo in pedestri epitaphio Iustini Marcelli infantis *M. Iustinius Secundinus et Primania Marcellina patres amissione eius orbati* (Lugduni, Allmer III p. 294) 8 *durior* Iouius auctor antiquissimus: *dulcior* ex Apiano Gruterus 931, 9 9 *patronae* substitutum pro *dominae,* cum ex serua liberta facta esset Agathonice, defor-

mauit uersum cf. 1009, 1 10 *titulus* Schraderus. pluribus modis construi uerba possunt, *quot* pro *quod* uideri scriptum, *dedicat* ad piam patronam referri; ego sic accipio: tumulus quot iugera terrae sunt tot dedicat, sacris destinat

1204

'Crudeles Parcae | nimium' matercula | dicit,
quoius in hoc | tumulo filia parua | iacet.
debueram | prius ipsa mori, sed | numina uestra
qui | coluere cadunt, neg|lexere, manent.
in|fernae, uobis commen[d]|o uirtute satactam, |
circu hoc tumu[lum quae] | cinis occu[litur.

CIL. III 2341, suppl. 8623 contulere Mommsen et Hirschfeld. AL. Meyeri 1532 Salonis litteris pessimis et per extremos uersus informibus aut semibarbaris. praescriptum *Fuficia Agre*, infra extremum uersum olim in medio *s* apparuit, carmini tamen nihil puto deesse, eius maiorem partem aliunde translatam

1 cf. 1156, 4 3 *numiiia* lapis 4 debuit ad hanc speciem *qui renuere* 5 *infernae* absolute deae inferorum aut quae supra Fatae. *uoces* legerat Mommsen. iustos modulos restituas *trado* si scripseris aut *mando*. ultimum uerbum perfectam significare uidetur, quae sat egit, cf. *obita* sim. 6 ita Mommsenus nisi quod *occubuit* scripsit, potest *quam c. occuluit*. non sufficere post *satactam* spatium uidetur ut addamus *iam circu*

1205

Quisquis es, atuentum nostrum | contempla sepulcrum,
siste | [p]recor, paucis perlege fata mea. |
me mater genuit gremio nutritq. | [la]borem,
spemque et opem uítae | [p]rodideratque suae. |
[hi]c iaceo infelix cinís et combusta | [fa]uilla,
hic sunt discordi [sta|mina ducta colo.
d]esine iam de me dulcis | [matercula] flere
et sine [nos | uno deinde] iacere loco.

CIL. III suppl. 9314, eph. epigr. IV 657 a, uidi ectypum Hirschfeldio missum Salonis subscriptum ...*c Rufus*

1 *atuentum* aut pro *aduentu* aut ut uoluit Mommsenus

id ad quod uiator uenit cf. *inuentum* 3 neque *labore* intellegendum neque comprehendenda *laborem spemque*, accusatiuus est adpositus actioni: gignens nutriensque me habuit laborem 4 alterum *que* enuntiata copulat, prius nomina 6 supplemento spatium sufficere negat Hirschf. quasi quadratarius breuius metrum fecerit. adumbraui sententias, in 8 post *sine* quia in ectypo littera recta apparuit, alia nunc posui, antehac *sine me hoc uiuens ipsa*

1206

Inuida Parcarum series liuorque malignus
bis septena mea ruperunt stamina lucis.
parcite iam lachrimis miseri soliq. parentes,
sat fletus uestros prima fauilla bibit.
corpus habet cineres, animam sacer abstulit aër.

Revue archéologique a. 1872 p. 125, CIL. III 6384 ad ectypum prope Salonas. praecedit *Q. Aeronio Firmino d(e)f(uncto) ann. XIIII mes. IIII Q. Aeronius Crescens et Caetrania Firma paren(tes) filio pientiss. lib. lib(ertabus)q. suis.* sinistra cernitur iuuenis mitra phrygia ornatus pedo innixus

2 *meae* correxit qui primus edidit Dumont 5 immo *habent* cf. 611, 5. tum *aer* pro aethere qui in hac sententia saepius uocatur: ὑγρὸν ἐς ἀέρ' ἔβη in peplo Pseudaristoteleo 42, *abstulit aer* in fine hexametri Valerius Fl. I 497

1207

Terra tenet corpus, nomen lapis atque animam aër.
quam melius fuer[at . . .

CIL. III 3247, acta epigr. arch. Vindobon. 1882 p. 118, CIL. III suppl. 8003 contulit Domaszewski Tibisci in Dacia, nunc Temesvari in museo lapis infra mutilus. praecedit *d. M.*

2 *Qu. Ammerus ser(uus)* aut similia priores. sententia fuit opinor *non tetigisse solum*, μὴ φῦναι ἄριστον

1208

Hunc titul(um) | posui miserabile munus, non satis | ut meruistis.
quattuor amissis te quin|tum, Salui, flere necesse est adsiduae | dum mea fata resistent.

te nunc amis|so domus inclinata recumbit.
depon(am) | luctús cum te sequar, cáre, per umbr(as). |
dulce meum Saluium liceat mihi dicer(e) | semper.
optauer(am) tumul(um) tu mihi ut facer(es). |
tot bona tum carui, merit(o) te, care, requiro.

CIL. III 3241 contulit Mommsen Sirmio Vindobonam delatum. supra duae protomae uiriles ac petorritum et uenatio uisuntur, infra puellae uirique protomae, utrobique praeterea genii. principium tituli hoc est: *d. M. . . . XXXVII, Saluio ann. XXXIII frume(ntario) leg. II ad-i(utricis) Iul. Asclepiades caris suis, hunc titul. posui* eqs. primi uersus uariis locutionibus mixtis ultra legitimum numerum aucti

2 tolle *Salui*, tum post *est* quae sunt adsumpta ex tali carmine *fleberis adsidue donec mea fata resistent* (Vergilianum *ni fata resistant*) 3 *in te omnis domus inclinata recumbit* V. Aen. XII 59 4 aptum numeris *sequar ipse* 5 i. dulcem. at primigenium *dulce meum decus a* sim. 6 pentameter *optaram t. tu mihi uti f.* 7 *carui, care* uetus et recepta paronomasia (Cic. or. 157 GLK. III p. 219, 9) *mert te* apparuit

1209

Hoc posita in tumulo | puerí sunt ossa, uiator, |
quem super in titulo | [lacrimat us]qu[e] pa[te]r
et c| . . .

CIL. III suppl. 10947 descr. Domaszewski Scarbantiae in Pannonia superiore (Oedenburg). praescriptum *Dasius C. Farracis Iucundi* qui Ascanio liberto titulum posuit III 4257

2 ..*qua* aut *que* lapis, *flebit iniqua* proposuerat Domasz. nisi tamen hexameter fuit exiens in *ha]beto*

1210

Vna Iuuaniae domus hos produxit alumnos,
libertatis opus contulit una dies.
naufraga mors pariter rapuit quos iunxerat ante,
et duplices luctus sic periniqua dedit.

CIL. XI 188 descr. Bormann. AL. Burmanni IV 100, Meyeri 1233 Rauennae. praecedit scriptum sub protome duplici *duo(rum) Iuuan(iensium) Lupi et Apri*
1 *Iuuaniae* oppidi ut uidetur Norici, quod solitum est Iuuauum uocitari ciuesque Iuuauenses (CIL. III p. 668)
3 reapse iungunt se ad mortem naufragi amantes in Petroni sat. 114

1211

. . . . erat annus
. . . . or exanimis
. . . . re uirili
. . . . deis
. . . . cursus
. . . . ante meis.
nunc pater et mater nato fecere sepulchrum
osaque funestis fletibus adluerunt.
sed quoniam multi talem sensere dolorem
nec quisquam leti uincere uim potuit,
desinite extinctum dulces me flere parentes
desinite et fati tristia iura queri.

CIL. IX 4744 descr. olim Pighius nuper Guardabassi, Gruter 1126, 8. AL. Burmanni IV 239, Meyeri 1344 Reate. praescriptum nomen fortasse matris *...l(ib). Chila,* uersus sex priores laeuam partem lapidis tenuere, posteriores dextram
2 potuit esse *tumulo contegor,* 3 *decore* 8 i. ossa ut CIL. IX 2829 *osa sita Stephani uilici* *fletibus* Guardab. ut emendarat Schraderus ep. crit. p. 71 (qui contulit Heinsiana Claudiani in Rufin. II 472): *fluctibus* Pigh. *abluerunt* Burmannus 9 *ne possim tales sentire dolores* Tibullus II 4, 7 11 *destitit extinctos natus lugere parentes* Catullus 64, 401

1212

Siste gradum quaeso, sine te leuet umbra tenacem,
hospes, iter durum est, quid teris usque uiam?
audi pauca, moram faciunt mea dicta laboris,
sed memor haec imo pectore conde tuo.
crudeles diui, Stygias quicunque paludes

incolitis, nulli qua datur ire retro,
quid uos immatura iuuat, quae uestra futura est
post modo consumpto tempore, turba, tuo?
fletibus adsiduis luget mestissima mater
quae prior occidere quam naiamira dari
igni debuit, ut superi pia fata tulissent,
et pater hoc titulo debuit ante legi.
his ergo mea dicta refer: desistat humatam
ulterius lachrumis sollicitasse suis;
sum defleta satis, finem decet esse dolori;
qui semel occubuit, nulla querella iuuat.

CIL. IX 3071 (IRN. 5334) Interpromii, periit apographum unum habemus a. 1754 diuolgatum cuius uitia emendauit Lachmannus. fidem auctoris tuetur Mommsenus, sed interpolatum carmen est sine dubio

1 *tenacem* utrum ad *te* an ad *gradum* referendum sit dubites mirerisque cola quae continuo secuntur minuta 2 *uiae* apogr. apte si *quod* correxeris 3 *labores* apogr. 5 principium Tibullianum I 4, 35 8 *turba suo* Lachm. tum super hoc *curba* correctum uelis, nunc *turba* pro uita aut mundo 9 *maestissima mater* Sapphus epistula 153

10 *occidere et quam* Lachm. uel nomen filiae uel *sua nata* in *naiamira* latere suspicatus. *occideri quam naiamira dari eigni* | *debuit* apogr. non tam *nata mira* aut *nostra* scriptum fuisse putarim quam *inmatura* 11 *ut* pro *si*, diffido 13 *dic sit sat* Lachm. coniecit. singularis pone *his* inlatus minus est offensui (1036, 10 al.) quam infinitiuus perfecti ad *desistat* adpositus sine causa

1213

Fato crudeli siqua est erepta puella,
certe ego quae dominae cara puella fui,
quae me omnes artes docuit. doctissima cum essem,
rapta Scope nunc legor hoc titulo.

IRN. 5463, CIL. IX 3122 descr. Mommsen. AL. Burmanni IV 133, Meyeri 1260 Sulmone litteris perexiguis. supra imagunculae et diptycha et cymbala repraesentata

sunt inscriptumque *Scopeni ann. XI Vettia Natalis, Vettia Prima p(osuere)*
2 *cara puella* quo tritius eo in hac metri parte rarius (Lygdamus 6, 12) 3 *qua.e* pro *quae* lapis 4 *Scope* dum uenit in locum nominis talis *Philematium* numeros pessum dedit. *a Persephone* Heinsius proposuerat *tegor hoc tumulo* Burmannus

1214

Praeteriens, tendis] quocumque ex urbe, sepulcrum
fleto. parua mor]ast: tu quoque flendus eris.
hic iacet, ingressus qui u]ix dum limina uitae
dum superest mater, p]ertulit ante mori.
immaturus abit pri]maeuo flore sub umbras,
non dilecta magis qu]o mihi uita fuit.
patre bonisque puer cu]nctis, bonus indole, dignus
in uita mirum] ni renobasset abos.
sed tibi praeripuit cas]us tot praemia laudum,
et semper miserae iam m]ihi flendus eris.
ultima donaui tamen h]aec pia munera mater,
aeterna et iunget me tibi,] nate, quies.

CIL. XIV 3940. AL. Burmanni IV 273, Meyeri 1488 Ereti in Sabinis tabula marmorea fracta a Donio exscripta periit, suppleui
8 *renobassit* traditur

1215

Digna] uiro posuit coniunx memora[bi]lis ae[uo,
digna pio nato qui cito raptus abit,
munera quae decuit natum patriq. matrique parare.
in [cog]natorum serie maneant [monimenta,
si pia uota mihi titulis tristissima [reddent,
quae suboles olim seruauit tempore longo,
ditalesque dabunt epulas meritis pro talibus illi
et natum patri matris pietate probabunt.

CIL. VI 17518 ex Ligorio qui pleniorem uiderat (Muratori 1341, 10) aliisque. AL. Burmanni IV 208, Meyeri 1482 ad pontem Cestium trans Tiberim, periit inter uersus 6 et 7 haec feruntur *A. Fabio Daphno Fabia Pyrallis coniugi carissimo posuit* isto quidem loco male interposita, sed 7 et 8 quasi ima in codicillis cera possunt haberi pro adscripticiis. mater quem ante hanc curam planxit filium alio patre natum esse uereor ne ultimus uersus indicet. cf. sequens carmen

1 expleui, Burmannus proposuit *orba* aut *cara uiro* *aeuo* uolgo, *ae*.. Lig. *a[ram* Henzen 3 *patriq. matrique* testes, licet contrarius ordo magis conueniat metro 4 *in* ...*natorum* Fabretti 190, 440 Henzen, *in to..catorum* Lig. sed *tot natorum* alienum hac matre. *fatorum* latere Burmannus coniecit *ma*... tantum Fabr. *mannauit....anef*.... Lig. edixisse illam sumpsi ius monumenti futurum esse penes cognatos qui post mortem suam inferias daturi sint a se uotas. et *maneant* quidem recte mihi restituisse uideor 6 *seruauit* futuri esse temporis Schraderus monuit 8 *ditalesque* traditumst sine diastole, recte opinor quamuis noue, a Dite ut ferales nouendiales denicales auernales stygiales al. *di talesque* uolgo, *dique dabunt* corr. Burmannus

1216

Cunctorum haec suboli sedem post morte reliquit,
ante tamen nato, coniuge et ante suo.
nondum secura dum flet maestissima mente,
occidit et tristes decepit maesta fouendo.
set nos soliciti memoresque parentis amore
matrem cum nato coniuge cumque suo
securos colimus memores de nomine nostro,
et faciet suboles multos memorata per annos
sacra deis patribusque suis, memoresq. priorum
et memores nostri nostrorumq. alta propago
aeterno seruent semper memorabile nomen.
quisquis es aut olim nostra de stirpe futurus,
sis memor antiqui nominis et tituli,
in quorum titulo hic datur esse locus,
et domus aeternae tu tueare focos.

CIL. VI 17622 ex schedis, Gruter 939, 1. AL. Burmanni IV 394 et 395 cum quattuor extremi uersus tamquam diuersum carmen separati sint, Meyeri 1451 et 1452 Romae trans Tiberim, periit praecedit *d. M. Fabiae Pyrallidi optimae et sanctae patron(ae) de se bene merit(ae) Artemisius libertus.* nimis garruli uerba hominis luctantis cum sensibus numerisque. cf. carmen superius scriptum ab ipsa Pyrallide

2 *coniugi* Fabricius, idem illa forma ualet 4 *decepit* morte sua, cf. VI 27805 *filis karissimis qui deceperunt una unoq. lecto elati* uel 29195 puer *deceptor parentorum* 5 *solliciti* alii 8 *memorata* μεμνημένη cf. 596, 7 11 Vergili exitus Aen. II 583 12 *est* testes plures: *es* Sabinus et Manutius 14 *tumulo* Schraderum secutus Meyerus proposuit 15 *aeternaeq. domus* emendat Fabricius

1217

Diua, precor, Tellus aeuo complectere sancta
ossua quorum in hoc nomina sunt lapide.

CIL. VI 18149 descr. Henzen, Muratori 1676, 9. AL. Burmanni IV 334, Meyeri 1424 prope portam Latinam rep. nunc in museo Capitolino. pone *lapide* scripta sunt nomina *Fl. Ophelionis, Fl. Bebrycis*

1 *aeuo* lapis quod tolerabile per se puto titulorumque usu probatum: *aluo* Muratorius quod iungatur cum *sancta*

1218

Quisquis es, huc oculos paulum conuerte uiator
et lege quod nomen hic titulus teneat.
Antoni fratres, uiuorum plaga parentum,
perfuncti fato hic tenuere locum,
ambo per inuidiam crudeli funere rapti,
Rufinus prior et Rufinilla dehinc.

CIL. VI 12009 contulit Nissen, Fabretti 188, 432. AL. Burmanni IV 129, Meyeri 1256 Romae in basilica S. Pauli marmor diffractum. praecedit titulus Antonio Rufino ann. XII et Antoniae Rufinill(a)e filiis inscriptus ab ...inio Victore et Antonia Rufina parentibus, ergo *Antoni* u. 3 pluralis numeri est. carminis litterae quaedam a superioribus lectae iam interciderunt

6 non post *prior* pausa incidit ut Burmannus opinatus

est correptas primas in *Rufinilla* uituperans sed post *et*, hemistichium alterum incipit ab spondeo cf. 1004, 2 1204, 4 al.

1219

Viginti duo erant anni, si fata dedissent,
cum me florentem rapuit sibi Ditis ad umbras:
abrupit dirae sortis iniqua dies.
heu nimium cito rapte patri, cito reddite fatis,
et matri cito rapte tuae, cito redditus umbris.

CIL. VI 25871 contulit Henzen, Muratori 1210, 9. AL. Burmanni IV 287, Meyeri 1383 uia Appia ad S. Caesarii repertum marmor, nunc in museo Vaticano. praecedunt haec *d. M. C. Satellio Clementi C. Satellius Asper et Glitia Mansueta filio piissimo et sibi, lib*(*ertis*) *lib*(*ertabusq.*) *post*(*erisq.*) *suis*, subscriptum *h*(*oc*) *m*(*onumentum*) *h*(*eredem*) *m*(*eum*) *non s*(*equetur*)

1 *nisi fata - dedissent* V. Aen. XI 112 *si - fata dedissent* Ou. met. X 163: non plenos exegerat annos XXII 2 *Ditis* nominatiuus ut supra 1148, 7 (Petron. 120, 76 al. licet uetet Caper GLK. VII p. 109), non ut apud Martialem *reuocatus Ditis ab umbris*

1220

Maximus hic recubo | dulcissimus infas
bimulus | in tertium escendens. sis | mihi, terra, leuis.
dulcis | eram matri, carior | usque patri.

CIL. VI 22321 descr. Henzen, Guasco mus. Capitol. 649. AL. Burmanni IV 303, Meyeri 1492 praecedit *d. M. s.* post *patri* nullo dirempta interuallo leguntur haec *fecerunt L. Petronius Ampliatus et Masonia Briseis filio dulcissimo* tertius uersus elegiacus legitimus, secundus idem uno pede auctus, primus uno pede minor herous (*bimus dulcissimus infas In tertium* corrigit Henzenus)

2 saepius legitur *ascendens* ut 149 et 1084 *sit* Maffeius mus. Ver. 295, 2

1221

fratres o . . . . . . s liqui . . .
matre so . . . . [a]tque patre
annoru[m] . . . . o et octo fui.

Notizie d. scavi 1886 p. 403 n. 473 descr. Lanciani de sepulcreto uiae Salariae fracta tabella. praescriptum erat nomen ...*ius P. f.* ...*dus.* uersus fuisse uidentur hexameter duoque pentametri uelut *flentes liqui simul omnes, matre soror fleuit maestior atque patre, annorumque decem tantum ego et octo fui*

1222

Ille ego Alexander genitore Eupaede cre[atus,
quem genuit mater docta Lacaena pium.
hic mea ferali requiescunt ossa sepulcro,
et cinis est corpus quod fuit ante meum.
i]nuida nascenti Lacesis fuit, inuida Cloto
. . . . .

CIL. VI 11407 descripsit ediditque Bormann inscr. lat. nou. p. 9 ex Transtiberinis inlatum museo Capitolino marmor fractum, in quo post uersum 5 urceus fictus est, effigiem excepere uersus alii fortasse totidem quot supra inscripti sunt. forma litterarum ac frequens contignatio aetatem inferiorem indicat

1 *euraede* lapis 3 posterius hemistichium idem cum 609, 1 5 cf. 1169, 7

1223

Hic nunc ae]ternas situs sum qui raptus [in arces
annos a] decimo octaum menses qui dies
suauiloq]ua priscis aequabar doctus in art[e,
nec potuit] fatum uincere blanda dies.
quid mis]eri fletis solito de more parent[es?
omnes] aeque rapit Ditis acerba man[us.
et nos pe]r Stigias portabit portitor unda[s,
cum uitam P]arcae linquen[t] et stamina Clotho.
r[aptum, c]are parens, colito per tempora fa[tis,
sique uoles] semper dulci me uoce uocare,
ad super]os iterum uibam te sospite semp[er.
nec tu] nunc, genetrix, tristis sic fata l[acesse,
sed po]tius optes mihi quetos optima Man[es
spargas] adque mero tumulum mihi in aeuo.

CIL. VI 25128 fide Passionei qui possederat praescriptum *d.*] *M.* | .....*nti qui uixit* | [*ann. X*]*VIII mens. VII die X..*, subscriptum *feceru*]*nt Publicius Euplus et Publici*[*a*].. | ..*parentes filio pientiss*[*imo*].. | ..*Domitius Calocaerus amicu*[*s*.. quoniam paucae absumptae sunt litterae, de sententiis satis constat, refeci

2 uersui sufficit *mensesque diesq.*, nullus post *dies* hiatus indicatur, accusatiuus aeque dissolutus incedit 1119, 1
7 *portarit* fertur (idque si cogemur retinebimus), 8 *linque net st.* 9 *redditu*(*m*)? 12 potuit *nec sis - tristis sic fata lugendo* aut *lamentans*, sed uitiosis non minus abstinere uolo quam confragosis (*flens - fata labores*, *mala - fata loquaris*). traditur *genitrix* 14 implet uersum *mihi semper in aeuo*

1224

Filius hic situs est | Iuli Bassi Bassianus, |
annos qui uix(it) X | et XIIII soles, |
quem quoniam | Manes ut alumnum | di rapuerunt, |
ne calcare uelis | nec grabis esse | loco.

CIL. VI 19874 de uisu multorum, Orelli 4840. AL. Burmanni IV 302, Meyeri 1307 ad urbem inuenta tabula marmorea extat Volaterris. praescriptum *d. M.*

1 *Titius* male Muratorius 539, 2. auctor nominis quin immo patronus patri uide ne fuerit C. Iulius Bassus qui Plinii epistulis memoratur cos. a. 105 2 lege *decem et quattordeci*

1225

Gaius Tutilius Rufinus nominor ille,
annos qui uitae linquo nouem atque decem.
heu scelus, heu crudele nefas facinusque tremendum
cum fatiare uides quam miser est genitor,
qui me conspexit moribundum, qui mea clausit
lumina diuersis aetatis uicibus.
quos non ille prius, qua non ego uoce rogaui
infelix superos? nec ualuere preces,
sed uis maior agit mortis. iam iamque parens aut
mecum semper eris, aut dolor una obiet.

Gruter 1119, 4, inde et ex Donio CIL. VI 27852. AL. Burmanni IV 330, Meyeri 1420 fuit Romae. adhaesit *hoc sepulchrum T. Fl. Eutychianus m[e]m(oriae) Rufini alumni sui fec(it)*

1 *caius* traditur. aut *s* in exitu detracta est nominis proprii singulariter ut 1250, 1 aut ut apud Ausonium *i* inter uocales indurata 4 i. *faleare cum uides,* non *confiteare uidens.* iuuit inuersionem istam quod *fateor* uerbum saepe orationi interuenit liberum. *cumputiare* (i. miserescas) in CIL. substitutum nollem 6 i. uersis, quod par fuerat minorem natu maiori praestare 7 *pius* Burmannus 10 sic iam Tibullus *transiet*

1226

. . . hic, Fortuna, sepul[tum
. . . parcere debueras
. . . bl]andisq. Charinum
. . . .rat opsequium.
. . quaeri]s si forte uiator,
. . Par]thenope patria.

Notizie d. scavi 1882 p. 410 descr. Lanciani, acta arch. municip. Rom. 1884 (XII) p. 20 n. 746 in Esquilino monte tabula marmorea. subscriptum ...*nis uix. an. III*

3 s. uelut *moribus innocuis puerum, qui iam ferre pium coeperat*

1227

Reliquias i . . . .
qui tulit heb[domada annorum non amplius unam,
mensem un[um . .

CIL. VI 16916 descr. Rossi Romae in S. Agnetis fragmentum marmoris. praecedit *d.* [*M.*] | *Domi.....* | *h(ic)* [*situs est?* puto carmen fuisse *relliquias habet hic tumulus...* propter nominatam in u. 2 *hebdomada,* id enim uocabulum Mommsenus agnouit. licetque ludere 3 *mensem unum super hanc undecumumq. diem,* nam εἴσθεσις pentametrum arguit

1228

Hos duo testa tegit coniecta in un[um
crudelis, quia deseruere patr[em.

CIL. VI 18905, Fabr. 200 XLVI fuit penes Fabrettium, iam periisse uidetur praescriptum laeua parte *P. G]auius Felix uix. ann. XVI* dextra *P. Gauius Fa[ustus] uix. ann..* . tum *hic sunt, duo fratres* uersus uterque mancus, neque tamen abscissa tota uerba uidentur ut 1 *in unum aceruum*, 2 *patrem peramantem*, ἐπείσθεσις enim nulla

1229

Hoc tibi dat tumulum pietatis nomine mater
 et properat intro solue[re membra simul.

CIL. VI 24961 ex schedis, Muratori 1205, 4. AL. Burmanni IV 228, Meyeri 1335 in domo Panizzorum Romana supra scripta haec *an. I m. V d. X: dis Manibus Primilla f(ilio) suó Ismaro*

2 *into* traditur sed *t* nodata aliqua iunctura. *soluere iusta, uale* Burmannus

1230

Hunc [R]ufum [su]auem amísit lectissima mater
 ut uíta insontem, sic pietate bonum.
amissum luxit lugebit et usque sepultum,
 nec nisi [cu]m fuerit, desinet esse dolor.

CIL. X 4993 (IRN. 4710) bis descripsit Mommsen. AL. Burmanni IV 281, Meyeri 1377 Venafri. praescriptum *Seruilia C. l. Hilara uiua sibi et suis fecit*

1 *Rufum* aut *.ufum* Momms.: *pupum* priores aut *puerum* interpolarunt cf. V. Aen. IX 272 *lectissima matrum Corpora* 4 i. post uitam

1231

. . . sep|te]m miser occidit annis |
 Heracleon septem men|sibus atplicitis, |
quos super atuixsit se|ptemq. decemq. diebus. |
 qui legitis, moneo: ui|uite, mors properat.

CIL. X 2503, IRN. 6587 descr. Mommsen Puteolis, nunc Neapoli

1 prima uerba Momms. nunc sic transcripsit ....*nis l.*

niu...., pleniora aliterque figurata olim, sed lectionem plane incertam esse ait. deest uelut *ple*]*nis* [*ereptus* 3 *uixsipi ptemq* lapis ut uidetur errore quadratarii 4 in Copa *mors* - '*uiuite*' *ait* '*uenio*'

1232

Hic puer octauo fraudatus clauditur anno,
impia quem fati saeua ruina premit:
nomen erat Clemens, minime laedendus, et annis
spes erat in puero, nunc cinis et gemitus.

CIL. X 578 (in suspicione fuerat Mommseno olim IRN. 136) periit. AL. Burmanni IV 105, Meyeri 1238 Rauelli prope Salernum in tabella
3 optes *et omnis*

1233

Si dolor infractum potuit conuellere pectus
Herculium, cur me flere tamen pigeat?
nam uelut Aeacide laudauit corpus A[ch]illi
clarus Homerus, item non tua laus similis.
te sortita Paphon pulchro minus ore notabat
diua, set in toto cor[d]e plicata inerat.
sobria quippe tuo pollebat pectore uirtus,
non aetate minor n[e]c minor inde loco.
hec mihi per ualidos rapto te morte dolores
quamuis aequanimo dat, puer, ut lacrimem.
tu placidus, dum nos cr]uciamur uolnere uicti,
et reparatus item uiuis in Elysiis.
sic placitum est diuis a[e]terna uiuere form[a
qui bene de supero [n]umine sit meritus:
quae tibi castifico promisit munera cursu
olim iussa deo simplicitas facilis.
nunc seu te Bromio signatae mystidis aise
florigero in prato congregi in Satyrum
siue canistriferae poscunt sibi Naides aequ[e

qui ducibus taedis agmina festa trahas,
sis quodcumque, puer, quo te tua protulit aetas,
dum modo . . . . . .

Heuzey mission de Macédoine 128, 61 CIL. III 686 prope Philippos in marmore cuius utraque parte uersus undecim scripti sunt neque inter 11 et 12 quidquam periisse uidetur. litterae graciles, in quibus *e* et *f*, *i* et *l* et *t*, *c* et *g* difficile discernuntur ita ut huiusmodi uarietates adnotare uniuersas noluerim, arte constipatae, aliquotiens per nexuum compendia ductae tertio saeculo adsignantur. non parens carmen fecit utpote qui deformitatem nati tacuisset, sed fecisse dominus potest studiosus facundiae

1 *infractum* Heuzey: *inracium* exscriptum est. non indomitum inuictumue dicitur, quo significatu *infractum* Symmachum infimosque posuisse obseruarunt (nec nosse tamen Priscianus uidetur in partitione uersus Aen. 12, 1), sed secundum ueterem consuetudinem fractum uel labefactum. exitus Ouidianus (her. 16, 111) 3 Achilles pulcherrimus (Il. II 674), puer non item, ille laudatus corpore, pectore puer. iungenda scilicet *non similis* 6 *corde* Heuzey pro *corue* quod puero nomen fuisse non credo 8 *ioco* Mommsenus 9 *hec* scripsi (sicut u. 3 *Aeacide*, non *-dae* tabulae indicio proditur) et *rapto*: *nec* et *rapio* editor, *rapto* etiam Hauptius 11 *suciamur* in marmore apparuit: *cruciamur* Heuzey, *sulcamur* Hauptius. reliqua ego suppleui, exitus Vergilianus 12 Mart. IX 51, 5 *tu colis Elysios*, Lucan. VI 699 13 *aiterna* descripsit Heuzey et in fine *forni*, maluit *alterna* quam *aeterna* 14 *iumine* idem descripsit, proposuit *lumine* aut *numine* 16 quod ille dei praeceptum cogitarit latet. Christi de innocentia infantium uerba disciplinaque eius imbutos Philippenses Heuzey commemorat, at pariter gentiles (uelut M. Aurelius X 1) cum ψυχὴν ἀγαθὴν καὶ ἁπλῆν commendarent uel exoptarent, oraculum aliquod uatisue dictum de simplicitatis laude extitisse facile credideris. atque eam uirtutem quae maxime assimulabat secta a Diogene instituta ferebatur iubente Apolline (Maximus Tyr. 36, 5 et 6) 17 *mystidis aise* descripsit, temptauit cum alia tum *ad se* Heuzey seruato genetiuo. ueri simile tamen habeo cum Hauptio qui *at se* recepit, plurali numero sacratas Baccho mulieres intellegendas esse, siue *mystides* recte scalptum fuerit siue uitiose *mystidis* (ut in titulo Philippensi Heuzei 71, 33 bis *Paccius Mercuriales* dicitur qui est *Mercurialis*, ut in hoc carmine u. 19 *Naidis* editum est). Thyiada Euripides simpliciter τὰν τοῦ Βρομίου uocat Bacch. 545, improbabile *Bromio - aestu*,

an nomen pueri hic fuit ut *Aesi*? 18 sic mystae inferni apud Aristophanem ran. 373 449 choros exercent per λειμῶνας ἀνθεμώδεις. *floriger* christiani poetae, *florifer* Lucretius et Lucanus. deinde Heuzey proposuit *congregat* transformatumque subaudit puerum in Satyrum. ego quod exceptum est quamuis hiatu uique uerbi insolenti suspectum non ausus sum mutare, nam *Satyrum* genetiuus est multitudinis, *in congregi* quasi in thiaso (cf. *commune municipum* aliaque adiectiua nominum potestate praedita). *congregem uti* Hauptius, *congregium* tam mihi quam Leoni in mentem uenit 19 nouum uerbum *canistriferae* κανηφόροι, florum autem ferunt Nymphae calathos. CIL. VI 29195 Vlpii Nymphici filius *anima bona superis reddita, raptus a Nymphis, uix. a. VIIII*, in Stati silu. II 6, 100 mortuo Vrsi puero *per amoena silentia Lethes forsan Auernales alludunt undique mixtae Naides.* in fine uersus *alqu* in *aequum* Heuzey correxit et cum *sibi* coniunctum interpretatus est quasi sodalem, Hauptio ac mihi magis probatur *aeque* relatum ad sequentia 21 *quoicumque* lapis, fortasse igitur *quotcumque.* desideratur sententia talis *dummodo pro meritis arua beata colas*

1234

Hic lapis ossa tegit miseri collecta Philonis
  quem uasiidls hic in . . .
cum miser in quintum . . u . ir . . . uenerat ann[um
  o. incloiiiac . . . sui . . .
quem paruom inu . catii . . . . s eripuere
  i . . nimii . . . . ii gremio ṃ . . .
perlege uersuculos . . . . nitus . . . .
  . . iiciicolo . s s . . . .

CIL. VIII 9508 (Renier inscr. Alg. 3990) Caesareae Mauret. nunc in museo Algeriensi marmor ualde detritum. praescripta *Philo L. Vibi Secundi uern(a), Vibius Gemellus filio suo f(ecit).* infra uir fictus est dextra uuam aut aliud tenens bini carminis uersus singulos lapidis aequant. distributionem hexametrorum et pentametrorum, si tamen pentametri erant, meo arbitratu feci

3 *nondum per* legere sibi uisus primo Wilmanns postea correxit *ir* idque in ectypo agnouit Mommsen 5 inuida fata parentibus eripuere exanimatum in gremio ma-

tris (*eripueri* exscriptum) 7 *cor* post -*suculos* enotarat Renier: monitus fati humani dic Philoni s. t. t. l.?

1235

. . . .

haec ....eo pater h[unc] perfecit ho[norem:
hoc si legisti, uade uale sisque be[atus.

CIL. VIII 440, suppl. 11520, Renier inscr. Alg. 3229 Ammaedarae in mausoleo magno in basi litteris euanidis. praecedunt uersus 18 quorum primi quattuor breuiores erant fortasse iambici (1 *signo in*.. agnouere Wilmanns et Schmidt), sequebantur distichorum ritu inscripti quorum haec apparuere initia 10 *curricu*- 15 *inn*- 16 *cou*- 17 *for*- 18 *ic*- et pauculae praeterea litterae, in mediis 16 *inr* et 17 *quoio*

19 deest uelut *et amore meo* 20 *haec* Ren. *h|oci* Schmidtius *hoce* uoluisse scriptorem ratus *uale sisque beatus* Ren. 'ex coniectura potius quam ex uisu' ut ait Wilm. sed *sisque be*- repperit Schm. ergo quasi hexameter pro pentametro (*ualeque pius*)

1236

Oraui causas felix, dum tertia non lux
coniugium et natos, omne decus rapuit.

Renier inscr. Alg. 478 CIL. VIII 3506 contulit Wilmanns Lambaesi. praecedit *d. M. s. L. Calpurnius Flamininus uiuus sibi fecit*, subsequitur *uixit annis LXXV*

1 *tertia lux* Verg. Aen. III 117 X 210, idem *orabunt causas*. consulto negatio uocabulo anteposita est lucis

1237

Detrahe serta comis et amorum oblita tuorum
tristis inops curta ueste, Thalia, ueni:
non manus Idalia lasciuiat improba uirga
nec fluat ante tuos lucida palla pedes.
Iulius hoc feci, Mellitus qui uocor, olim
Cupito patri, matri Venustae meae.
me posui coniugemq. meam mihi iuncta Rogatam.

ut sit in aeternum condita fama loci.
uiximus ad satiem, pietatem impleuimus ambo,
praestitimus subolem femineam duplicem.
uos quoque qui legitis uersus et facta probatis,
discite sic uestros merito sancire parentes.
ut te, Glafriane, excolerem titulosq. relinquam,
uiuos ut hoc facerem, fata dedere mihi.
Iulius hoc peto nunc a te, dominator Auerni,
cum moriar, maneant ossa quieta mihi.

Guérin voyage archéol. en Tunis 2 p. 134 n. 353, CIL. VIII 1523, suppl. 15539 uidere Wilmanns et Schmidt. AL. Burmanni IV 316, Meyeri 1408 in Thuggensi colonia. eiusdem monumenti lapis est sic inscriptus (Guérin n. 352) *L. Iulius Felix Cupitianus Mellitus hoc mesolaeum mihi et Viriae Rogatae uxori utrisque nobis uiuis posteritatique nostrae et in memoriam Cupiti patris et Venustae matris optimorum parentium institui et dedic*(*aui*) et alter sic: *idem Felix cum esset annorum LX, hoc opus sibi et Rogatae coniugi absolutum dedicauit, insuper uixit annis VI. Numitorius filius eius onor*(*arius*) *uixit annis LX m. II, hic situs est. idem* (i. item) *Rogata coniux eius cum esset annorum XXXXVIIII, hoc opus cum Mellito marito sic dedicauit, insuper uixit annis XX m. III. M. Nonius Sulla filius onor. uixit annis LXXIII* carmen duobus ordinibus continetur uersuum octonum. elegantis poetae prima esse Burmannus iam obseruauit, cetera hominem rudem ostendunt arte surrepticia abusum circa Seueriana tempora. litteras tertio saeculo alter, alter medio secundo adsignauit

2 *pulla ueste* Ximenes (Maffei mus. Ver. 467, 1), sed *curta* marmor 3 Elegiae in Ouidi am. III 1, 34 dextra myrteam uirgam tenentis commonefecit Burmannus, addo Circen Petronianam sat. 131, de Thalia amorum praeside cf. deVries ad Sapphus epist. 84 7 i. iunctam 12 *sancire* significatu nouo uenerari, colere pro sanctis 13 *Glafriane* i. Glaphyriane non liquet qui quaeue sit, utrum filia Melliti an alius homo necessarius uelut Cupitus, quod maxime placet, an maesolaeo signisque decoratum praedium pagusue quo modo urbis nomen inuenimus Glaphyram (CIL. VIII suppl. 12285 Geminius aedem Veneris *perfecit excoluit et dedicauit*) 16 *cum* | *moriar, manibus ut iaceant ossa* marmor sed medias inter *man* et *eant* litteras punctis subnotatas habet

1238

. . . . . .

uc . . . . aliis . . . . . ma tue
pau[p]ere progenitus lare sum paruoq. parente,
cuius nec census neque domus fuerat.
ex quo sum genitus, ruri mea uixi colendo:
nec ruri pausa nec mihi semper erat.
et cum maturas segetes produxerat annus,
demessor calami tunc ego primus eram.
falcifera cum turma uirum processerat aruis,
seu Cirtae Nomados seu Iouis arua petens,
demessor cunctos ante ibam primus in aruis
pos tergus linquens densa meum gremia.
bis senas messes rabido sub sole totondi
ductor et ex opere postea factus eram.
undecim et turmas messorum duximus annis
et Numidae campos nostra manus secuit.
hic labor et uita paruo cont(ent)a ualere
et dominum fecere domus, et uilla paratast
et nullis opibus indiget ipsa domus.
et nostra uita fructus percepit honorum,
inter conscriptos scribtus et ipse fui.
ordinis in templo delectus ab ordine sedi
et de rusticulo censor et ipse fui.
et genui et uidi iuuenes carosq. nepotes.
uitae pro meritis claros transegimus annos,
quos nullo lingua crimine laedit atrox.
discite mortales sine crimine degere uitam:
sic meruit, uixit qui sine fraude, mori.

CTissot in actis acad. inscr. Paris. 1884 p. 64 cum imagine heliographa, IohSchmidt eph. epigraph. V 279 VII 64 et

681 ex lapide et ectypis, CIL. VIII suppl. 11824 Mactari in prou. Byzacena inuentus lapis translatus Parisios, scriptura festinata litteris uncialibus quales papyri antiquae exhibent, menda quaedam correcta ab scalptore superpositis quas omiserat litteris uelut 8 *tuc* in *tunc*. praescripti sunt tituli *Caeselia Nam... pia uixit annis..* et *....lianus pius* [*uix*]*it annis..*, in lateribus etiam breuiores C. Mulcei Maximi a. XXX et alius uiri a. XL saeculi fere tertii

1 s. *d*]*emessor pra*[*t*]*is* [*su*]*a grami*[*n*]*a* [*f*]*alce re*[*tondens*] *uerni*[*li*] *o*[*ff*]*icio* [*deditu*]*s* [*a*]*n*[*te*] *fui* haec fere legit Cholodniak Petropolitanus insigni cum acumine nescio quam uere proposuitque in charta Rossice conscripta missa mihi a. 1892 (*ante* ego, *sponte* Cholodn.) 4 *neque* trochaicum comparat Leo cum Venantii c. I 19, 6 *nec - necue superbit apex* 5 uixi colens quaestum meum ruri 8 *demessor* deest lexicis 9 confert Mommsenus quas Suet. Vesp. 1 scribit ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum commeasse quotannis operas. hinc Cirta Numidiae mediterranea colonia illinc Iuppiter *Nomas* i. Numidicus peregrinantium finis dicitur. Schmidtius τὸ καλούμενον Διὸς ὄρος (Ptolem. IV 3, 18) intellegit, cf. u. 16 12 *gremia* manipulos δράγματα ἀγκάλας, uocabulum sacris bibliis et ecclesiasticis usitatum (Havet in Woelfflini archio II p. 135) 14 *ex operis* dici debuit aut *ex opera* 17 *conta* lapis. *ualere* ualentem. sequentium uersuum εἴσθεσιν et ἔκθεσιν qualem lapicida fecit talem retinui 22 i. in curia. confert Schmidtius tituli Lambaesitani uerba (eph. epigr. VIII 766) *curia ordinis quam maiores nostri merito templum eiusdem ordinis uocitari uoluerunt* quae scripta sunt circa annum 380 23 ut pote IIuir quinquennalis Mactaritanus 26 *laesit* legerunt alii 27 Verg. Aen. IV 550 *sine crimine uitam degere*

1239

Dís M. s.
L. Cassius L. fil. Quir. Faustus uíx(it) annis XLIIII,
homo bonus, rebus hominibusq. pernecessarius,
quem quaerit patriae maximus hic populus,
terra tegit felix, lux attem ingrata reliq(uit).
L. C(assius) E. frat(er) p(ius) p(osuit).

CIL. VIII 352, suppl. 11572 descr. Wilmanns et Cagnat Ammaedarae in arula. iustus pentameter insertus est u. 4 et hexameter 5

5 *attem* pro *atem*, *autem* ut Agusta al. *lux at te* proposuerat Mommsenus, recte autem aduersari Schmidtius dixit quam in distinguendis uerbis lapicida tenuit rationem 6 cognomen fuit *Eutychus* sim.

1240

C. Cornelius Fortunatianus quondam de nomine patris
studis praecellens forma[que] decorus,
quem mors erip[u]it prima florente iuue[nta.
suficiunt tituli, non ego solus obi.

CIL. VIII suppl. 15987 dedit Roy Siccae in cippo grandi. subscriptum *uixit annis XXIII, h(ic) s(itus) e(st)*
1 Fortunatianus nomen de patris nomine duxerat parili, Fortunatos Cornelios Africani tituli exhibuere complures 2 recte *praecellens studiis f. d. honesta* 3 i. florentem, puto

1241

f]unera componit subito | languore so[lut]um |
. i . . m| . d]olor.

Renier inscr. Alg. 3684 CIL. VIII 9625 descr. Berbrugger et Lebrun Mallianae Mauret. tabula marmorea detruncata parte superiore
1 *iunera* exceptum est, *munera* Ren. *surito* fertur (*languore subito* Mart. IX 85, 3) *so.....m* exemplum unum, *sd.....ium* alterum (*molli languore solutus* Ou. met. XI 648)
2 *dolor* fere ex. unum, in altero plura sed inutiliora signa cernuntur *ic* et *a f n*, tum *e* et *oebe*

1242

Ossa quieta precor | Zopyri requiesqui[t]e | in urna
et sit hum|us cineri non onerosa | [leui.

CIL. VIII suppl. 12302, eph. epigr. V 302 miserat Poinssot Bisicae Afrorum. praescriptum *Zopyrus Tironis f. Bisicensis ex XI primis uixit annis LXXXVIIII, h(ic) s(itus) e(st)*. in sinistro latere carminis *o(ssa) t(ibi) b(ene) [q(uiescant)*, in dextro *s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*. carmen tralaticium ut ostendit in nomine proprio peccatum (debuit *Zethi* uel *Zephyri*), Ouidianum am. III 9, 67 (ubi *tuta req.*) ut uidit ErnLommatzsch

1 *requiescant* Schmidt adnotans in exemplo ms. esse *requiesquie*, 'erat igitur fortasse *requiescite*' 2 desinit titulus in *onerosa* quasi integer, non mutilus. *precor* adiecere Poinssot et Schm., ego a dextro latere uerbum ultimum huc retrahendum censeo *leuis* aut *leui*. Ouidius *tuo*

1243

Vir grauis ut longis] senuit Menelaeus in annis,
sub paruo tum]ulo non grauis urna sitast.
non uiolare decet] nomen, non ossa pudentes:
hic functus p]ius est natus in Hesperia.
Manibus autem obit]us haec sunt solacia, quod tres
sic cineres na]ti conposuere suos.

Waille in actis acad. inscr. Parisiensis 1888 p. 44 Caesareae in Mauretania
1 Μενέλαος Μενέλευις 2 *sita ts* fertur

1244

. . . . i . . .
. . . ros]is, ueris honore, [nouis
et saepe infer]io uino celebrate s[epulcrum —
ecce pii] damus haec, sancte pa[trone, tibi —
ut sertis u]idear saepe et iacta st[ipe sacra
propter]ea felix, quod uolui es[se bonus.

ex ectypo descriptum ab IohSchmidtio misit mihi Dessau Caesareae Mauretaniae
3 *...nio* sed *n* incerta, neque ad finem certa *s* 5 *iactas* cum sinistra *t* litterae cuspide lapis. *strue florum* tale?

1245

Bis denos uitae qui [uix compleuerat annos,
ad superos fidus hic fuit inn[ocuus.
h]unc Libuae genuit tellus eademq[ue recepit.
hic nunc sub] tumulo puluis et ossa iacet.

munus idem Paulo functo] qui prestetit ante
fratri: h[ic nunc saxo est utraque] pressa cenis.
conse(r)ui casu flentes dixere supre[mo:
[Paule, tibi et Salui, sit tibi terra leuis.]

Revue archéolog. 1891 m. Ian. p. 27 n. 24 descr. Waille Caesareae Maurorum in cippo marmoreo. in fronte sub lunulae signo scriptum est *duo*, nam duo ibi sepulti erant, primo uersu praescriptum disiunctumque ab eodem cancellis quibusdam *Saluius*
1 *qui degit Saluius annos* editor, *Saluius bis d. u. qui pertulit annos* Dessau 3 *libue* lapis, tum *a* inter *u* et *e* supra uersum scriptam habet 4 *contectum t.* editor copulans cum u. 3, *contectus* Dessau 6 *hodie saxi pondere pr.* ed. 7 *conseui* sine *r* lapis, sic alias *Mineua* al. *suprema* ed. qui pentametri iam proposuit clausulam *s. t. t. l.*

1246

Esse]t si, genitor, nobi[s sub]stantia larga,
in]sita iam pietas redd[eret] obsequium
et t]ibi magnifica struer[et, ue]nerande, sepulcrha
ex auro fuluo et solid[o] ex ebore
sublim]esque tibi st[atu]a[s . . .

CIL. VIII 8234 descr. Wilmanns et adiutore Studemundo expleuit praeter u. 5, suppl. 19978 in colonia Mileuitana. praescriptum *d.*] *M. s.*
5 *q[ui]esque* conlato ectypo legit IohSchmidt, tum addendum tale *grata q. tibist*

1247

Quod superest homini, requiescunt dulciter ossa,
nec sum sollicitus ne subito esuriam,
et podagram careo nec sum pensionibus arra
et gratis aeterno perfruor hospitio.

CIL. VI 7193a descr. Rossi de columbario uiae Latinae Veronam in museum ciuicum asportata tessella.

praescriptum *An*]*carenus Ↄ. l. Nothus ann. XLIII* [c]*um coniuge sua uixit ann. XVIIII*, subscriptum *Ancarena Chreste coniugi sancto et Ancarena Argyris patri indulgentissimo bene merenti fecer*(*unt*)

3 Iuuenalis 9, 63 *pensio clamat 'posce'*: acerbe iste Romae tum homines ipsos, dum care angusteque habitant, pensionibus pigneratos dicit i. ob pensiones dominis aedium 4 coalescunt *arra et*, cf. 475, 10 1155, 6 al.

hoc epigramma iteratum fuisse perspicitur in alio eiusdem aut propinqui columbarii titulo cuius hoc fragmentum prodiit ...*e subi*[*t*]*o*. | ...*sum pensioni* | ...*perfruor ho* | cf. acta inst. arch. Rom. 1880 p. 101

1248

Hic situs est quondam Gelli pars maxima Phoebus:
adfectus omnis possidet iste lapis.
uix consummauit septem quinquennia lustri,
oscula feruentem nec tenuere animam.
quod si mutari potuissent fila sororum,
gauderet condi Maximus hoc tumulo.

CIL. XIV 2709 ex schedis. AL. Burmanni IV 347, Meyeri 1433 fuit in agro Tusculano. praescriptum *dis Manibus sacrum: M. Gellius Maximus Phoebo lib. optum*(*o*)

3 *patrii quinquennia lustri* Statius silu. II 2, 6, *coronatis quinquennia lustris* id. IV 2, 62, *nouo quinquennia lustro* Mart. IV 45, 3. fortasse fuit *lustris* 5 *fata s.* ex Metello Gruter 950, 10 cf. 456, 4 al. 6 *Gellius* Grut.

1249

Cl(audius) hic iaceo Diadume|nus arte poeta
olim Cae|sareis floridus officiis, |
quem numquam cupidae | possedit gloria famae, |
sed semper modicus rex|sit ubique tenor.
Hylle, | pater ueni, nolo moue(a)re | tumultu:
hospitium | nobis sufficit ista domus.

Notizie d. scavi 1891 p. 34, acta arch. municip. Rom. 1891 p. 73 descr. Gatti Romae prope Vaticanum in uia

triumphali in cippo marmoreo. praescriptum *d. M.*, post u. 6 cum erasus sit antiquitus uersus fere sesquialter, subscriptum apparet *Cl. Fructiane b(ene) m(erenti) f(ecit).* metra inter se omnia uirgulis distincta sunt uelut *poeta, olim*

5 uersum mutilauit quadratarius, lenius puto meliusque istud remedium (Vergilius *miratus enim motusq. tumultu*) quam *noloq. mouere tumultum.* nempe iam ibidem sepultus iacebat filius Diadumeni. ut testatur marmor simul cum isto repertum et editum *d. M. Ti. Claudii Hylli lictoris popularis, u(ixit) a. XXIII d. XVIIII, Cl. Diadumenus pater obsequentissimo filio.* neque igitur *Hylle pater* copulanda censui sed *pater ueni.* Gattius autem Hyllum lictorem eius qui in carmine uocatur nepotem facit

1250

Aulus Palatcina Egnatius Priscilianus,
arte super gemina nobilis es sophia,
dum uixi, didici quae mors, quae uita homini esset,
aeterna unde animae gaudia percipio.

CIL. VI 17106 ex Pighio et Mazochio, Gruter 1050, 1 (uidit Smetius). AL. Burmanni IV 5, Meyeri 1461 Romae fuit sub statua philosophi sedentis inscriptum ut Pighius narrat 'littera oblonga et coacta sine punctis'

1 *s* bis abiecta ante consonantes. Lucilius *Caluos Palatina*, talia iste uidetur imitatus 2 grammaticane et rhetorica intellegenda est? *et sophia* Smetius, at *es sophia* Pigh. Maz. probauit Henzen quod interpretari oportet *ex*, nisi quis priore disticho compellatum Priscillianum posteriore respondere credet

1251

Conditus hac Romanius | est tellure Iouinus |
docta loqui doctus | quique loqui docuit. |
Manibus infernis | si uita est gloria uitae, |
uiuit et hic nobis | ut Cato uel Cicero.

Henzen Or. 5606 qui uidit Romae uia Praenestina deinde ad S. Pauli extra muros. praecedit *d. M. M. Romani Iouini rhetoris eloquii latini* post quae uerba diple interiecta carminis initium significare uidetur in patris hoc aeque atque in filii titulo (cf. supra 105). carmen excipiunt

haec *M. Iunius Seuerus et Romania Marcia heredes bene merenti fecerunt*

1252

Ortus ab Iguuio medicus fora multa secutus
 arte feror nota, nobiliore fide.
me consurgentem ualida Fortuna iuuenta
 destituit rapidis imposuitque rogis.
Clusino cineres flammae cessere sepulchro,
 patronus patrio condidit ossa solo.

Reinesius p. 611 miserat ex urbe PMarionus Sirmondo (Sidon. ep. II 12 p. 35). AL. Burmanni IV 343, Meyeri 1430 Iguuii apud Vmbros effossum dicitur. praescriptum *L. Sabinus* (an *Sabinius*?) *L. l. Primigenius*

1 Cicero pCluent. 48 de medico circumforaneo *cum properaret, cui fora multa restarent* 5 i. permisere, tribuerunt

1253

Nomen qui retinens tu(um), | magnus Alexander, |
Pallados inuentum | medicinalemq. laborem |
 quot feci, studio pro|ximus ipse meo, |
testor nunc superos: non | hoc meruisse uidebar, |
 in uolnus genoris quot | subito occidimus. |
i nunc et dubias fatorum | neclege clades. |
coniunx, quod potuit, titu|lum mihi reddidit uni.

CIL. VI 9604 descr. Henzen. AL. Burmanni IV 213, Meyeri 1484 ad portam Appiam rep. cippus in museo Vaticano. supra fictus est uir togatus sedens librum, ut uidetur, in genua demissum tenens adsidensque in scamno puer, infra adiectum est *Valeria Vrsilla*

1 *tu magnus* lapis et Henzen. equidem sic intellego: qui nomen retinens magni Alexandri medicus studio meo proximus a magno fui. litteratus doctorque hic medicus fuisse quantumuis dissimilis Alexandri Philalethis uidetur

5 *genoris* pro genuis genus ut penoris penus: falso *generis* Muratorius 1414, 9 aliique 6 *neglege* descripserat Lerschius

1254

Blesamus hoc Nouius requiem | sortitus in aeuom |
. . . .
contra locus sanctus, plausu | qui excepit agresti |
cum primum fundo uenerat hic dominus: |
parebat nemo, Fauni | Nymphaeque sonabant, |
laetitiam diuom sensit et ipse locus. |
hic olim statuis urbem | decorauit et orbem: |
nomen habet populus, corporis hic tumul(us).

CIL. VI 23083 descr. IohSchmidt, Gruter 376, 2. AL. Burmanni IV 7, Meyeri 1149 in campo Martio in aede sacra quondam conlocata ara marmorea extat ante portas. hexametri maioribus quam pentametri litteris incisi sunt 2 uersus consulto abrasus. deest uelut *quem uiuus coluit iam cubat ipse loco* 3 *contra* trochaicum ut apud Ennium ita post Hadrianum 5 i. homo praesto erat plausus laetitiaeque auctor nullus. sic lapis, *plaudebant nemoris Fauni* Wakefieldus 7 statuariam Blesamum factitasse intellexit Brunnius artif. gr. I p. 614 8 interpolarunt *corpus at hic* et *corpus habet tumulus*

1255

Hic ego qui sine uoce loquor de marmore caeso,
natus in egregiis Trallibus ex Asia
omnia Baiarum lustraui moenia saepe
propter aquas calidas deliciasque maris,
cuius honorificae uitae non immemor heres
quinquaginta meis millibus, ut uolui,
hanc aedem posuit struxidque nouissima templa
Manibus et cineri posteriisque meis.
set te qui legis haec, tantum precor ut mihi dicas:
sit tibi terra leuis, Socrates Astomachi.

CIL. XIV 480, Orelli 132. AL. Meyeri 1174 marmor rep. prope Ostiam, iam Romae in S. Pauli coenobio

2 *egregiis* sicut publice ciuitas nominata est πρώτη Ἑλλάδος, collaudata in Apollonii epist. 69 3 *bairum* tum *a* supersculptum ut testantur Koehler aliique. *Baiae* paene appellatiui uice fungitur uoluptarias aquas significantis (Iuu. 11, 49) 6 plerique fere bina tantum milia n. erogabant in funus et monumentum 8 *posteriae* uox noua pro inferiis 10 i. Astomachi fili, nuncupatio graecanica

1256

Hic ego murinus praeco felix, cui tales amicí
complerunt animos ut post me nomem haberem,
Lucius et Claudia, quod sunt me dignati munere perpetuo.
nos precor hoc, superi, ut uitam post me seruetis amicis
et possint nostris Bacchum miscere fauillis,
floribus ut spargant saepius umbra leuem.

CIL. VI 1951 descr. Henzen ad portam Flaminiam in hortulo marmor possedit Campana litteris insculptum paruis. praescriptum *d. M. C. Clodius Felix*

1 *murinus* obscurum. Henzenus quod sumpsit Murino uel Myrino praeconi aliquando factum esse carmen indeque huc translatum nomen alienum, parum mihi probabilis haec sententia uidetur, etsi *Felix* uersui accessisse interpolatione credatur. quae secuntur de animis dicta, humilioris sortis praeconem ostendunt, isque potuit fieri ut de muribus uocaretur ioco. et luditur in nomine Felicis proprio simul et appellatiuo 2 i. nomen 3 pentametrum H. restituit talem *quod sunt dignati munere p.* sublatis nominibus propriis 4 tolle *post me* 5 hic melius erat *ut*, 6 *et*

1257

Qui s]olitus fueram cura [domitare leones,
non potuí mortem p[raeueniens fugere
tricipitisque feri sedes, [sed matris iniqua
ereptum gremio sa[euaq. fata trahunt:
annorum gnatus XXV [peribam.
membra grauis texi[t corporis iste lapis.
contra anima emissa [ad superos assurgit in auras,
me sepelit florens u[ere nouo tumulus.

qua propter quod re[stat, precor
superos deos atque [inferos,
quoniam meae aetati e[ripuere annos,
parcant meo frat[ri

CIL. VI 30134 descr. Mau Henzen Huelsen in museo Kircheriano marmor malis litteris incisum. praecedit ... *a Ctesipon* ... | ... *iano arte mea* ...

1 *feram* lapicida primo 2 ultuma *p* aut *f* 8 ultuma *u* Henzeno, *i* Huelseno uisast 9 ss. aut exempti metro aut nimis prauo concepti, nisi quis pro iambis habuerit quaternariis (11 *eximor*, 12 *fraterculo*) conl. 220 ss. aut senariis (ita Leo, 12 *fratri et sorori paruolae*)

1258

Hic ego condideram frat]rem geminosque nepotes,
post mortem fratris pign]ora cara mihi.
iam mihi summa dies instat uent]uraque mors est
idque unum exopto: sit] mihi terra leuis,
qui postquam natale solum patri]amque reliqui,
mortuus hic condar con]iugis obsequio.

CIL. VI 23004 ex uisu multorum Romae fragmentum marmoreum infra ornatum simulacro hominis in lectulo recubantis, cui subscriptum est ... *us Nomius*. supplementa Henzenus dedit, in 5 et 6 paululum mutaui

1259

Hic es]t ille situs [m]irus Nicys [car]rucotechnites,
qui sibi, dum uixit, fecit ubique bene.

CIL. VI 10081 descr. Henzen et restituit Romae extra portam Pincianam rep. infra imago equi et rei rotundae ansatae adposita est, sequitur *Nicys sodales hauete* scriptum ad dextram, cum sinistra pars perierit (*haue Nicys?*)

1 prima sunt Enni de Africano uerba. tollendum *Nicys*. Graecis tritiora καρούχιον καρουχάριος

1260

Hic situs Amphion | ereptus prima iuuenta. |

nondum ter denos | numerabat temporis annos. |
heus immatura mors | properata tibi.

CIL. XIV 3723 ex Marzi historia. AL. Burmanni IV 227, Meyeri 1334 fuit Tiburi. subscriptum *C. Marcius Paulus c* | *nato* (i. *Gaio nato* ut puto, non *gnato*) *pientissimo* 3 *heu* Schraderus uere opinor, Leo confert trag. inc. 22 R. ubi ter *heus* Charisius p. 242, 6 *heu* Ribbeckius

1261

C. Allidio Hermae |
qui quid quid dixit, | dulcis amicis erat. |
hunc quoque post mortem | deflemus amici. |
uixit annis LX.

CIL. VI 11464 descr. Henzen museo Vaticano inlata ex suburbio tabella 2 *uixit* erat facetius *amiciis* ita lapis, *amicus* Passioneius 3 plenus hexameter si addas *cuncti deflemus* *quo.que* diuisim lapis

1262

sic pia, sic felix, sic quod tibi uita beata
contigit et cunctis auxilians bonitas.
nos tamen hic cruciat dolor intimus et pia cura,
quod te festinans apstulit átra diés.
numina nunc inferna precor: patrí date lúcos
in quis purpureus perpetuusque dies.
hic certe ut meruit cunctast data cura sepulcro
texeruntque faui de Siculis apibus.

Gruter 748, 7 a Iucundo potissimum, ceteris schedis adhibitis CIL. VI 30113. AL. Burmanni IV 309, Meyeri 1401 Romae in Auentino fuit. superne fractam tabulam ita ut principium carminis perierit Pighius testatur unus. tamquam in integro carmine Meyerus *quod* u. 1 idem ualere quod *quamquam* opinatus post 2 comma posuerat 3 *dolor anxius* Iucundus 4 posterius hemistichium Vergilianum 6 *quis est p.* Iucundus 7 *huic* Heinsius

inutiliter, inferis opponuntur superi 8 erat apiarium monumento iunctum cf. 468 al. faui Siculi proxumi a melle Attico Mart. XIII 105. *extruxere* Iucundus

1263

te . .
co . .
quae mih[i . .
ingenium . .
nec manus in . .
dilexi ex mer[it . .
quis fuerim nosti . .
conditus in plumbo . .
mox ero consumpto p . .
aut ossa aut núp . .

Notizie d. scavi 1887 p. 534 descr. Gatti, CIL. VI 30135 Romae in macerie murali inuentum grandis tabulae marmoreae fragmentum litteris pulcris inscriptum defractum superne et inferne

6 *merli* .. fertur 9 post tempus corpore nostro? 10 extrema *p* aut *b*, nuper quod fueram nihilum? nubes pulueris aeria? hoc Leo addidit

1264

qui quond|am situs | est
prata | per Inlyr|ici, litora | Dannuuii.

Lanciani in actis arch. municip. Rom. 1884 (XII) p. 13 n. 720 Esquiliis. cippi mutilati pars inferior inlaesa, sequitur *patrono et L. Popilio Securo uex(i)llario coh. III uig. fratri L. Popilius Eutychus fecit.* patronus igitur decesserat in expeditione Illyrica. primine saeculi?

2 geminatur *n* praeter morem ut in *canaba cannaba*

1265

Per | freta per maria tra|iectus saepe per und(as), |
qui non debuerat | obitus remanere | in Atern(o),
set mecum | coniunx si uiuere | nolueras,

at Styga | perpetua uel rate | funerea
utinam | tecu(m) comitata | fuisse(m).

CIL. IX 3337, Or. Henzen 7255, non iam extat. AL. Burmanni IV 360, Meyeri 1288 in Aterno uico ad fluuii cognominis ostia. praecedit *L. Cassio Hermodoro nauclero qui erat in colleg(io) Serapis Salon(itano).* insequitur *Vlpia Candida domu Salon(itana) coi(ugi) b(ene) m(erenti) p(osuit).* traiectum *ab Aterno Salonas in Dalmatia stad. MD* memorat itinerarium maritimum (uide Mommseni de Aterno commentarium). litteras Toppius pulcherrimas dixit
2 i. mortuus 4 *perpetua* rate 5 structura uerbi singularis admissa propter *mecum* 3

1266

terras nec minus et maria
impuri aquae Padi nec minus et Sauí.
íra quod optaui mihi tandem perueni
perpetuam requíem posco

CIL. V 7127, periit. AL. Burmanni IV 368, Meyeri 1500 Augustae Taurinorum in marmore fracto, cuius scriptura caemento obtecta erat, infra torus tabellae innixus et recubans adulescens apparuit. repraesentaui quales traditae sunt distichorum particulas, desunt multa
1 percurri t. 2 *impuriaquae* Pingonius, *imfuriaque* Langermannus, *impuriaque* Vernazza. num *emporiaque* a mercatore uisitata? pentameter ut uidetur deformis 3 atq. deum dedit ira? nunc hic dat mors dira? *tamen peruenit* pars auctorum 4 *poso* aut *posc* pars. fac *post obitum teneo*

1267

Sum Frygiae te[rra] | natus et multa p[era]|grans
ueni in [Dal]|matia: sane Sa[lona] | bona,
in quan[tum li]|cuit aeterna [habi]|tare domu.

CIL. III 6380 ad ectypum Salonis. praescriptum *Marcia Aelia sib[i et] Vlpio Andronic[o con]iugi: uiui feceru[nt*
1 praestabat quidem *Frygia,* nec tamen oppidum Phrygiae ut Tembrium inferendum censeo nec separandum *Frygia e* 2 *salute bona* Mommsenus proposuit dubitans.

usitatior pluralis est *Salonae*, at singularis reperitur etiam III 1914 3 *in qua n*[*os pla*]*cuit* talia dissuadet quadratarii ratio interpungendi 3 *non habitare domu* uel *euitare domu*(*m*) Mommsenus cogitarat. pro accusatiuis si habueris *aeterna domu*, optumum erit *expectare*

1268

uersant]em [peregr]e hic in[terfece]re latrones,
que]m genuit Tea[n]o Sidicino ex Campania.
altera contexit tellus, dedit altera nasci.
  Perigenes habet titulum, Secundus officium.

IBecker in annali antiq. rhenan. LIII p. 141, Huebner ephem. arch. Berolin. 1869 p. 30, ectypon mihi dederat Guil. Crecelius trans Rhenum inuentus lapis prope Darmstadt ubi adseruatur. periit exordium tituli, subscriptum *P. Clod. Secundus fratri pientissimo*

1 prima uerba suppl. Crecelius 2 *te a*|[*n*]*o* diuisa lapis. initium uersus relictum ex nota formula (728, 1) tum sine ordine ac metro adiecta qua uti solebant domus et nationis significatio 4 archetypon tale *mater h. t. filius officium*

1269

Vi|uos mi feci, ne | post me lentius | heres
  conderet | exsiguo busta sup|rema rogo.
sac|ri sunt Manes, hic | iaceo in tenebris cu|m Successa
    coniuge | sancta, | s(it) m(ihi) t(erra) l(euis).

CIL. VI 22513, Doni 2, 183. AL. Burmanni IV 25, Meyeri 1178 Romae fuisse uidetur. praescriptum *d. M. s. L. Mindius Zosimus senior*. prius distichon recte factum, posterius in quo hexameter potuit fieri *hic ego nunc iaceo in tenebris cum coniuge sancta*, reliqua pentameter, misere luxatum

4 *coniuge*|*ae sancta* sic traditur nescio an mixtis *coniuge* et *coniugae* formis

1270

Constantine, tuo fini dum prouidus esses,
  hunc tumulum fieri praecipis ipse tibi.

CIL. IX 503 ex codice Chigiano inter Venusina traditur

1271

Hic tumulus paruus nil habet [in]uidiae, |
nec nimium iactat: commendat et simul | optat
ut ciues similes habeat felix | Beneuentum.

CIL. IX 2043 ex Garruccio Beneuenti lapis Tiburtinus
1 *nihil* fertur 3 *Beneuentum* grandibus litteris incisum. ei *Felix* nomen erat coloniae, cf. ibidem 1645 *Beneuentum Felix*

1272

sub terra p]remitur si[tus hac . . .
qui tristi ce]cidit uolnere . . .
hoc iuuen]i struxit coniu[x miseranda sepulcrum

Ephem. epigr. VIII 432 descr. Zangemeister fragmentum tabellae marmoreae repertum Miseni. disticha fuisse significaui
1 ante *remitur* litterarum extant uestigia talium *riii* 2 *uolneri* fertur 3 *co]nstruxit* supplet editor

1273

Ille ego, qui uarios cursus uariumq. labor(em)
sustinui ut iustas conciliaret opes,
transmisi moriens rerum quaecunque paraui,
haec tamen ad Manes pertinet una domus.
et iuxta coniunx meritos testatur honores
aeternum retinens consociata torum.
nos aetate pares dulcis, dum uita manebat,
unus amor iunxit, nunc premit una quies.
discite qui legitis, factis extendere famam:
ut probat hic titulus, non perit esse bonos.

CIL. XI 1122 descr. Bormann, Lama iscriz. ant. p. 119.

AL. Burmanni IV 183, Meyeri 1304 Parmae in lapidae tabula infra rupta. supra scriptum est *d. M.* in eodem monumento fuisse titulum hunc *Macrobius sibi et Theodosiae coniug*(*i*) *opt*(*imae*) *u*(*iuus*) *p*(*osuit*) probabile est, unde Saturnalium scriptorem Macrobium conditum esse Parmae Petrarca aliique sibi persuaserunt

1 *labor.* sic lapis 2 *conciliarem* AL. 3 *quascumq.* Breualius, *quodcumq.* Meyerus 7 *dum uita m.* clausula Vergili, ad hanc *dulcis* adplicatur uolgo 9 Vergiliana Aen. X 468 *famam extendere factis* adnotauit Burmannus. *adquirere* uolgo ex Bononio et Ramberto (Mur. 1370, 12 et 1770, 1) 10 *non perit* non frustra est, prodest. *non periisse* Conrads

1274

Morborum | uitia et uitae | mala maxima | fugi: |
nunc careo | poenis, pace | fruor placida.

CIL. V 5278 contulit Mommsen, Or. 1197. AL. Burmanni IV 345, Meyeri 1413 Comi. in fronte titulus est P. Atilii Septiciani grammatici latini *cui ordo Comens. ornamenta decur*(*ionalia*) *decreuit, qui uniuersam substantiam suam ad rem publ. pertinere uoluit* attende trigas principalium *m* et *p*

1275

. . i . ani . . . . . . ll . . . . tranquilla per annos
aemulaque in cunctis forma seni Pylio.

CIL. III suppl. 8225 descr. Evans, frustra quaesiuit Domaszewski Scupis Dardaniae quam impp. Flauii fecisse coloniam, Hadrianus auxisse uidetur

1 fuerat isti *uita nimis multos semper tranquilla,* an *anima? tot cui canities nituit* Leo 2 Verg. cat. 9, 16 *Pylium uincere digna senem*

1276

Barbara quem genuit tellus, [hu]nc tradidit usu[s
seruitio, [i]ngenium ut flec[t]eret, [i]nmerit[o.
quaesitum ex pat[re] ut potuit s[i]bi nomen adaux[it,
e]t pretio [obtin]uit quod prec[e] non ualuit.
officiis uicit [do]minum nec uerbera sens[it,
p]raemia non habuit, pignor[a] quae potuit.
quid properas, [h]ospes? requies tibi nota parat[as]t,

hospitium hoc populo semper ubique patet.
horaru[m] numerum quem susp[ectas] quoque senti:
summa[st] securum [te cito quae faciat.

CIL. XII 5026 add. p. 853 descr. Hirschfeld Narbone in cippo difficillimo lectu. praescriptum *C. Of[illi]us C. l. Pal(atina) A[rimn]estus uiuos [sibi] et Mindiae M. f. Primae uxori et C. Ofillio C. f. Procul[o] filio et* (copulam hanc unus Hirschf. enotauit, nihil sequitur aliud, carmen autem non in uicem noui nominis successisse arbitror sed de ipso scriptum Arimnesto cf. u. 3). memorabilis frequentia adnominationum

2 *inmeritum* legit Lebègue 4 *obtinuit* expleuit Barry 6 *praemia non habuit,* nam adsertus est in libertatem liber natus. *pignora* uxorem et liberos 9 *suspleu* primum, *suspr...* postea Hirschf., *suspica.* alii excceperunt. postulatur *suspendis* aut *suspectas* i. quem in incerto habes expectans 10 *summam* Lebègue, *summap* Hirschf., *summai* Allmer. tum *securum* suum in lapide uersum tenet. sententiam hanc sumpsi: quotuis horis uiue et senti, ultima instat adferens securitatem

1277

Functus honorato senio plenusque dierum
euocor ad superos: pignora, quid gemitis?

Gruter 748, 8 a Scaligero Lugduni accessere in Pithoei epigrammatis ed. a. 1596 p. 90, inde in AL. Burmanni IV 29, Meyeri 1180 alia duo disticha *reddere depositum lex est, ideoque petenti corpus humo manes restituoque polo. sumite quod uestrum est, insignia, iura parentis scilicet et titulos: plus satis urna mihi haec.* quae si ex eadem inscriptione prouenerunt de qua Scaliger testis est, idque libenter credo, tamen aliquo adulterata fuco uidentur. itaque quoniam e Pithoeo eisque qui Lugdunensia conlegerunt nihil de his cognoui, amplio

1278

Cl(audius) hunc [uiuu]s Stygias Rufinus | ad umbras
instituit | titulum, post animae requ|[i]em
qui testis uitae fat[i] | sit lege [fut]ur[us,
cum do|mus acci[piet] saxea corpus ha|bens,
quodque meam | retinet uocem data litte|ra saxo,

uo[ce] tua uiuet, | quisque lege[s titu]los. |
Rottio hic sit[us es]t iuue|nili robore quondam |
q]ui sibi moxq. su[ae] nutrici | Marciane, item
Verinae | conlactiae haec monu|menta dedit.

Boissieu inscr. de Lyon p. 484, Allmer et Dissard musée de Lyon III p. 225 ex ipso cippo. AL. Burmanni IV 15, Meyeri 1169 praescriptum *d. M. et quiet*]*i aeternae L. Cl. Rufini*, ultima sic continuata *dedit et sub asc*[*ia*] *dedicauit curante Cl. Sequente patrono*
2 *instituí* Schraderus 4 *hebes* Burmannus 6 *leges* Schraderus: uolgabatur *leget* 7 et cetera tamquam alienum epitaphium omisit cum Pithoeo Burmannus. *Rottio* idem Rufinus appellari uidetur nomine alio propinquae significationis originis barbarae 8 pentameter quasi ad duos excreuit unus *qui sibi moxque suis haec monumenta dedit*

1279

Hoc rudis aurigae requiescunt ossa sepulchro
nec tamen ignari flectere lora manu,
iam qui quadriiugos auderem scandere currus
et tamen a biiugis non remouerer equis.
inuidere meis annis crudelia fata,
fata quibus nequeas opposuisse manus.
nec mihi concessa est morituro gloria circi,
donaret lacrimas ne pia turba mihi.
ussere ardentes intus mea uiscera morbi,
uincere quos medicae non potuere manus.
sparge, precor, flores supra mea busta uiator:
fauisti uiuo forsitam ipse mihi.

CIL. II 4314 contulit Huebner, Gruter 340, 4. AL. Burmanni IV 339, Meyeri 1428 Tarracone, basis aurigae cum palma effigiem exhibens, litterae bonae. praescriptum *d. M. Eutycheti aurig. ann. XXII Fl. Rufinus et Semp. Diofanis seruo b*(*ene*) *m. f.*
1 cf. 1222, 3 12 cf. *forsam* 1013, 4

1280

Hunc titulum mammae] felicis cerne uiator,
quae uixit nati]s cara superstitibus.
cui quondam puero] dedit uberis anxia lactem,
nunc ipsi tumulum g]ratus honore dedit.
et carmen pius hoc nu]trici fecit alumnus
sacrauitque deis] Manibus huncinerem.

CIL. IX 3009 ex scheda uetusta Anxatis cuiusdam Anxani Frentanorum. ex praescriptione superest *...ata lib.* | *...iae* sententias refeci

1281

Vna dies adimit crudeli clade peremtas,
quis ara haec positast, poena hominis miseri.
filia namque perít, periít et mater, eundem
deserit illa patrem, deserit illa uirum.

CIL. X 4427 descr. Mommsen. AL. Burmanni IV 81, Meyeri 1221 olim Capuae, nunc in museo Neapolitano. ad lineam derecta initia uersuum et exitus

1282

Immatura quies quos apstulit, hic siti sunt tres,
mater cum paruis pignoribus geminis.
Pollia Saturnina parens triginta per annos
uixit et enituit docta sonare mele,
octo puer Titius proles cito rapta Philippus,
et fratri tenero karior una soror
Aelia Saturnina abiit uno insuper anno,
nec saltus uitam protulit aut choreae.

CIL. VI 10131 ex Pomponio et Iucundo, Gruter 654, 4. AL. Burmanni IV 64, Meyeri 1209 in Caelio monte, periit. praescriptum *d. M.* fertur. *immatura* an *inm.*, *apstulit* an *abst.* de talibus parum constat scilicet
4 *docta* Pollia, non mele 5 octo annos puer uixit, nouem puella. cognomen pueri apud Gruterum *Philumnus*

7 *obiit* Mazochius 8 *saltus* saltatus. *cantus* Burmannus ex interpolatione nescio cuius

1283

Nomine dic[ta fuit Papi]nia Quinta Papi[ni,
optima quam mat[er Flauia] progenuit,
eximio coniuncta uiro, quo prosata patre
Romano proles Iulia fulsit equo.
haec ter tricenos postquam peruenit ad annos,
explicuit fatum et tenet hunc tumulum.

CIL. VIII 8896 descr. Vigneral Tupusuctu Mauretaniae. praescriptum *d(is)* [*M. s.*

1 *dec..* descriptum est *Papi*]*ria* et *Papi*[*ri* editor CIL. 4 *fuiset* exscriptum: an *fulget?* circuitio splendidi uel inlustris equitis R.

1284

Aequas optaui sedes iucunda | marito.
peructi.
filius hoc uo|luit, qui mihi carus erat.

Cagnat explorations en Tunisie 3 p. 115 n. 213, CIL. VIII suppl. 11613 ad ectypum Ammaedarae in ara. praecedit *dis Manibus.* | *Neria Primigenia* | *uix. ann. LXX* | *h(ic) s(ita) e(st).* continuatur sic *erat: Ligari(i)* | *piae matri posuerunt*

2 *perueni* non est nisi punctis diremptum a ceteris

1285

aeternum | sic linquo | tibi, mea uita, | dolorem, |
sed fort[i] | precor hoc | usque f[e]|ras anim[o.

CIL. VIII suppl. 16265 descr. Espérandieu in uicinia Siccae Veneriae in lapide eleganter sculpto fracto supra et infra et dextra ex praegressis lectum est *d. o..* | *tanamora*|*tri,* fortasse carminis aliquid (ad pentametrum quidem poscitur *tanta morast* uel *an amor patriae*). subsequitur *uixit* [*ann*]*is..*

1 *aeternum* egregie IohSchmidt: *aeifrnua* traditur

sic scripsi pro *sdo,* tum *mea uita* pro *mfauiia* 2 initium *sfd*, finis *anni* fertur

1286

Cerne uiator, in hoc [tumulo iacet optima coniux,
commune hoc [mon]um[entum illius atque uiri est.
quaiso, abí, ne uiola: sic [fiant omnia quae uis
et tibi, quicumque e[s, molliter ossa cubent.

CIL. VIII 1042 ex Humbertianis Carthagine repertum periit. praescriptum *Clodia... aman*[*s*] *uir*[*i... p*]*ia* [*ui*]*x. an . . .*

1 *hoc...u di...adk...* olim descriptum est, retinui fere inmutata Wilmannsi supplementa excepto u. ultimo 2 *hoc i...um..ifo* fertur, 3 *uiofa,* 4 *e...p*

1287

Opto meae caste contingat uiuere natae,
ut nostro exemplo discat amare uirum.

Renier inscr. Alg. 2256, CIL. VIII 8123 de uisu reperta Rusicadi columella, nunc Parisiis. praescriptum *Pompeia Chia u*(*ixit*) *a. XX V, h*(*ic*) *s*(*ita*) *e*(*st*)

1288

D. M. Sittiae Spen[i].
Quisquis amat coniunx, hoc exsemplo coniungat amore.
est autem uitae dulce solaciolum.
haec abit ad superos cum filio Episuco karissimo nostro.
uixit a. LVII. h(ic) s(ita).

Renier inscr. Alg. 2017, CIL. VIII 7427 contulit Wilmanns Cirtae in cippo simili arae. conexi sunt ad sinistram hic titulus *d. M. L. Iulius Kandidus u*(*ixit*) *a. LXXX qui uere uicsit: o*(*ssa*) *t*(*ibi*) *b*(*ene*) *q*(*uiescant*), in superna corona media hic *L. Iulius Episucus u. a. XI*

2 i. amorem 3 uerbi Catulliani prima male correptast

1289

Casta bona inuiolans, rarum hoc | á coniuge munus,
Fortunata, tibi. sic placet | Hardalio?
Nomine digna meo, quod tu mihi, ka[r]e, | superstes,
natorum natis te incolumi uigui.

CIL. VIII 1954 descr. Wilmanns, suppl. 16513 recognouit IohSchmidt Theueste, litteris malis. praescriptum *d. M. s. Iuli[a Fort]unata pie uixit annis LX*

1 *inuiolans* nouum uerbum fictum ut *innocens* non *a* lapis sed *pa* aut *pia*, adhibita tamen esse aliqua correctio narratur 2 *Ardalio fluminis nomen est quod fluit inter Theuestem et Ammaedaram* Orosius VII 36, hinc inditum uiro nomen Wilmanns putat Hardalium construens ista quasi *sic placet mihi.* ego Hardalionem uirum intellego, nomen satis notum (Friedlaender Mart. II 7, 8), eumque amoris expetentem approbationem (similis in dolore sciscitatio supra 443, 11 Mart. IV, 40, 10) 3 s. respondet Fortunata 4 *uigui* cf. Hor. carm. III 9, 4. 8

1290

Coniunx hic Blandi s[ita sum Crispina Munati,
quem Fortuna preco[r seruet ut incolumem.
ultuma ter denos ac tr[es mi annos tulit aetas,
cara uiro uixi, moria[r ut placide.
unum equidem doleo, liqu[i quod pignore ui]tam
insocia(ta) uiro, spem mea [mors rapuit.
at p]recor, o [c]oniunx, nostr[i semper memor esto
et reuerens Manes a]ssidue celebr[a.

Schmitter bulletin épigr. de la Gaule III 1883 p. 47, misit mihi Dessau Caesareae Mauretaniae

3 *uituma* traditur, id non puto mulieri fuisse nomen 4 uix probabile *morta*, itaque in mensura uidetur peccatum, an *moriar ut aequanimis?* 6 *insocia* lapis. istud in libris non legimus, sed *insociabilis*

1291

Numenio Zoe fecit amans tumulum.

Renier inscr. Alg. 1027, CIL. VIII 3935 Lambaesi. praescriptum *d. M. s.* subscriptum *u(ixit) a(nnis) XXXX* factus pentameter ad tale exemplum *Marcello* uel *Eumenio*

1292

Dulcis aput Manes Zoe benedicta moraris.
tu secura iaces, nobis reliquisti querelas.
precesti hospitium dulce parare tuis.

CIL. VI 29642, Gruter 1061, 8. AL. Burmanni IV 164, Meyeri 1293 fuit in uinea prope portam Appiam 1 *dulce caput* Fabricius substituit cf. 550 2 correcturus prosodiam *liquisti morte q.* Fabricius 3 i. praecessisti, ut *discesti* apud Plautum, *accestis* apud Vergilium

1293

L(ucius) haec coniunx posui | tibi dona merenti: |
hic erit et nobis | una aliquando domus.

CIL. VI 25547 contulit Bormann, Muratori 2076, 6. AL. Burmanni IV 193, Meyeri 1309 Parmam Roma ut uidetur deportata tabula marmorea. praescriptum *d. M. Rubriae Postumae coniugi karissimae cum quem uix. an. XIIX*

1294

. . . hi]c posuit, sed funere acerbo
. . . concidit illa minor.
. . . . luces
. . . .
lapis hic felix et littera muta sepulc[ri,
Iucundam aeterno tempore quod retinet.

Maffei mus. Ver. 270, 7, schedae Henzeni qui descripsit, in CIL. nondum uidi editam. AL. Burmanni IV 305,

Meyeri 1493 Romae in Vaticano. praecedit .... *uixit annos XXIIX*. uersus 5 et 6 ideo bene seruati sunt quod dextrorsum ad 3 adiuncti leguntur

2 si unum corpus positum fuit, potest suppleri *ter denis annis.* ceterum *ilia* descripsit Henzen. sub eo conlocatum est *iiuces* ut Henzen, *lucis* ut Maffei tradit 5 *muta sedulc*.. H. *muta sed uic*.. M. 6 *Iucundam* nomen proprium magis credo quam appellatiuum *alterno* H. item ut M. *retinet* plene M. unam litteram *p* enotauit H.

1295

Coniugium inceptum dulce mihi tecum, Malchio, memento,
quae fuerit nobis consociata fides.
desin[e] iam flere. fatalis mihi hora manebat,
quae coniugio dulci distulit illa tuo.
tunc tu talis eris, qualem tua dextera nobis
sollicitum praestes, si cepit illa fides.

CIL. VI 12528 ex Sabino. AL. Burmanni IV 165, Meyeri 1294 fuit Romae. praescriptum *C. Asinius Malchio coniugi*, coniux carmine loquitur

1 uersum emendauit Henzenus *inceptum mihi tecum dulce memento* 3 *desino* Sabinus tradidit *fletum* Burmannus *me* idem cf. 1097, 3 4 *quae* seclusit Meyer sic intellego: obitus illa distulit coniugio i. praesenti fructu coniugii sublato reseruauit in futurum. *quae me coniugio distinet una tuo* Burm. 5 *tua dextera* amplexari nos foedusque iungere cupientem 6 *capit* correxit Mazochius. tunc si illa ceperit pacta inter nos fides. nihil prodest *sic erit*

1296

Hic sita sum properans] quae liqui g[audia uitae,
quoi primus morte]m partus ha[bere dedit.
flet pater et mater, pul]sat sua pector[a coniux,
par nobis aet]as unaque m[ens inerat.
condidit et ca]rus mihi con[iux ossa sepulcro
. . a]lterno fo[edere . .

CIL. VI 30140 descr. Bormann Roma Florentiam

asportatum fragmentum, suppleui praescriptum ..*maior*.., subscriptum ..*ntia C*..
6 ita CIL. ..*iiirno* Gori I 393, 159 ..*irmo* Gudi 339, 6. optabile sane *aeterno*

1297

Nata breui spatio, partu subiecta nec ante
testatur busto tristia fata Rhanis.
namque bis octonos nondum compleuerat annos
et rapta est uitae, rapta puerperio.
parentis tumulus duo funera corpore in uno,
exequias geminas nunc cinis unus habet.

Fabretti 44, 251 qui sub Tusculo repertum ait, CIL. XIV 2737. AL. Burmanni IV 130, Meyeri 1257 praecedebat *Rhanidi Sulpiciae l. delicio*, in sinistro latere legebatur *Sulpicia Trionis l. Rhanis*
1 *partu subrepta necato* Burmannus. propius erat *necante*, sed Meyerus *nec ante partu subiecta* recte construit explicans 'cum primum peperit'. immo priusquam peperit
2 *rhanos* traditum 5 *praentis* testatur Fabr. quod mutaui in *parentis*, *parientis* quamquam alibi metrum non est uiolatum. *praesens hic* Burmannus, *praegnantis* Bormannus, *praedatus* Leo

1298

Inuide, quid gaudes? illa hic mihi mortua uiuet,
illa meis oculis aurea semper erit.

CIL. VI 11082 ex Iucundo, Gruter 752, 3. AL. Burmanni IV 163, Meyeri 1292 Romae in Auentino, periit. clauditur hoc disticho titulus longiusculus a M. Aemilio M. f. Ianuario scriptus Catiliae Marcianae *cum qua uixit annis XIII cum magna dulcitudine* et ab Aemiliis filiis eidem matri sanctissimae. legitur ibi *somno aeternali sacrum* quo adiectiuo Tertullianus primus usus inuenitur et graeca formula οὐδεὶς ἀθάνατος
1 *mi* traditur, quod spreui numeris obsecutus schedis diffidens

1299

Quid lacrimas? factum est, | uir bone, uiue uale. |

sed tibi, inuide, opto, qui | ossucula mea hic sita esse | gemis,
morte tardata uiuas | aeger inops.

CIL. VI 24800 descr. Henzen, Fabretti 420, 382. AL. Burmanni IV 194, Meyeri 1480 nunc Florentiae, olim Romae marmor coronae et auicularum signis ornatum. praescriptum *haue dulcis: Popilia Alexandria rarissima femina a(nn.) XXXV hic sita est. M. Vlpius Ingenuus b(ene) m(eritae) et sibi: dulcis uale.* bonus pentameter 1, malus 3, confusaneus 2

1 *factum est* mortua sum cf. 146 ss. 2 *inuideo pio* Fabr. AL. hexameter sic fit *sed tibi, qui ossa mea hic sita laedes inuidus, opto* 3 Pompeis candidatorio titulo adscriptum *inuidiose, qui deles, aegrotes*

1300

Hoc iacet in tumulo coni]ux ueneranda Menesthei
Maera et pri]maeui mater Olympiaci,
quam semper flebit nat]us flebitque maritus,
fida etenim coniux] et pia mater erat.
hanc potius dicant uate]s qui sidera dicunt
aetheris, haec curast dignior] Aonia.
nam sine fine bonae uit]ae fulgentia signa
egregiumque decus, sider]a uera micant.
diuinae remanent haec ui]ua ligamina mentis
corpore deserto quae sociant] animos.

CIL. VI 22404 ex schedis Marinianis Romae in uilla Perucchi. praescriptum ... *Mene]stheus coniugi karissimae M* ... | ... [*sancti*]*ssimae et indulgentissimae,* in dextro latere sub nomine mulieris *et sibi et suis posterisque eorum,* infra carmen ... *in fronte ped. III*

2 *Olympici* schedae. matri sidereum quoddam nomen fuisse putes propter 5 s.

1301

Ingratae Venaeri | spondebam munera | supplex
erepta, coiux, | uirginitate tibi.

Persepho|ne uotis inuidit pallida nos|tris
et praematuro funae|re te rapuit.
supremum | uersus munus Donatus | et aram
et gratam scal|psit, docta Pedana, | chelyn.
me nunc torquet | amor, tibi tristis cura | recessit,
Lethaeoque | iaces condita sarcophago.

CIL. VI 17050 ex Cyriaco aliisque multis (ex ms. Riccardiano 921 mihi rettulerat AemBaehrens), Gruter 843, 3. AL. Burmanni IV 154, Meyeri 1283 fuit Romae in S. Mariae maioris in ara marmorea eleganti ornata figuris epularis accubitionis ac laurorum et cycnorum, chelys quidem ab is qui descripserunt anaglypta non commemoratur 1 clausula Vergiliana ge. IV 534 5 *Donatus* nomen mariti sponsiue. *donamus* ms. Duebneri Gothanus ac Smetius in editis, *donatur* Smetius in ms. 6 *sculpsit* ms. Gothanus. *saepsit*, *scripsit*, *cessit* alii. *docta* uxor appellatur ut Musarum lyraeque amans (cf. Notizie 1888 p. 282 *Euphrosyne pia docta nouem Músis philosopha* hexameter miurus) 7 clausula Verg. Aen. II 595 (monuit Lommatzsch) 8 *letihaeoque* scriptum esse in lapide auctor uetus dixit pro testimonio

1302

Docta lyra, grata et gestu, formosa puella
hic iacet aeterna Sabis humata domu.
cuius fatales pensare optauerat annos,
Ponticus huic coniux ultima dona dedit,
hunc titulum, socios manes, commune sepulchrum

Fabretti 80, 96 (Or. 4851). AL. Burmanni IV 149, Meyeri 1278 Fani Fortunae. praescriptum *M. Annidius M. l. Ponticus sibi et Sabini*
3 *optauerit horis* Muratori 1292, 6, *horis* etiam Moroni schedae, *horas* Reinesius 726, 16 lacunam post 5 indicarunt Murat. et Mor., omisit Fabr.

1303

nam fuit eximia specie | miroque decore,
mens | inerat uere corpo|re digna suo. |
bade, uale dulcis.

CIL. IX 1983 ex Iucundo et antiquis, periit. AL. Burmanni IV 35, Meyeri 1200 Beneuenti. praescriptum *Tarquiniae Modeste q(uae) u(ixit) a. XV m. VI d. VI Modestus et Lasciua paren(tes) et Lucentius mar(itus) c(um) q(uo) u(ixit) m. VI d. VII*

1 *eximia specie* supra 1188 2 *membra inerant* Iucundus 3 *uade* idem. comma penthemimeres uiatori et mortuae distributum aliter atque in 1235

1304

Virginis hic cineres sunt p]rima aetate sepultae
praestantis natis o]mnibus in specie,
et dolor insedit cunctis co]mmunis amicis,
cum lucem tenebr]is pressit acerba dies.

CIL. VI 15837 descr. Detlefsen in museo Laterano tabulae marmoreae fragmentum. supra legitur *Clodiae C. l. Raphinis*, adhaesisse huic alter titulus sepulcralis uidetur ab sinistra. expleui dicis causa

1305

Aspecto paulum tumulo subsiste uiator,
nescis dunc uitae tempora parua meae.
Coelia nomen erat, sequens prob[itate maritum,
uiximus annos tredecim menses quattuor,
et sic me miseram destituere dei.
narrabam Lethen defunctorumq[ue quietem:
nil mihi Lethaei profuit a[mnis aqua,
durat et infixus noster dolor a[d Stygis undas
a fatis rap(tae) coniug[is e thalamo.

Muratori thes. 1331, 10 e schedis Iucundi 'in Sabinis apud Montem Bonum' i. Fori Noui, CIL. IX 4810. AL. Burmanni IV 80, Meyeri 1220. periit, nec bene transcriptum uidetur

1 *qui spectas* Burmannus 2 *nescis* traditur, expectes *noscis* potius aut *rescis*. sed quod priores in *dum* mutarunt *dunc* iam pluribus exemplis confirmatum est 3 *sapiens* Doruillius: *sequens* traditur quod potuit cogno-

men esse, certe cognomen requiritur, potuit autem extra carmen legi in adiunctis. tum *proba fida marito* Burmannus 4 errore haec medio carmini inserta Burmannus putauit. uidetur coniugii tempus intellegendum, potest intercidisse *una*] *uiximus* 6 *narrabam laethem* Iucundus. *sperabam Lethen* Doruillius qui hunc et sequentem uersum expleuit fortasse *narrabant*, Leo mauolt *narra iam* 7 *laethei profuit au...* schedae 8 *ab...* schedae. *abstulit orcus aetatis raptam* Doruillius, *ante uigorem aetatis rapior* Burmannus, *abditus intus* ex Verg. Aen. IX 579 GuilSchwarz 9 *atatis rap. coniug...* schedae. *a, talis* Leo. *coniugis e gremio* iam Doruillius

1306

Nondum completis uiginti quattuor annis
a natis trinis et uiro eripior
nomine Fuscinilla, Petelina domo orta,
Celsino nupta uniuira unanimis.

Gruter 1141, 1 uidit Sirmondus, in CIL. VI non inueni sed extraneam tituli originem aut qualemcumque errorem credere malo quam recentis temporis fallacias. AL. Burmanni IV 362, Meyeri 1515 Romae in tabula marmorea cuius sinistra parte haec: *Fabiae Fuscinillae clarissimae et omnium uirtutum fecundissimae feminae Clodius Celsinus marit(us)* iambica uocabula elisionem non patiuntur u. 2 et 3, anceps syllaba neque elisa in medio pentametro 4, ceterum 3 uitiosus non est cum Πετηλινός medias habeat productas
1 traditur *quatuor*

1307

Dulce istic nomen Glypte iacet, omnibus olim
quas Venus inspexit praeficienda bonis,
et proba iudicio cunctorum et amica pudoris,
nec sine laetitia sermo, faceta loqui.
si de consulta, palmam, loquerere, ferebat,
si de formosa, nemo negator erat.
apstulit haec unus tot tantaq. munera nob(is)
perfidus infelix horrificusque dies.

CIL. X 2483 descr. Mommsen et Huebner, Henzen Or. 7414 Bais translatum in museum Britannicum praecedit *d. M. Glyptes, coniugi optimae fidelis maritus fecit* 1 *olim* in fine uersus superscriptum. negligentiam lapicidae etiam 2 *praeficienda* arguit in quo *n* supra uersum incisa est *bonis* ἀγαθαῖς (Hes. op. 702) 6 *negator* ante Tertullianum non comparuit

1308

Haue Septima, sit tibi | terra leuis.
quisqu|e huic tumulo pos|suit ardente lucer|nam,
illius ciner|es aurea terra tegat.

CIL. X 633 descr. Mommsen, PLME tab. XCVI E, Orelli 4838. AL. Burmanni IV 86, Meyeri 1223 Salerni 2 *e* in *quisque* erasa est, et uersus postulat *quisquis* ut 133 *pos|suit* lapis, principalis *s* sic eleuata et laeuorsum reiecta quasi secerni debeat a *pos|uit* ardentem lucernam adponunt parentantes (*monumento meo alternis mensibus lucernam accendant* dig. XL 4, 44)

1309

Siste gradum, fugiat quamuis breuis hora, uiator:
sic fati nullus te dolor exanimet.
Lesbia quam tulerat tellus, pulcherrima Tarsis —
indicio sit amor totius Hesperiae —
quam ereptam terris pia numina subtraxerunt,
hanc sibi sola domum corporis constituit.

CIL. V 6134. AL. Burmanni IV 57, Meyeri 1204 Mediolanii. 'caue fidas epigrammati' Mommsen, nam fide nititur Alciati qui carmina reperta aut partes eorum relictas perquam licenter mutauit aut in plenum refinxit. u. 4 si non absurdus, at sine exemplo est, credibilius 6 *sola* improprie dictum in hoc textu sermonis (393, 1) aut adeo confusum cum *solam* (1273, 4)

1310

Coniuge direpta meo díreptaq. natis,
ei mihi, fatales cur rapuere deí?
nam ter denos egi natales dum uíta remansit,
nunc tumulus cineres ossaq. lecta tegit.

uáde, age, nunc hospes qua te uia ducit euntem:
húc omnis fatis turba relicta ruit.

CIL. III 6475, suppl. 10762 uidere Mommsen et Hirschfeld Emonae (Laibach) in arca. praescriptum *Vrbana Iuli Salui h(ic) s(ita), Atimetus conseru(us) fecit*

1 debuit *coniugio*, de *direpta* cf. 444 3 potuit scribi *natales triginta egi* 5 s. perboni uersus aliunde sumpti, indidem fortasse 2 et 4. *qua te ducit uia* V. Aen. I 401, *quo uia ducit* ecl. 9, 1

1311

Conubii decus egregium, lux alma parentum
eximiumq. bonum corporis atq. animi
inuidia fati rapitur Vincentia florens
et nunc ante patrem conditur Helionem.
quin potius corpus: nam mens aeterna profecto
pro meritis potitur sedibus Elysiis.

CIL. III 1759 ex schedis. AL. Burmanni IV 135, Meyeri 1262 Epidauri in Illyrico. recens carmen esse Meyerus suspicatus erat, sane non est III saeculo antiquius

4 *Helyonem* Manutius

1312

Hunc habet aeternus cinis Agcellonis honorem:
hic iacet adsiduo rapta puella loco,
quam genuit tellus Maurusia quamque coercens
detinet ignoto tristis harena solo.

Revue archéolog. 1887 m. August. p. 120 descr. Nerutsos-Bey, CIL. III suppl. 6618 apud Alexandrinos (Ramleh) in columella alba, litterae dicuntur aetatis Gordianae. subscriptum *dis Manibus bene merenti conseruae Mainunae annor. XXII*

1 *Aggellonis* coniecit editor. dominone puellae id nomen fuit aut loco a quo honorem cinis acciperet, an ipsi sepultae? in epitaphio ibidem p. 121 descripto duae sunt pictae ancorae: hincine *ancello*, an uero unde ancilla? Mommsenus dubitat an ἄγγελος uel ἀγγέλλων eo sensu sit dictum quo a Iudaeis et Christianis interdum usurpetur de sacerdote

1313

Hic iacet Optatus pietatis nobilis infas,
cui precor ut cineres sint ia sintq. rosae,
Terraq. quae mater nunc est, sibi sit leuis oro,
namque grauis nulli uita fuit pueri.
ergo quod miseri possunt praestare parentes,
hunc titulum nato constituere suo.

CIL. IX 3184 (IRN. 5376) periit. AL. Burmanni IV 246, Meyeri 1349 Corfinii. praescripta *Q. Caecilio Q. f. Pal. Optato, uixit an. II me. VI, Q. Caecilius Q. et Ɔ. l. Hermes seuir Aug. et Licinia Repentina parentes piissimi posuer*(*e*) *et Q. Caecilius Q. f. Pal. Paelinus fratr*(*i*) aetatem produnt meliorem. integra uerba erosa fuisse in lapide traduntur, discrepantium autem lectionum nulla digna est fide (1 *speciosus* pro *pietatis*, 2 *sint lilia*, 6 *nunc tumulum*)
2 *ia* pro uiolis ut 467, 5

1314

Hic Seuera sita est Virusi nepotula cara, |
quae iam uix uitae tres inpleuerat annos |
quos inmaturos abstulit hora grauis, |
rapta patri et matri raptaque dulcis | auiae.
hic circum me positi soror | et frater, quorum fleuere parentes.

IohSchmidt in actis inst. arch. Rom. 1879 p. 174 apud Tadinates Vmbriae praecedit *dis Man. s.*, subsequitur *f*(*aciundum*) *c*(*urauit*) *Vir*(*usius*) *Ver*(*us*). aeui infumi dicitur
2 ex tali *iam bis uitae ternos* 4 ex pentametro *dulcis auo* 5 debuit sic fere *et circum positi fratres, fleuere p.* omissa talia *quorum decessus anthac fleuere p.* putauit Schmidtius

1315

Terra, precor, quaecumque | iaces Nicario super ossa, |
sis leuis in tenero corpore deposita.

CIL. X 7426 ex editis ac manuscriptis. AL. Burmanni IV 319, Meyeri 1411 apud Thermitanos Himeraeos. praescriptum *Nicarin Munatiae L. l. Zosimae filia hymnetria a s(acris?)*, subscriptum *uixit annos XVIII*

1 corruptus uersus ex deminutiuo, recte *Nicae* (male *super ossa Nicari* Inveges et Meyer) 2 *deposito* Torremuzza

1316

Nome fuit nomen, haesit nascenti Cusuccia,
utraq. hoc titulo nomina significo.
uixi parum dulcisq. fui dum uiuo parenti.
hoc titulo tegeor, debita persolui.
quisq. legis titulum, sentis quam uixerim paruom,
hoc peto nunc dicas: sit tibi terra leuis.

CIL. II 1235, Fabretti 146, 174 ex schedis Hispali praescriptum *Nome uisit anno et mensibus VIII diebus XII: h(ic) s(ita) e(st), s(it) t(ibi) t. l.* nolim spondere exactae ueritatis memoriam (4 *tumulo* Leo conl. 2)

3 *parom* (item 5 *parom*) et *dum uixi* Fabr. 4 *tegor* auctor alter, cf. tuor tueor 5 *quiq.* Fabr.

1317

Numinis antistes Sabazis Vincentius hic e[st,
q]ui sacra sancta | deum mente pia co[lui]t.

CIL. VI 142 descr. Garrucci et Rossi, Henzen Or. 6042 ad uiam Appiam in hypogaeo multis picturis ornato titulisque inlustrato Vibiae abreptae ad inferos et in piorum concilium inductae. ex septem piis sacerdotibus unus nomen habet *Vincentius*. praecedunt haec *Vi]ncenti hoc o[stium] quetes quot uides; plures me antecesserunt, omnes expecto; manduca, uibe, lude et beni at me: cum uibes, bene fac, hoc tecum feres* paululum distantia a legitimis senariis (*Vincenti hoc oro ne inquietes quod uides. omnes expecto, plures me antecesserunt. manduca bibe lude et ueni ad me cum uoles. cum uiues, bene fac semper, hoc tecum feres*), sequitur distichon. numina in picturis memorata (*aeracura, angelus bonus*), religio externa gentilisque commixta, eodem hypogaeo inclusum sepulcrum M. Aureli cuiusdam sacerdotis Mithrae, cetera saeculo fere tertio conueniunt

1 Sabazes qui plerumque Sabazius Sabadius

1318

Hoc ego su in tumulo Primus notissimus ille.
uixi Lucrinis, potabi saepe Falernum,
balnia uina Venus mecum senuere per annos.
hec ego si potui, sit mihi terra lebis.
set tamen ad Manes foenix me serbat in ara
qui mecum properat se reparare sibi.

CIL. XIV 914 descr. Mommsen, Henzen Or. 7411 Ostiae rep. extat in museo Neapolitano praescriptum *d. M. C. Domiti Primi,* subscriptum *l(ocus) d(atus) funeri C. Domiti Primi a tribus Messis, Hermerote Pia et Pio*
2 *Lucrinis* ostreis, ut Martialis *tu Lucrina uoras*
3 uide infra carmen *balnea uina Venus* (CIL. VI 15258)

1319

Substa, praecor, paulum festinas ire uiator
et maea post hobitum rogantis concipe uerba,
tale co speres et ipse uenire diae.
Iustus ego non patrio set materno nomine dictus,
paupere patre quidem set fame diuite uixi.
tibicinis cantu modulans alterna uocando
Martios ancentu stimulans gladiantes in arma uocaui.
qui uixi annis XXI m. XI d. XXVIIII,
Iustus ego morte acerba peri.

CIL. X 4915 accepi a Mommseno cui miserant Venafrani repertum ibi in fundo aliquo. praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *parentes filio incomparabili*
1 *s* super addita ad *subta,* i. subsiste. *festinas* participium 3 i. talem cum-diem 6 tibicinem intellege gladiatoriis ludis adhibitum, *alterna* nemo opinor ad dextram laeuamque tibias referet sed ad gladiatorum inter se pugnantium partes ut retiarii et secutoris, *modulans alterna notaui* V. ecl. 5, 14 7 *ancentu* Mommsenus statuit formatum esse ut *anhelitu* eandemque praepositionem reddi iussit Ammiano XVI 12, 36 et XXIV 4, 22 ubi aenatorum dicitur *accentus.* equidem cunctor de prisca uocis origine,

cumque Itali *ancude* ex incude similiterque alia fecerint, uolgus circa exordia huiusmodi antiquitus eadem socordia usum credo

1320

Hic situs est iusti iu[dex] | laudator et aeq[ui, |
Sassina quem genuit, | nunc Aquileia tenet, |
s]eptimae qui cohortis | centuriam reguit |
praetoriae fidus, non | barbaricae legioni[s, |
C. Manlius hic Valeri|anus nomine dictus. |
Sentilius fratri, quia | meritus, posuit. |

CIL. V 923 descr. Mommsen, Henzen Or. 6686. AL. Meyeri 1156 Aquileiae
1 *iustus* priores exceperant. malo *iusti cu[ltor* (Lucan. II 389) 3 lege *chortis.* de *reguit* perfecto cf. 1086, 8
4 tangi legionem XI Claudiam Mommsenus suspicatur in eaque Sarmatas militantes apud Aquileiam saeculo III aut IV 6 *quia* pro longa una ut apud Terentianum

1321

Decimus a prima sectatus castra iuuenta
circitor morior, praemia parca, senex.
qui nulli grauis extiteram, dum uita manebat,
hac functo aeternum sit mihi terra leuis.
dat patruo ob meritum feralem Flauius urnam
Ninnius et cinerem spargit odore gemens.

CIL. IX 344* ex Pollidoro, fictum Mommsenus et ego habuimus, defendit OHirschfeld in actis acad. Berol. 1893 p. 425 quia sufficere negat argumenta fraudis ducta ex persona auctoris uitiisque prosodiae, militiae circitores extitisse docens saeculo quarto. AL. Burmanni IV 341, Meyeri 1429 prope Aternum praescriptum *d. M. s.*
2 potuit *circumitor* (Vegetius III 8 *quos circumitores appellabant*) 3 cf. 1313, 3 s. 6 *gemens* Pollid. ms. *pio* idem apud Muratorium 540, 2

1322

Hic situs est primeus qui ui|xit,
iucundo se(m)per silbae | stetit officio.

CIL. VI 24930 e Ficoronio fuit in columbario Romano

1 *Primeus* pro nomine proprio Henzen cepit, mihi uidetur *primaeuus* esse, tum sane nomen hominis desideratur, est uero titulus haud integer, utique abnormis 2 *iucundose per* Fic. *iucunde se(m)per et praestitit officia* corrigit Henzen (cf. 1025), Mommsen quae tradita sunt tuenda suscepit, hominem fuisse saltuarium

1323

Si modo sunt Ma|nes, sentiant: spes ui|te nostre fueras,
nu|c quis ubi iaceas, indi|cat iste lapis.

Acta epigr. arch. Austriaca 1892 XV p. 212 descr. Skorpil prope Tenča Moesicum pagum. sub fastigio effigies est equitis iaculantis quem aspicit signum deae uestitae praescriptum *d. M.*, secuntur haec *L. Spurenius Herculanus pater et [Fl.] Paula mater L. Spurennio Rufo b(ucinatori?) ch(o)rt(is) Mattiacorum militante an. XX bene merenti posuerunt: ualete uiatores*

1324

Hic cineres at]q. ossa iacent tantumodo | [uitae] adque animae sanctae. |
sed qu]od aput Manes sensus ualet, | [imp]raeco illae
ereptaeq. animae, | [sit] quoq. terra leuis.

CIL. X 2645 uidit Mommsen Neapoli. subscriptum *hi]c? Lais Genices l. uix. an. XXXXV hic (sita) e(st)*

1 desinit hexameter in *uitae* siue *matris* uel simile nomen ibi positum erat, super adiecta cetera 2 bene imprecor illi

1325

Iulius cum Trebia | bene uixit multosq. | per annos,
coniugio aeterno | hic quoque nunc remanet.

CIL. X 1310 ex Remondinio prope Nolam subscriptum *h(oc) m(onumentum) s(iue) s(epulcrum) e(st) h(eredem) n(on) s(equitur)*

1326

Qui mortale genus | statuit animamque | creauit,

attribuit | reddi corpora Ely|siis.
hoc simul ut creda[s], | tu moriture legis.

Notizie d. scavi 1885 p. 158 ad ectypum Rauennae in tabula marmorea. praecedit ... *et Caesiae Primigeniae uxo(ri), Q. Pub. Geniali fratri et Peculiari matr(i), Iuuenali lib(erto) Modesti*
3 i. lege

1327

Qui properas, quaeso, tard|a uiator iter,
ut paucis | discas cum genus exitium. |
non externa satus Scythi|ca de gente Syrorum, |
s]um satus, Aethnauiros ubi | cingunt Anspagae moles. |
cognitus est locus amoenis|simus Alba,
in qua frondicoma | odoratur ad mare pinus,
Daphne | pudica ui[ret, sa]lit et loco uitrea Na[is. |
dum simi[li do]no natam u . . unic[am . . |
. . . ubi me iurat esse d . . |
. . u]bi sum cinis, hic o[ssa | nostra colen]tur.
ter denos et | bis quin[os uix] sumsperat anno[s |
aetate, my[s]ero que mihi fuit unica na|[t]a.
quot dedit, it repetit natura, non | [a]uia peccat.
dicere ne pigeat: | P. Sitti Optati | molliter ossa cubent.

Renier inscr. Alg. 2106, CIL. VIII 7759 ex ectypo, suppl. 19478 recognouit IohSchmidt Cirtae in cippo simili arae. scriptura negligentissima
2 i. cum genere 3 confundi gentes uidentur Syrum et Serum (*sirica, byssus genus syrici*), *Syraue* proponitur in CIL. 4 *Anspagae* (*-pagne* Ren.) Mommsenus cognouit esse Ampsagae fluuii Cirtensis conlata ea qua *sumpserat* 11 corruptum est litterarum inuersione. *Aethnauiros* qui sint ignoramus, putes ob Aetnaei nominis claritatem memoratos 6 potest *frondicoma[ns* 7 expleuit Renier *ioco* legerat Ren. 8 *unic-* non certum, nam *un-* feci ex conglomerata littera quae uarie legi potest, mihi *u* cum *n* conexa uidetur, praegressum *uolui?* 9 *ibi me* Ren. *iurat* lapis, non *iuuat*: ipsa datast terris ubi me iurat esse

datura? 13 *auia* Ren. *quia* CIL. fortasse uerius etiamsi minus concinne 14 nomina Sitti maiusculis litteris inscripta excedunt numeros, exitus Ouidianus (trist. III 3, 76) idem supra 428, 15

1328

Non digne, Felix, citto uitam caruisti, miselle:
uiuere debueras, annis fere c(entu) licebat.
si sunt Manes, sit tibi terra leuis.

CIL. VIII suppl. 11594 uidit Cagnat Ammaedarae in Byzacena praescriptum *d. M. s. C. Iulius Felix uixit annis LXXXII mensibus VII*, subscriptum *h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*), *uxsor carissima* (*fecit*)

1 haud raro in titulis quam accentus ferit syllaba geminam accipit consonantem, ut *benne merenti* 3 posse intercidisse quadratarii culpa Mommsenus monuit quod expleret numeros *at si*, cf. subsequens carmen

1329

Non digna coniux cito uita [exire de]creuisti misella.
uiuere debueras, annis fere centu licebat,
fuit enim forma certior moresque facundi,
fuit et pudicitia quam in al(i)is nec fuisse dicam nec esse contendam.
set quia sunt Manes, sit tibi terra leuis.

CIL. VIII 403 descr. Wilmanns, suppl. 11511 ex ectypo Schmidt Ammaedarae. praecedit *d. M. s. Meuia Felicitas uixit annis XL. Q. Calpurnius Fortunatus maritus coniugi karissime posuit*, subsequitur *h. s. e.*

1 '*a* in *digna* non satis certa, probabilior tamen quam *e*' W. *digna* certum dicit Schm. lacunam septem fere litterarum capacem expleuit W. 3 *iucundi* coni. Schmidtius, commixti uidentur facundi et faceti (Ter. haut. 522 s.), *facundus* ἐπιτήδειος εὐόμιλος gl. Phil. 5 hic pentameter redibit infra

1330

Dis Manibus.
terris quicumque uiator transieris et dixeris [h]ui[c] tumulo
'Auito, [h]aue, sit tibi ter(ra) leuis',
et post obitum ite tui sit tibi terra leuis.
u(ixit) a. LXXII.

Renier inscr. Alg. 3712 descr. Leclerc CIL. VIII 9729 in pago cui Tiaret nomen est Mauretaniae Caesar. lapis octodecim uersiculos habet, senarum aut octonarum litterarum singulos

2 s. [*t*]*u i*[*n*] *tumulo auito* uel *quieto* Mommsen: *auiioiaue* descriptum est, nomen proprium fuit *Auilo* aut simile, *Rufine* Ren. *ite tue* fertur. *tuum* Ren. cf. CIL. VIII suppl. 18629 *post mortem nostri*, supra 252, 4

1331

Nomen non dico nec | quod uixerit annis, |
ne dolor im mentem | cum legimus maneat. |
infans dulcis eras, sed | tempore paruo. |
mors uitam uicit, ne li|bertatem teneres. |
he.iu non dolor est, ut | quem amas pereat? |
nunc mors perpetua liber|tatem dedit.

Delattre in actis soc. arch. Cirtensis XXVIII (1894) p. 166 unde transcriptum mihi misit Dessau publicauitque Cagnat Revue archéol. 1894 Iun. p. 421 Carthagine. praescriptum *d. M. s.*

1 deest uelut *dico tibi*, 3 *eras nobis* 5 *hexiu* sed *x* quasi ab *i* transfossa fertur: *heheu? heus tu?* 6 i. perpetuam

1332

. . . .
a]gitare iuuenilis amor | ullo magistro data. |
reliquis totidem annis uixi | bene, ut Fata scripsere mihi. |
ferarum multo fuit potior | quem domui quadripedem freno. |
milibus, ut uili, uinti fuit sub | me si qui cecurrit ecus. |
metae, quod fuit optabile morí, | sum cornuo labsus. |
sicut fuit in uoto, peri, licet | ob graue casus. |
nunc requiescunt reliquiae trig[a]|ri solo, per quo fui notus.

CIL. VIII suppl. 16566, IohSchmidt eph. epigr. VII 309

et 712, mus. Rhen. 44 (a. 1889) p. 485 ad ectypum Theueste in sepulcreto. subscriptum *C. Iulius Camma[rius* . . . clausulae u. 2 3 5 quasi elegiacae

2 *otiare* legebatur olim in principio, *agitare* Schmidtius. *ullo* certum est, fuit igitur negatio in superioribus (noluit amplius secundum praecepta) 3 *scripsere* cf. 1164, 5 4 *ferarum* more graeco pro ablatiuo 5 i. milibus passuum, ut minimo, uiginti. primum *ui ueli* coniecerat Mommsenus, *ut ueli, uenti* Schmidtius 6 *metae cornu* prominenti ad flexus agitatoribus periculoso. *cornu o[cc]isus* legebatur antehac, *ab* litterae minus certae, non praestat *laesus.* optata mors talis 1279, 7 8 *trigarium* τόπος ὅπου ἵπποι γυμνάζονται glossa Philox. cf. CIL. VI 8461, Notitia urbis reg. IX al.

1333

Pax sibi uiuos homo | posuit Antonius aram, |
uerna loci huius, | qui negotiator | habet |
coniugem et natos. | nauigandum opera | . . . rando |
. . . . materna | aueniiilaesitque | am sacram.
d(is) M(anibus) s(acrum). | Antonius Pax u(ixit) a. |
LXX. h(ic) s(itus) [e(st).

Renier inscr. Alg. 2190, CIL. VIII 7999 contulit ASchoene Rusicadi repertus cippus arae similis nunc Parisiis accedunt in abaco scripta *...udi II M'.* (aut *Mu*) *Maci* | *....i* *...Sambucu*|*s*

3 4 incertissima: *nauigalo...iri* | *...ando...* | *...po..erm..* | *ueni...nsqui* | *memorem* dederat Renier, sententia fortasse haec: nauigando oneraq. uectando patrimonium inuenit erexsitq. aram sacram

1334

Caeciliana mihi socioque fuit Daph]nus nomen,
cui data sum coniu]nx, de patre Catillio.
annos uiua tuli uiginti,] sesqui et annum
sub Daph]ni iugo, quae peperi et per(i)i.
iam cineri] sepulto meo profundere uelis
non . . . . .

CIL. VIII suppl. 11108 descr. de la Blanchère prope

Sullecthum prou. Byzacenae in tabula marmorea. suppleuit IohSchmidt, pauca mutaui

2 in hexametri modum *cuius eram felix coniunx* Schmidtius 3 *sesqui* recte puto exceptum: *quinque dies uixi septem mensesque et a.* Schm. 4 *sub matrimoni* Schm. 5 *si lacrimas* Schm. *sepulto* quasi sepulcro intellegens. *uelis* priore producta ut 1341, 1. deest *non lacrimas, uiolas sed magis atq. rosas*

1335

Hic decus Italiae tegitur Constantius heros,
qui patriae tegmen, murus et arma fuit,
inuictus bello, non fictae pacis amator,
confixus plagis, uictor ubique tamen.
hic mare per medium gentem conpressit euntem,
et uictis pariter terra negauit opem.
sobrius armipotens castus moderamine pollens
primus in ingenio, primus in arma fuit.
Romanis blando quantum flagrauit amore,
tantum Pannoniis gentibus horror erat.
iste sibi et natis bello mercauit honores,
munera principibus colla secata dedit.
natorum medio pictus pater, anxia mater
quem plangat nescit, stat stupefacta dolens.
peius Roma gemit tanto spoliata senatu,
perdidit ornatum, perdidit arma simul.
tristes stant acies magno ductore remoto,
cum quo Roma potens, quo sine pressa iacet.
hunc tumulum, dux magne, tuum tibi condidit uxor,
quae tecum rursus consociata iacet.
istud nulla manus temptet uiolare sepulchrum,
at, Theodora, tuum te cupiente parens.

Rossi inscr. christ. Rom. I p. 265, Mommsen Hermae 28 p. 33 ss. e codicibus aeui Carolini Sangallensi et Parisino ubi inscriptum est *epitaφion Constantii,* exscriptum fortasse

in Heluetiae Germaniaeq. confiniis alicubi de Constantio non constat. eum Constantem esse Rossius sumpsit a. **414** in oriente consulem postea magistrum militum a Theodosio II praepositum tuendis finibus Danuuianis (Marcellinus chron. ad a. 427 'Pannoniae quae per L annos ab Hunnis retinebantur, a Romanis receptae sunt'). Mommsenus Constantium Chlorum Constantini M. patrem uirum Theodorae (Eutrop. IX 22) Eburaci mortuum a. 306 intellegi uoluit, uereor ut recte

1 *o decus Italiae uirgo* V. Aen. XI 508 5 *it mare per medium* V. Aen. XII 452 10 *honor* cod. Paris. 12 cf. *secarunt* 543, 8 13 *media pictis* Paris. *mediost ictus* requiro

1336

Sors tibi sub teneris, Argentea, contigit annis,
cuius fausta patrum saecula nomen erant.
quae nos non aliter quam te consumpsit amantes,
quorum sensus adhuc quod dolet intus amat.
non bene pensantur leti dispendia luctu:
plus moritur uiuens qui ualet esse miser.
sume igitur lacrimas, quarum solacia sensus
nulla tui, sed nos quos nocuere iuuant.
frangitur explicitis tristis fortuna querellis
et reserata minus pectora uulnus habent.
nomen dulce matris solumque, Argentea, pignus,
heu mihi quam subito funere rapta iaces.
uernantes calidum decoxit frigore flores
et gemmam in fructu mors inimica tulit.

Gruter 1177, 3 Rossi inscr. christ. Rom. II 118, 102 ex codice Palatino. AL. Burmanni IV 140, Meyeri 1266 fuit fortasse in agro Verano

1 *mors* coni. Schrader 7 i. sentiuntur a te nulla 11 *patri* Schrader 13 *uernante* et 14 *gemma* fertur, em. Burmannus. *calidum* aestas, *gelido* coni. Schrader. *in* fortasse ortum ex *m*

1337

Heu me, nate, iaces tenero subtractus in aeuo,
heu spes una patris, te sine uita grauis.

tu meritis ornate tuis monumenta relinquis,
at mihi plus misero, quod decet, inde dolet.
uixisti in teneris annis grauitate magistra
et stupuere nouum tempora parua senem.
nil breuis ergo dies, nil mors detraxit acerua,
at laudem crescit paruula uita tibi.

Rossi inscr. christ. Rom. II 122, 12 ex codice Harleiano loco ignoto, Romae tamen ut uidetur uia Salaria aut Tiburtina

1 *mi(hi)* optabam propter *subtractus*, sed cf. Leo Sen. trag. I p. 66 4 ut in alio *inde dolor permanet unde decus* 5 post 6 conlocauit scriba, in illo *grauitante nigram* praue interpretatus uerbi notam, in hoc *et si tu puer enouum* dedit, emendauit Rossius (cf. 1385, 7 al.) 8 i. ad

1338

Suscipe me sociam tumulis dulciss[ime coniux,
cum mors est tecum non meruis[se mori.
hic mea mens simul est, simul hic mea [uita sepulta,
mortem ferre tuam mors mihi [semper erit.
sanguine fortunis anima form[aque ualebas,
et quantum in thalami foede[re laudis erat.
publica cura tuae fidei commis[sa . . .
illustrem tribuit te m . . . .
o si Romuleos fas sit . . . . .
conf . . .

Gruter 843, 4 uidit Lipsius, CIL. VI 30115. AL. Burmanni IV 210, Meyeri 1321 Romae in Auentino

1 et 2 suppleuit Gudius 3 suppl. Pithoeus 4 *maior erit, saeua fuit, tristis erat* alii 5 *animo* optauit Schraderus *formi..* traditur. *formaq. placebam* uel *probabar* Burmannus male posita persona prima 6 *praestat amor* Burm. 7 *salusq.* et 8 *moderante locum* Burm. certius muneris indicium uidetur requiri (Quiritum sim.) 9 *numerare triumphos, conferet aeternum publica fama decus* Burm.

1339

Perpetuas sine fine domos mors incolit atra
aeternosq. leuis possidet umbra lares.
uita subit caelum, corpus tellure tenetur,
omnia sic repetunt iura locosque suos.
sic rerum natura iubet, sic temporis ordo:
quae modo sunt, pereunt, quaeque futura, cadent.
suscipe nunc coniunx, siquis post funera sensus,
debita sacratis Manibus officia.
multorum inuidiam tandem caruisse memento,
nequiquam paueas templa quietis habens.
hic Probina iacit gracelis cito rapta marito
diebus paucis uix commodata suo.
inuida sors rerum, fatis quid mergis aceruam
nec te coniugii nouus flectit amor?
heu miseranda nemis, auspiciis iuncta sinistris,
quo fato traderis, hoc seuiente peris.
quid, Probina, prosunt fecunda uiscera tibi?
concepis adfectum, luctum et ipsa parit.
nil te danna nocent communis funere leti,
cum tuus in nostro pectore uibat amor.

Gruter 1058, 1 uidit Smetius. AL. Burmanni IV 146, Meyeri 1275 Romae tabula marmorea magna parieti inmissa in Quirinali. subscriptum *haec fuit in lucesta* (*luce ista* Alciatus) *annos XVII m. X dies XX in quib(us) cum marito uixit dies centum, aegrotauit dies XXXX, uere quieuit* (immo *XXXXVI, requieuit*) *cum pace* duo carmina sunt, bonum unum ad u. 10, alterum mendosissimum ab undecimo. tamen diuersa diuerso tempore insculpta esse quod Meyerus dixit Fleetwoodi appellans auctoritatem, rectius hic duo in unum male conflata eruditionemque antiquam nouis ac barbaris uersibus praetextam statuit

7 Ouidiana ex P. I 2, 113 *si superest aliquis post funera sensus* similiaque contulit Burmannus 9 *inuidia* Alciatus 10 *nec* aut *nil quicquam* aut *quidquam* alii.

et haec est *quiquam* pronomini uis 1117, 1 *habes* Alciatus 11 *Gracili* uolgo dum Gracilem pro marito habent 13 *acerbis* uel *acerba* Burmannus 14 *nouus electit* lapis: *flectere nouit* uolgo 15 *o misera heu nimis auspiciis mihi* Alciatus 16 ecce corrigentium temptamina *traderis hoc fato quo feriente* aut *quo fato traheris hoc ueniente* 17 oportuit saltem *tibi fecunda uiscera prosunt* 18 *te ipsa* traditur. *luctus et ipse parit* Burmannus, *paris* Ferretius, immo uiscera (quasi nom. fem. opinor) aut conceptui quae subest fecunditas parit 19 i. damna

1340

Munde, tuas fug]io insidias, uale proditor: at t[e
 nunc peto, terr]a, mei corporis una quies.
saecli uana] nihil curo in te nomina, quan[do
 spiritus ae]thereas ardet adire domos.

CIL. IX 952 Aecis Apulorum (Troiae) in tabula marmorea inuenit Kaibel descriptumque mihi misit, litterae bonae dicuntur. praecedit unus uersiculus ...*mi . eriar . et me . doc . eq . ac p[ed.* munerum ut uidetur nomina comprehendens parum perspectorum infimae aetatis *pri]mi[c]eriar(ius) et me(morialis), doc(tor) eq(uitum)*

1 *uale* correpta altera sicut *caue* apud Horatium. in fine potest explicari *ad te nunc eo* 3. 4 *quando spiritus* sumpsi a Kaibelio 4 Verg. Aen. IV 281 *ardet abire fuga,* Ou. fast. III 620 *Tartareas ausus adire domos*

1341

Huic sancto loco sepultus cosun siquis cognoscere uellis,
triginta et duo circiter celeri cursu perfeci meo.
reddere mecattum fuit, iterum sperare quod fui.
teque, optima mater, peto ereptum totue malis ne doleas:
 non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.

Marini Aru. p. 505 ex schedis mendosis Maccianis Romae. christianum existimauit titulum Marinius proferens inter exempla *uellis* scripturae

1 i. quo sum. debuit scriptor *hic sepultus* (aut in hexametro *positus*) *qui sim* 2 ex senario deformatus tali *tot annos celeri cursu perfeci meo.* lapis dubitabimus an

circites scriptum habuerit (409, 3) 3 restituendum *me fatum* an conl. 1239, 5 interpretandum *cautum* (lege naturae)? altera parte exprimitur sepulcralis sententia ista ὅταν ἀποθάνῃς οὐκ ἀπέθανες 4 *ue* sua ui caret, an fuit *uite?*

1342

Hic cum lauru feret Romanis iam releuatis,
reclusus castris inpia morte perit.

CIL. VI 9783 descr. Kiessling Romae marmor effossum uia Latina. praescriptum *d. M. s. Iulio Iuliano uiro magno philosopho primo. hic cum laurum ferret* uictricem *Romanis iam releuatis* ab obsidione, iterum *clusus castris* improbe periit. ad Maxentii historiam et annum 307 Mommsenus illa rettulit conl. Lactantio mort. persec. 27, ego Alarici aeuo titulum digniorem aestimo

1 *fert* interpretatur Henzenus fortasse rectius (in titulo Rhenano Bramb. 527 quasi hexameter *Firmino uotum referet* i. refert *Iustini Paterna*)

1343

Traiani queren(t) atria m[e . . . .
cum] tota Roma flebit et ipse . . .

CIL. VI 9446 descr. Rossi Romae in Laterano ita clauditur titulus hic: *benemerenti Bonifatio sc[olastico?] grammatico Aeliana c[oniux caris]sima posuit, qui uixit ann..... in pace et fecit cum uxor[e]..... depositus kal. Ianuaris.....* posteriorem uersum uideri fuisse pentametrum, priore indicari bibliothecam Vlpiam Henzenus recte monuit. qui priorem quoque uersum pentametrum fuisse opinatus proposuit *Traiani quaerent atria me* ⏑⏑– *et tota Roma flebit et ipse puer.* ille quidem dubito an mancus fuerit hexameter sententia tali *Traiani quaerent nunc atria me dominusque cum tota R. flebit et ipse dolens,* ut populi et principis fauore glorietur grammaticus. uerum nihil certi (*Meonius - chorus* al.)

1 *queren* traditur

1344

Ca]elesti renatus [aq]ua qui uixit in [aeuum,
Fortunatia[nus hic s]itus est ...no genitus.

Rossi inscr. christ. Rom. I 127, 270 qui uidit et expleuit operculum sarcophagi marmorei fractum effossum in uinea Amendola. praecedunt signa christiana α et ω et Χρ. secuntur numeri annorum dierumque et consulatus indicium *Gratiano IIII* i. anno Chr. 377. dextro margini inscriptum *in pace*

2 *Fortunatiano* proposuit Rossius. pentametri tale menti scriptoris obuersatum est exemplum *Telephus hic s. est Ascanio genitus*

1345

App]ias hoc tegitur [s]uperis inuisa sepulcro,
fle]bilis haec suboli, [fl]ebilis ista uiro.
cas]ta uerecundo serbabit iura cub[i]li,
edi]dit et prolem, pignora cara tori.
no]n tamen haec tristes habitat po[st l]imine sedes,
proxima] sed Cristo sidera celsa tenet.

Rossi inscr. christ. Rom. I 240, 566 et add. p. 578 qui conpleuit in S. Pauli uia Ostiensi, maxima pars periit, paulum quiddam relictum uidit Rossius subscriptum *deposita*] *VIIII kal. Septembri*[*s con*]*ss. d. n. Arcadio Aug. II* [*et Rufino u. c.*] *quae uixit annus p*(*lus*) *m*(*inus*) *XXXVIII, Restitu*[*tu*]*s maritus com*[*pari suae fec*]*it.* annus est 392

1346

Hic funus crudele situm, primaqe iubenta
ereptus iubenis limina mortis adiit
Eutichius sapiens: sapiens pius adq. benicnus
in Ch]ristum credens premia lucis abet.
Euti]chius iacet hic decus uni ipse suorum.

Rossi inscr. christ. Rom. I 180, 412 Muratori 391, 5 fuit in pauimento S. Martini in montibus. subsecutum *depositus quartu nonas Oct.* [*con*]*s*(*u*)*l. Theodosi Agg. III et Eugen*(*i*) anno 393 . . *do* (aut *so*, uixit in deo) *ann. XXVIIII m. III*

2 lege *adit* 3 *benignus* Mur. 4 *qui Chr.* Manutius 5 *unus* legebat PSabinus. fortasse *uni*(*cum*)

1347

A

Sublimes quisquis tumuli miraberis arces,
dices: quantus erat qui Probus hic situs est,
consulibus proauis socerisque et consule maior,
quod geminas consul reddidit ipse domos,
praefectus quarto, totum dilectus in orbem,
sed fama emensus quicquid in orbe hominum est.
aeternos heu, Roma, tibi qui posceret annos,
cur non uota tui uixit ad usque boni?
nam cum sex denos mensis suspenderet annos,
dilectae gremio raptus in aethra Probae.
sed periisse Probum meritis pro talibus absit
credas Roma tuum, uiuit et astra tenet
uirtutis fidei pietatis honoris amicus,
parcus opum nulli, largus et ipse sui.
solamen tanti coniux tamen optima luctus
hoc Proba sortita est, iungat ut urna pares,
felix, heu nimium felix, dum uita maneret,
digno iuncta uiro, digna simul tumulo.

B

Ex[uu]iis resolutus in aetheris aequore tutum
curris iter cunctis integer a uitiis:
nomine quod resonas, imitatus moribus aeque
Iordane ablutus nunc Probus es melior.
diues opum clarusque genus, praecelsus honore,
fascibus inlustris, consule dignus auo,
bis gemina populos praefectus sede gubernans
has mundi phaleras, hos procerum titulos
transcendis senior donatus munere Christi:
hic est uerus honos, haec tua nobilitas.

laetabare prius mensae regalis honore,
principis alloquio, regis amicitia:
nunc propior Christo sanctorum sede potitus
luce noua frueris, lux tibi Christus adest.
o nunquam deflende tuis: cum uita maneret
corporis atque artus spiritus hos regeret,
primus eras nullique patrum uirtute secundus,
nunc renouatus habes perpetuam requiem
candida fuscatus nulla uelamina culpa
et nouus insuetis incola liminibus.
his solare tuos, quanquam solacia maesta
gratia non quaerat, gratia, Christe, tua.
uiuit in aeterna paradisi sede beatus,
qui noua decedens muneris aetherii
uestimenta tulit, quo demigrante Belial
cessit et ingemuit hic nihil esse suum.
hunc tu, Christe, choris iungas caelestibus oro,
te canat et placidum iugiter aspiciat
eque tuo semper dilectus pendeat ore:
auxilium soboli coniugioque feras.

CIL. VI p. 389 ad n. 1751-1756 qui tituli dedicati sunt S. Petronio Probo praef. praet. quater consuli ordinario a. 371 patri consulum Olybrii et Probini ac Probi uxorique eius Aniciae Faltoniae Probae, quorum de genere rebusque plura exposuere Seeckius Symmachi p. XC ss. et Birtius Claudiani p. VI ss. AL. Burmanni II 139, Meyeri 825 non exhibet nisi prius carmen. haec epitaphia scripta ante Claudiani panegyricum fratrum coss. a. 395 in mausoleo Petronii et uxoris Romae ad S. Petri legit unus MVegius, saeculo XV perierunt. orthographia incerta uelut B 21 *solatia moesta* traditum est. Vergilianae imitationis documenta indicauit Lommatzsch cum tritiora (*dum uita manebat, diues opum*) tum A 17 s. (Aen. IV 657 *felix heu nimium felix*, ecl. 8, 32 *o digno coniuncta uiro*) et B 17 (Aen. XI 441 *haud ulli ueterum uirtute secundus*)

A 1 *arcus* Barthius 11 debuit *aethera*

B 1 *exuuiis* Rossius: *eximiis* apographa, *eximii* Baronius 30 *ferat* Baronius, *ferens* Mommsenus quorum neutro opus est

1348

A

Consimiles fratrum trabeis gestamina honorum
tertia, quae derant, addidimus titulis.

B

Dilectae Probus haec persoluo munera matri,
restituens statuis praemia quae dederat.

CIL. VI 1754. AL. Burmanni II 140, Meyeri 824 duo haec disticha scripta hinc et illinc fuere supra titulum quem Aniciae Faltoniae Probae *filii deuincti maternis meritis* dedicarant Anicius Probinus consul ordinarius a. 395 et Anicius Probus quaestor candidatus. hic cum a. 406 ipse quoque consul factus esset pariter ac fratres Probinus iste et Hermogenianus Olybrius cos. a. 395, eius honoris mentionem his distichis inclusam titulo addidit. ea pars marmoris quae disticha continet adseruatur in museo Lugdunensi Batauorum (Janssen tab. XII 5)

1349

Rapta iaces natis quos mater ad ubera liquit,
atque uiro pariter quem cito destituit.
triste ministerium gemini soluere parentes,
funere de tanto quos coquit ipse dolor.

Muratori 400, 3 ex schedis Mineruii. AL. Burmanni IV 361, Meyeri 1445 Spoleti. subscripta fere haec *deposita sub die V kal. Iul. consule Constantio u. c. quae uixit ann. XXVII.* unum Constantium Hydatius et occidentales fasti memorant consulem anni 414 omisso orientalis consulis nomine Constantis

1 *iacet* Burm. 3 initium Verg. A. VI 223

1350

Egregius fidei, sanctus mitisq. sacerdos,
dignus quem cuper|et ple(p)s aliena suum, |
dign(u)s ita geminis ducibus | consortia sacra
parti|cipare fidei, consilio regere, |

hoc iacet in tumulo, proprium cui | nomen Amanti
uenturi meriti | prescia causa dedit.
bis denis | binis populis presedit in annis: |
si non migrasset, laus erat ista | minor.

CIL. V 1623 a prioribus prope Aquileiam. praepositum crucis signum, insecuntur haec *depos. sb d. VIII idus Aprilis ind. XI, dp. Ambrosius diac. kal. Decemb. Mariniano et Asclepiodoto uu. cc. conss. ind. VII*, hic igitur anno 423, Amantius a. 412?

2 *ples* et 3 *digns* lapis 4 *fidei* hic bisyllabum 5 quasi Amandi, qui amabitur

1351

Hic iacet ingen[io celsus . . .
qui pietate su[a . . . .
integer adfabilis n[ulli bon]itate secundus,
pigneribus dulci[s, con]iugi[s ardor erat.
hic probitate sui creui[t tu]mul[umque parauit.
sint cineres grati, sit tibi ter[ra leuis.

Rossi inscr. christ. Rom. I 272, 637 descr. et suppleuit ad S. Laurentii in agro Verano ingens tabula. subscriptum *qui uixit annos p(lus) m(inus) LVIII, requiescit in [pace]... Mariniano et Asclepiodoto u(iris) c(larissimis)* [*coss.* anno 423

1 *celeberrimus ore* prop. Rossius ex carmine quod infra edam, *facieque decorus* Hense 2 uelut *praemia digna tenet* 6 'ethnica formula huic primo epigrammati christiano inserta' R. *sini* lapis

1352

. . fortuna iace[t . . .
. . et dulcia uota pat[ris
. . sat enim iam pubesce . . .
. . neus scibat fronte ser . .
. . p]arua quidem nondum . .
. . praecedebat tempora s . .
. . re larem iam norat . . .

. . . patet telae molle . . .
. . . et gemitus tamen . . . .
. . . e corporeo cri . . .

Rossi inscr. christ. Rom. I 270, 634 fuit in S. Pauli. subscriptum ... *i. Febr. Marin* ... [*ui*]*xit an* ... quo consulatum indicari Mariniani i. a. 423 Muratori intellexit p. 402, 3 elegiaci uidentur uersus fuisse, uelut 4 *uirgineus sc.* 6 *sed praecedebat tempora sedulitas, qua ditare larem iam norat, luxq. diei quanta patet telae molle peregit opus*
3 *pubescentibus annis* Petr. sat. 119, 20 4 *serena* Mur. ex coniectura, *set* Donius 9 s. gemitus haec solacia, quod cum tegmine corporeo crimina deposuit

1353

. . . . pat]re cretus Hyg[in]o
. . . . Sy]racusis
. . . . cellius hoc fu[it . .
. . . . pr]otinus ex atauis
. . . . Germanis nobile c . .
. . . term]inat oceanus
. . . . um me Roma latin[is
. . . . ue]rsibus erudiit

Rossi inscr. christ. Rom. I 429, 957 qui uidit et suppleuit in coenobio S. Pauli tabulae magnae fragmenta quam ex litteratura Rossius circiter a. 427 inscriptam esse colligit. eadem post resecta et inuersa nouum titulum accepit desinentem in uerba haec *qu*]*iescit Petrus* [*qui uixit*] *annu*[*s* .. *depos*]*itus est su*[*b die*] .. *Felic* .. quibus Felicis consulatus a. 511 aut post consulatum indicatur
1 *lare* Rossius 3 uelut *Marcellius* 5 *nobile corpus* R. potuit *nomen G. n. cunctis,* minus probabile *germanis* 7 *puerum?* 8 multum deest

1354

Praefixo moriens naturae munere functus
hic mea Tigrinus presbyter ossa loco.
sedibus en propriis mens pura et membra quiescunt:
ista iacent tumulo, gaudet at illa polo.

pono metum de fine meo, spes una salutis
  nam mihi fit Chr(istu)s, quo duce mors moritur.
quippe ego caelestis captus dulcedine regni
  diuersis reparo tecta sacrata locis,
culminaque hic lapsis trabibus totumque nouando
  promerui superas laetior ire domos.

Rossi inscr. christ. Rom. II 107, 55 e codice Palatino 'uia opinor Latina mil. III, unde nostra aetate in lucem rediit titulus basilicae S. Stephani Demetriadis uirginis uoto et opibus, iussu Leonis I pontif. aedificatae curante Tigrino presbytero' Rossius

2 *ticrinus presbiterissa loco* Pal. correxit Gruter 1173, 8 5 *pone metum* Ouidius et Lygdamus 7 *nulla captus d. rerum* Luc. X 17 (*dulcedine captos* Cul. Ou. Iuu.) 8 *iocis* Pal.

1355

Haec tenet urna duos sexu sed dispare fratres,
  quos uno Lachesis mersit acerba die.
ora puer dubiae signans lanugine uestis,
  uix hiemes licuit cui geminasse nouem,
nec thalamis longinqua soror trieteride quinta
  Taenareas crudo funere uidit aquas.
ille Remi Latio fictum de sanguine nomen,
  sed Gallos claro germine traxit auos.
ast haec Graiugenam resonans Arcontia linguam
  nomina uirgineo non tulit apta choro.

Rossi inscr. christ. R. I 310, 710 ex Sirmondo et Bosio, Fabretti 112, 277. AL. Burmanni IV 119, Meyeri 1248 fuit Romae ad S. Agnetis uia Nomentana arcae operculum marmoreum. praescriptum *epitafium Remo et Arcontiae qui natione Galla germani fratres adalti* (*adulti* corr. Sirmondus) *una die mortui et pariter tumulati sunt.* subscriptum *depositi nonis Nouemb. consul*(*atu*) *Dioscori u*(*iri*) *c*(*larissimi*) anno 442

3 prima ducta ex V. Aen. IX 181, *signarat dubia lanugine* Ou. met. XIII 754 4 *geminare* Fabr. 5 *trieteride sexta* supra 539 6 *Taenaria* pro inferis crebrescunt ab aetate Augusti, sed aquas qui ita uocarit non inuenio

10 quia ἄρχοντες uiri sunt ac tetrici, ut Sirmondus et Burmannus interpretantur, an quia semigraecum nomen ἄμουσον?

1356

A Eutropium hic, Chr(ist)e, tuum uirtute probatum
corpore conplexum nobilis urna tegit.
qui quamquam crebris ostentet maxima [si]gnis,
pandire sed tumolo carmine pauca [decet.
non equidem dubia se[d g]esta insi[gnia dico,
hausit quae popu[li cen]sus a[more data,
cumq. foret sublime d[ecus splendorque parentum,
elegit Chr(istu)m qaerere m[ente pia.
huic uictus tenuis et du[ra cubilia membris
et uestis tegimen hisp[ida semper erat.
B ex ḷ[ibris sac]ris grau(e) discirẹ . . .
e[t . . mae]stum fletibus o . .
si . . . . populos camp . . . .
. . . . . ibo pạṇịa . . .

C . . . . agmi]na pandun[t
. . . . m]ulta replet
. . . . sinergima pell[it
. . . . c]omis
. . . . pia . .

CIL. XII 1272 contulit Hirschfeld Arausione, nunc Auennione. Eutropius episcopus fuit Arausione circa a. 470, nominatur inter Gallicanos episcopos quibus Lucidus presbyter post concilium Arelatense confessionem misit fidei (Fausti R. p. 165 Engelbr.), titulus non breui post mortem incisus scriptura deterrima (uelut 3 *quāquā*, 12 *fletib*̄) suppleuit Deloye paene omnia. restant etiam alia eiusdem carminis fragmina minutissima *co*]*gnita i* et *uide*]*re d*(*eu*)*m*. B an C priorem locum tenuerit in tabula non constat

6 *populi uisus...* Deloye. haustas opes ab amatore ciuium pauperum cogitabam 11 potest legi etiam *grandi scire* 12 *pectus* indit Hense *ora rigans?* 14 *cibo pane?* 19 i. συνέργημα, cf. *paraclitus*

1357

Sume soror carmen, sola[cia] | trist(i)a fratris,
qu[i uict]|us gemitu hec tibi ue[rba] | dedit.
quae tegitur t[umu]|lo, si uis cognoscere [lect]|or,
sublimes gess[it] | sanguinis haec tit[ulos, |
moribus hec Cri[stum] | semper comitat[a] | superstes,
quem [post] | fata sibi credid[it] | esse ducem.

Rossi inscr. christ. Rom. I 370, 841 qui exscripsit ipse et Marinio duce expleuit ad S. Laurentii in agro Verano sequitur ... *deposita in pace* ... *con*(*sulatu*) *Festi et M*[*arciani* anno 472

1 *trista* lapis 2 *solus* R. 5 *superstes* dum uiuit, noli coniungere cum 6

1358

Leuitae coniunx Petronia, forma pudoris,
his mea deponens sedibus ossa loco.
parcite uos lacrimis dulces cum coniuge natae
uiuentemque deo credite flere nefas.

Rossi inscr. christ. Rom. I 371, 843 (Gruter 1057, 5 a Smetio). AL. Burmanni IV 78, Meyeri 1218 in S. Pauli ingens tabula, periit sequitur *d*(*e*)*p*(*osita*) *in pace III non. Octob. Festo u. c. conss.* anno 472, tum mentio facta Paulae et Gordiani et Aemilianae liberorum ibidem depositorum annis 484 485 489. quos Rossius demonstrat maiores esse Gregorii magni pontificis Romani. Paulae laudes uersu efferuntur senario *Paula cl*(*arissima*) *f*(*emina*), *dulcis benigna gratiosa filia s*(*upra*) *s*(*criptae*)

2 *discedens* AL. ex Grutero

1359

Deposuit corpus tumulo sed laude perennis
Aurelius penetrans regna beata poli,
qui mortem uicit meritis mundumque relinquens
immensum Christi possidet imperium.
cuius ut agnoscas sanctae praeconia uitae,
consortis, lector, respice facta uiri.

ambo pari lucis clauserunt tempore metam,
  membraque Dionisio iunxit amica papae.
prompta sacerdotis lacrymas mens iuuit orantis:
  hanc ideo tabulam obtulit Eusebia.

CIL. V 6183 a et p. 620, 7 ex antiquis, cf. Rossi inscr. chr. R. I p. 381, II p. 179   Mediolanii in sacello ss. Dionysii et Aurelii, non exstat   subscriptum *Aurelius ciuitatis Riditionis episcopus hac die depositus quo etiam pontifex sanctus confessorque Dionysius, post consol. domni n(ostri) diui Leonis iunioris* anno 475

2 *Aurelius coeli regna beata petit* Alciatus   6 *respice et acta* Alc.   8 *Dio-* una syllaba. *membra Dionysio* Alc. *papae* episcopo Mediol. pulso a Constantio Aug.   9 *sacerdotis mens ut iuuet exoranteis* Alc.

1360

Meremur, Fabea Scerniola, nobis semper amata,
  letitia sensus et medicina mestis.
confidimus (in Christo) te uiuere semper,
  quem cons[tat inf]ernis sic refugisse mala.

CIL. X 4494 ex schedis Winghii   Capuae   sequitur *uixit ann. pl. m. XIV, dp. s(ub) d(ie) IIII kal. Maias cons. Probini u. c(larissimi)* anno 489

1 maeremus te, Fabia   2 *senibus* Rossio auctore Mommsenus edidit. metrum obuersatum est menti tale *laetitia es maestis et medicina mali*   3 *in Christo* ubi posui, ibi lapis monogramma christianum cum *α* et *ω* supereminens omnes litteras exhibuit   4 suppleuit Rossius, *inferni* postulat Mommsenus

1361

Germine sublimi, Proba nomine, mente prouata,
  quae subito rapta est, hic tumulata iacet.
in qua q(ui)dquit habent cunctorum uota parentum,
  contulerat tribuens omnia pulchra d(eu)s.
hinc mestus pater est, auiae matriqe perennis
  tris]titia, heu facinus causa, perit pietas.
accipe qui lacr(i)mis perfundis iugeter ora:
  mors nihil est, uitam respice perpetuam.

Muratori 423, 1 e Maffeio, Monfalcon hist. Lugdun. 101, 457 et 106, 527 e Comarmondio. AL. Burmanni IV 136, Meyeri 1263 in oppido Galliae Lugdunensis Ansa subscriptum *quae uixit annis V et mensis VIIII, obiit s(ub) d(ie) III id(u)s Octubris Paulino u. k. cos.* anno 498 (Muratorius Paulinum iuniorem cos. a. 534 posuerat)

6 ... *heu* Mur. unde *hinc dolor* supplerat Schrader *causa* Monf. unde cum absolute proferri soleat *heu facinus* (Luc. X 518), *cassa* immutare coepi. nam lacunam Mur. significarat, unde *quanta* suppl. Burmannus 7 *iugiter* Mur.

1362

Cum tua, Rustice, recumbunt hic membra, sacerdus,
  fama peregrini cernit opus tumuli,
actaque caeruleis insultat uita latebris,
  nigra superfusi nec timet antra soli.
astra fouent animam, corpus natura recepit,
  hoc quoque non uellet mors licuisse sibi.
denique pacato sociatur gloria caelo
  et meritis palmam lux comitatur amans.
mira igitur res est, uani praeconia mundi
  quaesitas caeli promeruisse uias.
fascibus emeritis et summo functus honore
  aeterni secum praemia iuris habet.
milite legiferum moderatus corde tribunal
  praebuit ingenio fortia tela duci.
lubrica sed curis hominum iam saecla relinquens
  suscepit sacri serta ministerii

Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 57 ex actis anni 1308 (in quibus *coelo* 7, *coeli* 10) fuit Lugduni in S. Nicetii. in margine tumuli scriptum refertur *obiit VII kal. Maias Abieno consule* anno 501, nam consul a. 450 non sine conlega, consul a. 502 Auienus iunior nominatur

11 *fastibus* traditur 13 *miti et l. m. corde* prop. Allm. 16 'sequuntur uersus qui legi non possunt propter fracturam marmoris' acta

1363

Sidera me retinent, nil me [mors impia terret:
  ad uitam redii quae sine [fine manet.
suscepi thalamos subolem fac[tis monitura
  unum scisse uirum uirginis . . . . . diu.
sunt dulcis nati, superest gratusque maritus.
  nullos nosse dolos, hec mihi uita fuit.

Fabretti 323, 440 ubi u. 4 ss. aeque ac priores mutilati exeunt in *uirgi-*, *gratus-*, *haec m-*, Rossi inscr. christ. Rom. I 414, 928 ex schedis pleniores dedit   in S. Pauli coenobio marmor grande, fragmenta extant. hemistichia pentametrorum disterminantur interuallis. praefixum crucis signum, subiuncta *hic requiescit in pace inl. fem*(*ina*) *Decentia quae uixit annos p*(*lus*) *m*(*inus*) *LXXVI, deposita in pace pridie id. Martias. hic requiescit in pace inl. fem. Quypriana que uixit annos pm XLII, deposita in pace* . . . . . *b*]*r. cons. Volos*[*iano u. c.* i. Volusiano anno 503
1 2 expleuit Rossius ex Grutero 1175, 2 ubi hoc distichon iteratur   3 *factura* coni. Rossius   4 clausula sic traditur, *uirginis esse decus* et *uirgineumque diu* temptaui frustra, *sacroq. uolebam - uirginis igne diu* Leo

1364

. . . . anni[s
  . . . . d]edere necem
. . . . . toris cura redemti
  . . . . a flenda manu.

Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 68 cum imagine, Boissieu inscr. de Lyon p. 543   marmoreum fragmentum, subscriptum ...*Cytheo u*(*iro*) *c*(*lariss.*) *cons.* qui uidetur esse Cetheus Cethegus cos. a. 504 sicut Rossius proposuit inscr. chr. R. I p. 114 et 415. Boissieu ...*theo* tantum legit suppleuitque *Arintheo* (qui consul fuit a. 372)
1 praegressum uelut *in*]*dol*[*is*   3 *t* prima non certa. uelut *auctoris*, *genitoris*

1365

Sceptrorum columen, terrae decus et iubar orbis
  hoc artus tumulo uult Caretene tegi.

quin famulam tu, Christe, tuam rerumque potentem
de mundi regnis ad tua regna uocas,
thesaurum ditem felici fine secutam,
fotis pauperibus quem dedit illa deo.
iam dudum castum castigans aspera corpus
delituit uestis murice sub rutilo,
occuluit laeto ieiunia sobria uultu
secreteque dedit regia membra cruci.
principis excelsi curas partita mariti
adiuncto rexit culmina consilio,
praeclaram sobolem dulcesque gauisa nepotes
ad ueram doctos sollicitare fidem.
dotibus his pollens sublimi mente subire
non spreuit sacrum post diadema iugum.
cedat odoriferis quondam dominata Sabaeis,
expetiit mirum quae Salomonis opus:
condidit haec templum praesens quod personat orbe,
angelicisque dedit limina celsa choris.
laxatura reos regi quae saepe ferebat,
has offerre preces nunc tibi, Christe, potest.
quam [cum] post decimum rapuit mors inuida lustrum,
accepit melior tunc sine fine dies,
iamque bis octona Septembrem luce mouebat
nomen Messalae consulis annus agens.

Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 99 ex Duchesnio aliisque fuit Lugduni in ecclesia ss. Angelorum uel S. Michaelis in uico Ainay. annus uersu ultimo indicatur 506, coniugem Caretenen Gundobadi regis Burgundionum (ab a. 474 ad 516) fuisse Duchesnius ac plurimi statuerunt. LeBlant epitaphium multo post factum putauit a Fortunato qui pentametri clausulam 24 *sine fine dies* compluriens adhibuit, ceteri mortis tempore. atque illi Leo obicit uitatam in epitaphiis Fortunati talem qualis in 8 et 12 est clausulam
19 *orbem?* 21 *quas* expectamus 23 *cum* aut *iam* omissum puto

1366

Aeui ingens, genus egregium, atq. ordine princeps,
Lugduni procerum nobile consilium,
Exacto uitae transcendit ad aethera cursu
Terrenum tumulo dans, animam superis.
Hi[c patr]is reliqua gener ac pia filia condunt,
Ig[nara] ut non sint saecla futura sui.
Vsur[ae] lucis natus melioribus ann[is
S[e]x lust[ra] exegit non breue ter spatium.
C]iuis qui fuerit simul et quo nomine dict[us,
Ver]sibus in primis ordine prod[it apex.

CIL. XII 2660 descr. Rouchier qui suppleuit et Allmer Albae Heluiae in sarcophago. subscriptus uersus incertae lectionis *..o...terrae rex cons. Paulus* ut legit Rouch. consulemque anni 512 et regem Gundobadum intellexit. acrostichide proditur *Alethius c(larissimus) u(ir)*, quorum ultima sic Renier expediuit. pentametri cum hexametris sub eodem stant libramento
7 *usuram* tradidit Sponius, plus litterarum deesse significauit Allmer, *usuram ad* coniecit Hirschfeld. cf. 183 et V. Aen. VI 649 *heroes nati melioribus annis* 10 *prodidimus* maluit Mommsen

1367

Rustica, perpetuae non te sors pallida uitae
sustulit, interitum nec tibi morte dedit.
purior aetherias graderis sine carne per arces,
nam uitam castae funera nobilitant.
quod mirum, uiduata tibi sat constitit aetas,
coniugis ad natum cum bene ductus amor.

CIL. V 6266 ex Alciato, Vogel Ennodi operum p. XXVI. AL. Burmanni IV 195, Meyeri 1310 Mediolanii fuit subscriptum: *hic requiescit in pace Rustica r(eligiosa) f(emina) quae uixit in saeculo annos plus minus LX, deposita die III eid. Ianuarii Probo u(iro) c(larissimo) c(ons).* anno 513

4 *sic uitam* Ennodi codices 5 *sit* eidem, quae glossa uidetur esse ad 6 superaddita. hic *cum* et in 6 *sit* Vogel posuit dissaepiens commatis *mirum*. an *quid mirum?* 6 *iunctus* Gruter 1059, 1

1368

Ennodius uatis lucis rediturus in ortu
hoc posuit tumulo corporis exubias,
clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
quos functus laudum iussit habere diem.
reddedit hos caelo uiuacibus ille figuris,
cum fecit famae uiuere conloquiis.
quid mirum, si morte caret post busta superstis,
qui consanguineos restituit superis?
quantos iste foret, mundi caelebrator in hortu
nec silet occidui cardinis oceanus.
scismata coniunxit dudum discordia legi
adque fidem Petri reddedit aeclesiis.
pollens aeloquio, ductrinae nobilis arte,
restituit Cristo innumeros populos,
largus uel sapiens dispensaturque benignus,
diuitias credens quas dedit esse suas.
templa deo faciens ymnis decorauit et auro,
et paries functi dogmata nunc loquitur.

CIL. V 6464 contulit Mommsen, Fabretti 733, 454, Hartel Ennodii op. p. 609 Ticini in S. Victoris quondam, nunc in S. Michaelis angustis uersiculis conclusum episcopi Ticinensis scriptoris ac poetae clari epitaphium. cui subscriptum est *depos(itus) sub d. XVI kal. Augustas Valerio u. c. consul.* anno 521

4 i. functos. posterius hemistichium legi in Ennodi op. 199, 10 Vogel adnotauit praef. p. LVIII 7 *post b. superstes* Ennodius op. 50, 1 325, 9 (monuit Vogel) 9 i. quantus fuerit, celebratur. hinc Florianus abbas mortuum Ennodium laudat: *facundiam non solum testatur occidens sed et oriens miratur*

1369

Stemmate precipuum, trabeatis fascibus ortum
  Innodium leti hic sopor altus habet.
qui post patricia preclarus cingola rectur
  subiecit Chr(ist)i colla subacta iogo,
post pones ultra mundi protendere ponpas
  et potius domeno soluere nota malens.
sic gemeno felix perfunctus munere gaudet,
  egregius mundo placetus et domeno.
hoc tomolo cuius tantum nam membra quiescunt,
  letatur patria mens, paradise, tua.

CIL. XII 338 ex schedis, Or. 4858   Gaiola in ora maritima prouinciae Galliae Narb. Innodium hunc id est Ennodium cognatum fuisse episcopo Ticinensi Ticini sepulto sed Arelate orto probabile est, et quod Felix Ennodius episcopus nomina habebat, similiter in hoc carmine 7 *felix* interpretari permittitur. crucis signum praefixum est, id in gallicis epitaphiis non obseruari ante a. 503 auctor est LeBlant

5 *postponens* uolgo   6 debuit *uolens*

1370

Post mortem si uiuit amor, si gratia prisca
  durat in arcanum mentis adacta bonum,
quamuis luctificum fratris tamen accipe carmen,
  ne mala sit tumulis extera lingua tuis.
te natura parens omni depinxerat arte,
  moribus ingenio corpore mente fide:
purus amicitiae cultor, seruator honesti,
  eloquio miseros uel pietate iuuans.
hinc est quod toto semper te flebimus aeuo,
  quod fuerit iuueni uis tibi multa senis.
te genetrix fratresque simul, te compare luctu
  perpetuis lacrimis plangit amata domus.

Rossi inscr. christ. Rom. I 455, 1003 qui quod superest descripsit. AL. Burmanni II 134 IV 307, Meyeri 1399 in S. Pauli coenobio. crux in capite insculpta deinde abrasa. subscriptum *hic requiescit in pace b(onae) m(emoriae) Petilius Processius u(ir) s(pectabilis) togatus inl(ustrium) p(raefectorum) qui uixit pl(us) m(inus) ann. XXXVIII, deposit(us) e(st) sub die VIII kal. Iun. Probo iun(iore) u(iro) c(lariss.) cons.* anno 525

2 *adaucta* Reinesius 981, 367   7 cf. Lucan. II 389

1371

Pande tuas, paradise, fores sedemque beatam,
  Andreae meritum suscipe pontificis.
cultor iustitie, doctrine et pacis amator,
  quem uocat ad summum uita beata bonum.
plenus amore d(e)i nesciuit uiuere mundo,
  ad famulo Chr(ist)i gloria Chr(ist)us erat,
quae meditata fides et credita semper inhesit:
  haec te usque ad caelos et super astra tulit.
numquam de manibus tibi lex diuina recessit,
  eloquium d(omi)ni uixit in ore tuo.
Romanamque prius decorauit presbyter urbem,
  culminis auctus honor hic dedit esse patrem.
districtus sub iure pio et moderamine certo,
  utque bonus pastor texit ab hoste gregem.
hospitib(us) gratus se ipsum donabat egenis,
  illos eloquio, hos satiabat ope.
praesule sub tanto florens aeclesia mater
  creuit muneribus, creuit et officiis.

CIL. X 6218 ex schedis Formiis in pauimento templi maximi, infra sculpta fuisse infula episcopalis fertur. subscriptum *uixit ann. p. m. LXX pres(byter) Romanus ann. XII et in ep(iscopatu) an. XXVIII m. X d. XX, requieuit in pace XIIII kal. Nou. cons. Deci iun(ioris)* anno 529

13 i. destrictus, seuerus

1372

Hic situs est Theo . . . .
cui septem iii . . . .
tempore Lampadii . . . .
dum mens. . . . .

CIL. III 628 descr. Heuzey Dyrrachii. Lampadius consul a. 530

1373

Martyris inuicti Stepha]ni requiescis in aula,
haec data nam meritis] iure corona tuis.
terrenas multo tibi quas] sudore parasti
uiuus opes, subito] mors ini(mi)ca tulit.
luce sed aeterna cae]lestia munera carpis,
nos tristes curis] uita nefanda premit.

Rossi inscr. christ. Rom. I 473, 1044 qui descr. et expleuit in S. Stephani uia Latina eruta tabula grandis sequitur *gratias agamus be]ato martyri qui nos suscepit [in pace] .. Maurianus uir spect. quem tellus Ge[tula nutriuit nat]us Picens qui uixit ann. LVIII m. XI d. VI ... [Lampadi] et Orestes uu. cc. consulis, dep(ositus) in p(ace) M[aurianus uir spe]ctabilis sub die VII idus Septembris* a. 530 Lampadio et Oreste, 531 post consulatum, 532 iterum p. c., 533 et iterum p. c. eorundem

4 *inica* lapis. corr. qui primus edidit Fortunati 5 *at nunc pro meritis* Rossius 6 *non te criminibus* R.

1374

Sedis apostolicae primaeuis miles ab annis,
post etiam toto praesul in orbe sacer,
membra beata senex Bonifatius hic sua clausit,
certus in aduentu glorificanda dei.
mitis adunauit diuisum pastor ouile
uexatos refouens hoste cadente greges.

iram supplicibus humili de corde remisit
debellans cunctos simplicitate dolos.
egit ne sterilis Romam consumeret annus,
nunc orando fugans nunc miserando famem.
quis te, sancte pater, cum Christo nesciat esse?
splendida quem tecum uita fuisse probat.

Rossi inscr. christ. Rom. I 467, 1029 qui contulit frustulum extans in cryptis basilicae Vaticanae, II 126, 2 et 141, 32 ex codicibus Palatino et Virdunensi subscriptum *sed(it) ann. II dies XXVI, dep(ositus) in pace XVI kal. Nou. iter(um) post cons. Fl. Lampadio et Oreste u(iris) c(lariss.)* anno 532, quo Bonifatium II obiisse pariter pontificum R. historia testatur. is II annos apostolicam sedem obtinuerat (*ann. II* lapis, *annos III* male Vird.)
1 *in annis* Vird.

1375

Quamuis, nate, tuos mors inuida ruperit annos
apstulerintque tuum dura sepulcra decus.
non tamen his secum potuit deducere laudes,
quas uiuens semper fama superstes habet.
maiorum longa ueniens de stirpe senator
auxisti mentis nobilitate genus.
iudicis imperium seruans bonitate magistra
cum tibi subiectis tu quoque miles eras.
urbanos fasces gaudens tibi Roma parabat
consilio fratris nunc moderata tui.
fidus amicitiae custos, ambitor honesti,
iustitiae cultor, pacis amator eras,
gratus dulcis ouans humilis pius, ei mihi, quantis
priuauit miserum sors inimica bonis.
te leuita parens, suboles coniunxque fidelis,
te mixtis lachrimis luget amata domus.
nil tibi defendens famulum mihi, nate, parasti
ut tibi seruitii cresceret alter amor.

Rossi inscr. christ. Rom. I 469, 1031 ex schedis, Gruter 1055, 1. ex hoc AL. Burmanni IV 224, Meyeri 1332 in S. Celsi quondam aede prope pontem Aelium subscriptum *Praetextatus Saluentius Verecundus Traianus u(ir) c(lar.) et sp(ect.) uitam posuit X kal. Mai. et it(erum) p(ost) c(ons.) Lampadi et Orestis uu. cc., qui uixit ann. XXXIII m. II d. XIII.* annus est 533 quo tempore fratrem mortui Saluentium praefectum urbi fuisse (u. 10) Cassiodori epistulis confirmauit Marinius

3 *his* sepulcris: *has* Ligorius 7 iudicis imperium militiae palatinae aliquod munus dici Rossius arbitratur cum in ueros milites id esse exercitum sumat, ego militem figurate intellegi malo 11 s. cf. 1370, 7 1371, 3 Luc. II 389. *ambitor* producta *i* etiam Paulini Nol. appendix 3, 84 14 *mors* Mazochius et Ligorius 15 *pater* Gruter

1376

Humano generi legem natura creatrix
hanc dedit, ut tumuli membra sepulta tegant.
Liberii soboles patri matriq. sepulchrum,
triste ministerium, mente dedere pia.
hic sunt membra quidem, sed famam non tenet urna,
nam durat titulis nescia uita mori.
rexit Romuleos fasces currentibus annis
successu parili Gallica iura tenens,
hos non imbelli pretio mercatus honores,
sed pretio maius detulit alma fides.
Ausoniae populis gentiles rite cohortes
disposuit, sanxit foedera, iura dedit.
cunctis mente pater, toto uenerabilis aeuo
terdenis [lus]tris proximus occubuit.
o quantum bene gesta ualent. cum membra recedunt,
nescit fama mori, lucida uita manet.

CIL. XI 382 ex schedis. AL. Burmanni IV 47, Meyeri 1194 Arimini in synodo Arausicana a. 529 *Felix Liberius praef. praet. Galliarum atque patricius subscripsit.* testimonia de eo conlegerunt Ennodii editores (Vogel MGH VII p. 356)

4 cf. 1349, 3 7 *Rumuleos* testis unus 10 *pretium* alius 13 *memorabilis* pars 14 *ter senis* ex Baronii coniectura Toninius et Bormannus. tredecim lustra dicuntur poetica quae uisa est licentia cf. 456, 3 15 *bene facta* ex interpolatione Murat. 436, 1 16 cf. 659, 3 618, 9

1377

Mente pia uiuens, Chr(ist)i nutritus in aula
et sola gaudens simplicitate boni,
blandus in obsequiis et puro plenus amore,
pacificam uitam iure quietis agens,
qui gratus populis et celso dignus honore
sumpsisti meritis pontificale decus,
commissumq. tibi pascens bonitate magistra
seruasti cunctum sub pietate gregem.
pro quo rite tuum ueneráns Agapetus honorem
praestitit haec tumulo munera grata tuo,
qui nunc antistes Romana celsus in urbe
sedis apostolicae culmina sacra tenet.

Rossi inscr. christ. Rom. II 126, 5 e cod. Palatino fuit in S. Petri epitaphium Iohannis II papae defuncti a. 535, male Sartius Agapetum II qui Marino II a. 946 papa successit auctorem carminis habuerat, nam repugnat uel codicis antiquitas. idem Agapetus I postquam in cliuo Scauri ad ss. Iohannis et Pauli *codicibus pulchrum condidit arte locum*, eius bibliothecae sanctam cohortem tribus distichis cecinit seruatis ab anonymo Einsidlensi (Rossi II 28, 55)
6 *purificale* codex, em. Papenbrukius. pertritum hoc hemistichium statim redit in 1382 et 1385 7 clausula eadem 1375, 7 11 *orbe* codex, em. Gruter 1165, 8

1378

Hoc iacit in tomolo quem defleuit Retica tellus,
maxima summorum gloria pontifecum,
abiectis qui fudit opes nudataque texit
agmina captiuis praemia larga ferens.
est pietas uicina polo, nec funeris ictum
sentit, ouans factis qui petit astra bonis.

his pollens titulis, Valentiane sacerdus,
crederis a cunctis non potuisse mori.

Kraus inscr. christ. Rhen. 4 ex schedis Stumpfii in monasterio S. Lucii Curiensi Heluetico quod beatus Valentinianus condidisse ferebatur praescriptum *s(an)c(t)e m(emoriae) ep(is)c(opu)s*, subscriptum *qui uixit in hoc saec. ann. pl(u)s m(i)n(us) LXX, d(e)p(ositus) sub d. VI id. Sep. p(ost) c(onsulatum) Basi(lii) u. c. c(o)s. ind. XI. Paulinus nepos ipsius hec [fieri ordinauit.* indictio ista in a. 547 sextum aut 562 unetuicesimum annum p. c. Basili incidit, carmen haud malum ad Valentianum ex antiquiore elogio tralatum crediderim

1 quadrat in numeros *deflet* 6 *fetit* traditur: *petit* uolgo, improbabile *ferit*

1379

En hoc in tumulo requies]cit innoc(ens) Pros[per?
. . . s insolent. aequ . .
. . . em liquerit parent[es
. . . bus quia fuit innocu[us
. . . t]inexit unda celsio[r
non hunc frigida mors au]t Stygis ira praemet
. . . . nt. studiis ann. abstulit
. . . . magistri quinquie[s
decies post cons. Iohan]nis indic. XII kl. Oct.

CIL. XII 1729 ex LeBlantio inscr. christ. gall. II n. 486 qui syllabas expleuit et u. 5 comparauit cum AL. Burmanni II p. 623 not. *tinctus in hoc sacro mortem non sentiet umquam, semper enim uiuit quem semel unda lauat* S. Restituti in pago Tricastinorum ad ecclesiam. uersu 9 sicut Rossius eum expleuit annus indicatur 548 decimus a Fl. Iohanne cos. a. 538, *quinquies* enim ad superiora ille referri iussit et copulari cum *magistri* (inscr. chr. R. I p. XCIX). quod cum per se parum euidens sit cumque in metrico titulo etiam tempus denotantia uerba liberius potuerint disponi uelut *quinquies consulis annus erat regnumque Leonis*, hunc equidem annum 473 (Leone Aug. V cos.) nullo iure excludi puto

2 mentis in *casibu]s insolent(ib.) aequ[ae?* 3 *quibus maerorem* coni. Hense 4 *non nocet huic Erebus* Leo 6 exempli causa redintegraui 7 lege *flore]ntes studiis annos* 8 *magisiri* marmor

1380

Lux mihi Siricia diuino rapta flagello,
te matremque tuam tempus enorme tulit.
necdum ter binos crescens attigeras annos,
liquisti maesto uulnera dira patri.
fletibus ecce tuis renouasti funus opertum,
quod matris tumulo iungeris ipsa cito.

Huebner inscr. Hisp. christ. 34 a ex Moreno de Vargas, 'quamquam auctor incertae fidei est, tamen cur titulus hic damnetur non uideo'. scrupulum mouet *flagellum* u. 1
Emeritae in S. Eulaliae. subscriptum *aera DLXXXVII* anno Christi 549
1 *diuina*, 4 *moesto* traditur

1381

Nomine mente fide meritis pietate Sacerdus
officio cultu pretio corde gradu
dogmate consilio sensu probitate uigore
stemmate censura religione cliens,
gaudia cunctorum rapiens, lamenta relinquens
arcobus hic clausus laudibus ampla tenens,
patriciumque decus erexit culmine morum:
sic partos fasces fortia corda leuant.
magnum namque bonum caelesti munire perstat,
corpora cum desint, inclita gesta manent.
pignoris annixus latiri: huc sorte suprema,
sanguine quos uita, sumire iunexit amor.
cuius quanta uiri mundo sapientia fulsit,
uenturi saecli gloria testis erit.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 310 ex marmore cuius non superest nisi pars (6 *-obus hic*, 7 *-umque decus* eqs.) et uetere apographo, indidem Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 127 Lugduni in S. Nicetii subscriptum *qui uixit in amore et timore d(e)i annis LXV, obiit III idus Septembris* [*XII*] *post consol(a)tum Iustini uiri cla-*

rissimi consolis ind. I anno 552. fuerat Sacerdos episcopus Lugdunensis (LeBlant inscr. christ. gall. I p. 57)
2 *precio* apographum. praelata uidetur legi prosodiae gratia clausulae 4 *stemate* apogr. *cluens* uolgo 7 *paternumque* Allm. 9 *munire* lapis: *munere* apogr.
11 i. annexus (iacet) *.atiri huc* lapis: *laceri hac* apogr. non prioribus contribuenda particula sed interpretanda *hoc* 12 *uitam sumere iussit* apogr. male substituerunt *funere*, respondent inter se *sorte suprema amor* et *sanguine uita quos iunxit* quasi inuersis casibus

1382

Digne tenes premium Marea pro nomine Chr(ist)i,
uindice quo uiuit sedes apostolica.
praesulis in uicibus clausisti pectora saeua,
ne mandata patrum perderet ulla fides.
tuque sacerdotes docuisti crismate s(an)c(t)o
tangere bis nullum iudice posse deo.
te quaerunt omnes, te saecula nostra requirunt,
tu fueras meritus pontificale decus.
pauperibus largus uixisti, nulla reseruans
dedisti multis quae modo solus habes.
hoc tibi, care pater, pietate notaui
ut relegant cuncti: tam bene clarus eras.

Rossi inscr. christ. Rom. II 83, 23 et 117, 98 ex codicibus Petropolitano et Palatino, lapis in aede S. Mariae trans Tiberim denuo inuentus et delineatus a Rossio bull. crist. 1869 p. 19 carminis non seruauit nisi primordia uersuum, subscriptionem autem neglectam in ms. eclogario hanc addidit *requiescit in pace Mareas p*(*res*)*b*(*yter*) *qui uixit*..... [*XIV po*]*st* (*cons.*) *Basili ind*(*i*)*c*(*tione*) *III* anno 555
4 *periret* aut *perire* ms. correxit Rossius 11 post *pater* deesse *merita, iusta, uera* animaduertit R. 12 *tam* Pal. *tu* Petrop. *quam* proponit R.

1383

Tu quicumque uenes deuoto pectore supples
solecetus uutis hinc relaturus hopem,
nteletas miranda uero, laudanda uolumtas.

namquid patruciniis sanctorum templa duorum
ornantur tetolis ospitiosque simol.
in quanta famolis pristantur munera Chr(ist)i:
uiuit acus uirtus sempe[r] adextra leuat.

CIL. XII 2085 contulit Hirschfeld Viennae rep. ad ecclesiam S. Petri. carmen mendosissime scriptum in margine tabulae quae titulum simplicem hominis ignoti mortui anno 557 continet. LeBlant carminis inscriptionem ob menda olim reiectam, deinde marmor ad titulum sepulcralem adhibitum esse putat

1 *ueuenes* lapis sed syllaba altera expuncta i. supplex 2 *sole cetus* lapis pro *sollicitus* 3 Ouidi clausula ex P. III 4, 79 4 intellege *namque* *sanctotorum* lapis sed altera syllaba expuncta 5 *hospitioque* aut *-iisq.* scribi oportuit 6 recte *en q.* Mommsenus 7 *uirtus* inter *acus* et *sempe* supra uersum additum est. *ac hos uirtus s. ad astra l.* interpretatur Hartelius, an *uiuit ad quos uirtus* i. quibus? antea *uiuida* ego, *cui* uel *quis* Hense. *dextra* retinendum, quia tam *a dextra* quam *ad dextram dei stare, sedere* libri sacri frequentant

1384

Hic natus caranquae tuens ex munere iogalem
instituet sobolem semplecetate pia.
hic quanquam gemeno natarum pignore fulsit,
exsimia de laude sates nunc exprime erat tempus.
uir fuet excellens argutissemus aptus,
t]emporibus uaries ingentia fata reliquid,
u]rbes ab antiqua noueletate erat capud:
uix tenit hic tomulus laudes, qui contegit art(u)s.

CIL. XII 2179 descr. Allmer prope Viennam in marmore inmisso ecclesiae. subscriptum *pridi kal. Maias uicies II pus con(sulatum) Basili u. c. c. ind(iction)e X* anno 562. in margine effictae circum uas columbae. uersus 4 6 8 non minus quam 2 introrsum recedunt ut totum carmen speciem praebeat elegorum, 7 omisso *erat* pentameter

1 i. natos 4 uoluit opinor dicere funeris tempore oblatam occasionem uiri ipsius laudandi plenius. *exprime* exprimi, ne *exprimere erat* aut *exprimebat* postules
5 *aptus* gallicorum usus titulorum traduci ad sequentia

prohibet, cf. 1387, 9 et ad 772, 1 6 *facta - ingentia* Claudianus cons. Stil. III 38 (*ingentis fati sumus* Luc. X 384)

1385

In tumulo, mors saeua, iace. caelestia regna
 i]ste uidet, cuius membra sepulta p[remis.
lux fugitiua suae compleuit tempor[a uitae,
 redditur hec meritis quae sine fine m[anet.
pr]ofuit ergo tibi senium finisse, Ger[onti,
 cu]i pro tot titulis uita perennis e[rit.
bla]ndus dulcis obans pollens grauitate ma[gistra
 or]nast[i p]roauos mente pudore fide.
pon]ti[fici f]ueras Hormisdae sanguine iunct[us,
 m]or[ibu]s egisti pontificale decus.
es f]el[i]x paruo sociatus corpore nato,
 lim]ine quem primo sustulit atra dies.

Rossi inscr. christ. Rom. I 501, 1098 qui contulit et suppleuit post Gallettum intra urbem ad S. Caesarii in palatio effossa adseruatur in bibliotheca Vaticana tabula magna, litterae rudi scalpro imitatae Philocalianas. subscriptum *hic quies*]*cit in pace Gerontius primic*(*erius*) *notariorum s*(*an*)*c*(*t*)*e ecl*(*esie*) *Romane qui uixit an* . . . [*de*]*positus VIIII kal. Februarias p*(*ost*) *c*(*onsulatum*) *Basili u. c. anno XXIII ind. XIII diae sabbato* anno 564 aut 565 ('nam a. XXIII post cons. Basilii a. 564 IX kal. febr. neque indictionem recipit XIII neque diem sabbati, haec argumenta indicant a. 565 a. XXIV pc. Basilii' Rossius)

6 *si pro* Gall. *cum pro* R. 7 *magister* tabulae refector recens, cf. 1337, 5 9 decessit Hormisdas a. 523 10 *fortius* G. 12 cf. 1036, 2

1386

Hoc merit]a adsequitur fratrum Felix mo[numento,
 Tartareos qui mox uidit et ips[e locos.

CIL. IX 2078 fuit Beneuenti. subscriptum . . . *die IIII nonarum Iuliarum imp.* [*Iustino Aug.*] *eodemq. consule indictione qu*[*arta decima* ut coniecit Mommsenus, a. 566: minus probabilis est a. 466 (*imp. Leone Aug. ind. quarta*)

1 *a* aut *m* relicta principio 2 *mos* auctor alter fortasse uere, cf. *milex felis* sim.

1387

Ecce sacerdotum tenuit qui iura sacerdus,
quo recubat tumulo nomine Nicetius.
urbs Lugdune, tuum rexit per tempora clerum
ecclesiamque dei cordis amore colens
quique Sacerdotis sanctus bis proximus heres
sanguine coniunctus, culmine, sede simul,
uir bonus, indultus cunctis famulisque benignus
. . . uerbere quisque suo,
mansuetus patiens mitis uenerabilis aptus,
pauperibus promptus simplicibusque pius,
psallere praecepit normamque tenere canendi
primus et alterutrum tendere uoce chorum,
noxia temnendi uitans discrimina mundi,
inque deum solum uiuere nouit opus.
sic uigilis sobrius, sic castus, carnis ubique,
quo nihil in clero dulcius esse potest,
causarum spreuit strepitus uanosque furores,
et simplex mundo sed sapiens domino,
iura potestatum uerbi terrore coercens,
iurgia despiciens suspiciensque deum,
ac simul erectus mitis pietate serenus
transiit innocuus, regna superna tenet.
illicetis patuit calcatis fortis amicis,
iam paradisiacas possidet aptus opes.

Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 136 ex actis a. 1308 Lugduni in S. Nicetii. subscriptum *obiit IIII non. Aprilis* [*anno*] *XXXIIIº post Iustinum et indict. sexta* anno 573. Nicetius ab Sacerdote auonculo (supra 1381) commendatus Childeberto regi auonculus maior fuit Gregorii Turonensis

8 *quos duro laesit* suppl. Severt et LeBlant, malo tale *pulsus amoris erat* 9 initium Fortunati carm. IV 4, 21 12 *reddere* apographon actorum. iam ante a. 475 Lug-

duni ad S. Iusti *alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebrauerunt* uigilias, ut adnotarunt docti ex Sidonio epist. V 17, 3   15 *uigilis carnis* copulaui, quia *uigilis* nominatiuus (GLK. II p. 353) et structura *castus carnis* nimis sunt insolita   20 *suscipiensque* traditur quod non cunctatus sum mutare   23 *illic et is* edunt

1388

Impia mors rapiens teneris te, nate, sub annis
  inuidit meritis criscere magna tuis.
te florale decus primo cum carmine cepto
  doctorem doctor uidit et obstipuit.
uicisti priscos longeua etate parentes
  annis parue quidem, sed grauitate senex.
non luxus tibi cura fuit, non gratia ponpae,
  doctiloqum cupidus, carminis ardor eras.
tu meritis ornate tuis monumenta relinquis,
  quae recolens semper sit sine fine dolor.
morte tua genetrix optauit sumere morte,
  se quoque felicem, si poteritur, ait.
ter denos primum quam luna resumeret ignes,
  coniunexit membris membra sepulta tuis.
nunc commune nobis custus tu serua sepulcrum,
  que nos hec tecum mox teget orna simul.

CIL. VI 8401, Rossi inscr. christ. I 512, 1122 qui uidit. AL. Burmanni IV 308, Meyeri 1400   Romae rep. in Vaticano   praescriptum cum signo crucis *sepulchrum Eugeni not(arii) cum suis*, subscriptum item *dep(ositus) est Boetius cl(arissimus) p(uer) oct(auo) kal. Nobr. indict. XI imp. dom. n(ostro) Iystino p(er)p(etuo) Aug(usto) ann(o) XII et Tiberio Const(antio) Cae(sa)r(e) ann(o) III. dep. est in pac(e) Argentea mat(er) s(upra) s(cripti) XIII kal. Decemb. qui s(upra) s(criptus) Boetius uixit ann. XI m. VIIII d. XXIII et mat. eius uixit ann. XXXVI m. II d. XII*, praeterea in lateribus tabulae ex testamenti pagina descriptum est quid sit deputatum ad sepulturam istam ex horto Transtiberino aliisque fundis. puer decessit anno 577   pentametrorum hemistichia dissoluta sunt interstitio et interpunctis, nullo tamen breuis syllabae intercursu (cf. 10)

3 *florale* legendum cum Burmanno censeo quod lapis exhibet *eorale*: *forale* uolgo quod Rossius ad carmina refert a puero recitata in foro 9 idem uersus 1337, 3 12 i. poteretur 13 i. prius quam. Rossius matrem tertio decimo post filium mense obiisse anno 578 putat, ego intra dies triginta 16 *quae nos*, *haec* explicat et distinguit Henzen. aut in unum coniuncta sunt *que* et *hec* (cf. 623, 1) aut *hec* non diuersum ab *hic*

1389

Quisquis lucifero sortitur munere seclum,
occasu potius proditur ille suo,
cunctaque mundano currentia tempore gesta,
uel bona uel probra omnia morte canunt.
Phebus nempe nitens merito producitur ortu,
si prouus claro clauserit orbe diem.
consulibus atauis pollens hic Siluia corpus
terrenum liquit celica regna petens,
insignis gemino uitae que sidere fulsit,
culminibus seclo, religione deo.
natorum splendore potens, subfulta uigore
gaudebat partu se reparasse patres,
unde sacerdotii claro dotatus honore
et celsum meruit cernere patricium.
ter quinum rapida uergebant tempora lustrum
et super adiectus tertius annus erat,
Martius aurati redimitus siderae ueris
nono sole micans premia tanta tulit:
haec suppreme dies caelesti in limite prima,
quam rapuit saeclo, hanc dedit ipsa polo.
pignora desistant lacrimis planctuque grauari:
non placeat gemere, quod celebrare decet.

CIL. XII 2094 ex codice Parisino lat. 2832, LeBlant inscr. christ. gall. I n. 221, II n. 438 a Viennae in S. Petri. hodie non exstat nisi 22 *placeat - celebrare* et subscriptio

cuius] *depositio est VII idus Marsias* [*tricies*] *nouies p*(*ost*) *c*(*ons.*) *Bas*[*i*]*li u. c. c. ind*(*ictione*) *XII* anno 579

4 *cadunt* perperam coni. LeBlant 13 ex quibus filiis plures sacerdotes uidit (*dotatos*) 14 Celsum nomen faciunt filio Siluiae fuisse. *patritium* codex

1390

Mors quae perpetuo cunctos absorbet hiatu,
parcere dum nescit, saepius inde fabet.
felix qui affectus potuit demittere tutos:
mortalem moriens non timet ille uiam.
Candida praesenti tegitur matrona sepulcro
moribus ingenio et grauitate nitens,
cui dulcis remanens coniunx natusque superstes:
ex fructu mater noscitur in subole.
hoc precibus semper, lacrimosa hoc uoce petiuit,
cuius nunc meritum uota secuta probant.
quamuis cuncta domus nunquam te flere quiescat,
felicem fateor sic meruisse mori.

CIL. X 1534 ex editis (Fabr. 734, 460). AL. Burmanni IV 63, Meyeri 1208 Neapoli in S. Andreae. subscriptum cum signo crucis *hic requiescit in pace Candida c*(*larissima*) *f*(*emina*) *quae uixit pl. m. ann. L, d*(*e*)*p. die IIII id. Sept. imp. d. n. Mauricio p*(*er*)*p*(*etuo*) *Aug. anno IIII p*(*ost*) *c*(*onsulatum*) *eiusd. anno III ind. quarta* anno 585

2 *ipsa fauet* Fabr. 8 *ex fructu arbor agnoscitur* et similia NTest. (*ex uultu* coni. Burmannus) 9 *petebat* Fabr.

1391

Postquam, mors, Chr(ist)i pro nobis morte peristi,
in domini famulos nil tibi iuris erit.
pone trucem rabiem, non est saeuire potestas,
aut quid uicta furis, nil nocitura piis?
hic siquidem melius dimisso uiuitur orbe,
cum tamen ut uiuat hic sibi quisque facit.

hoc sita sunt papae Bonifati membra sepulchro,
pontificale sacrum qui bene gessit opus,
iustitiae custos rectus patiensq. benignus
cultus in eloquiis et pietate placens.
flete ergo mecum pastoris funera cuncti
quos taedet citius his caruisse bonis.

Rossi inscr. christ. Rom. II 126, 1 et 141, 31 ex syllogis tribus fuit in S. Petri epitaphium Bonifati III papae cum hac subscriptione *hic requiescit Bonefatius qui sedit menses VII dies XXII, depositus prid. idus Nou. imperante dom(ino) n(ostro) Foca p(er)p(etuo) Aug. anno VI indict. XI* anno 607

2 *erat* syll. Virdunensis 3 *secure* eadem 5 *hoc* duae 7 *bonifati* una *bonefati* altera *bonifacii* tertia 8 *onus* Vird.

1392

. . . . .
conmuni se[de regna] beata tenes,
iamque nouem lustris gaudens du uita maneret.
sp(iritu)s astra petit, corpus in urna iacet.
obiit idem pontifex sub d. pridie idus Nouembres era DCLXXVIIII, in honore uixit annos quinq. menses VI.
non timet ostiles iam lapis ste minas.

Huebner inscr. Hisp. christ. 65 ad ectypum Hispali in ecclesia cathedrali. aeram Hispanicam ab anno ante Chr. 38 computanti annus est post Chr. 641, episcopus igitur suppar Isidoro, quin successor

5 desumptum esse ex Martiale qui posuit in epitaphio Fusci quasi domitoris Dacorum VI 76, 4 (*lapis iste*) adnotauit Huebnerus

1393

Sefronius tegetur tomolo antestis in isto,
quem rapuit populis mors inimica suis,

qui meri[tis] sanc(tam) perag[ens i]n corp[ore uit]am
credetur etheriae lucis habere diem.
hunc cause meserum, hunc querunt uota dolentum,
quos aluit semper uoce manu lacrimis.
quem sibi non solu[m] priuabit trans[itus i]ste,
[mundus c]um quaeritur [totus id e]sse malum.

Huebner inscr. Hisp. christ. 165 ex Masdeu aliisque prope Veles conuentus Carthaginiensis in aedicula ornata tempore Visigothorum. subscriptum *recessit in pace*] *VI kal. Iul.* ..... *VIII*, ut supplent, *era DCCXVIII* anno Chr. 680
1 Sofronius nomen uidetur esse, etsi Simpronium Hispani dici putant episcopum Ercauicensem a. 677 et 686
5 i. miserorum 7 *sobu..* fertur, *sobuli* aut *sobitus* Masdeu sumpsit. quem non illis solum rapuit 8 sententiam monstraui

1394

Culmen opes subolem, pollentia regna, triumphos
exubias proceres moenia castra lares
quaeque patrum uirtus et quae congesserat ipse
Ceadual armipotens liquit amore dei,
ut Petrum sedemq. Petri rex cerneret hospes,
cuius fonte meras sumeret almus aquas
splendificumque iubar radianti carperet haustu,
ex quo uiuificus fulgor ubiq. fluit.
percipiensq. alacer rediuiuae praemia uitae
barbaricam rabiem nomen et inde suum
conuersus conuertit ouans, Petrumq. uocari
Sergius antistes iussit ut ipse pater
fonte renascentis, quem Chr(ist)i gratia purgans
protinus albatum uexit in arce poli.
mira fides regis, clementia maxima Chr(ist)i,
cuius consilium nullus adire potest.
sospes enim ueniens supremo ex orbe Britann(us)
per uarias gentes, per freta perque uias

urbem Romuleam uidit templumq. uerendum
aspexit Petri mystica dona gerens.
candidus inter oues Chr(ist)i sociabilis ibit,
corpore nam tumulum, mente superna tenet.
commutasse magis sceptrorum insignia credas,
quem regnum Chr(ist)i promeruisse uides.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 288 ex uetustis syllogis et Beda ac Paulo diacono et apographis lapidis effossi saeculo XVI tum obruti rursum aut diruti, Fabretti 735, 463 fuit in basilica Vaticana. subscriptum *hic depositus est Ceadual qui et Petrus rex Saxonum sub die XII kl. Maiarum indict. II qui uixit annos pl(us) m(inus) XXX imperante d. n. Iustiniano piissimo Aug. anno eius consulatus IIII pontificante apostolico uiro domno Sergio p(a)p(a) anno II* anno 689. IohdeDeis effossam arcam testatus a. 1589 memoriae prodidit composuisse epitaphium Benedictum archiepiscopum Mediolaniensem

2 *exubias* uel *exsubias* traditur: *excubias* nequiquam corrigit Rossius 4 uariatur scriptura nominis *Ceadual Cedual Cedoal Chedual* 6 *albus* duo quasi ex lapide rettulerunt cf. 14 9 *perspiciensq.* eidem 12 *et ipse* eidem contra omnes codices 13 *renascentem* Lindenbrogius: *renascentis* traditur consensu omnium idque restitui sublata post *pater* quam uolgo faciunt distinctione 14 *ablatum* aut *ablutum* alii 17 *Britannus* Pirenne coniecit: *Britanno* aut *Britanni* fertur

1395

A

Vltima funereo persoluens munia busto,
quo pater illustris membra locanda dedit,
adiecit titulos proles ueneranda Iohannes,
ne tantus quouis esset honore minor.
hic iacet ille Plato, qui multa per agmina lustrans
et maris undisoni per freta longa uolans
claruit insignis regno gratusque minister
celebremque sua praestitit esse manu.
post ergo multiplices quos prisca palatia Romae
praestiterant curas longo refecta gradu,

pergit ad aeterni diuina palatia regis
sumere cum meritis praemia firma dei.

B

Nuper in hoc tumulo genitoris membra locauit
insignis suboles, nunc uero mater adest.
sed ueneranda parens, genitor cum carus obiret,
mulcebat natum cuncta pro patre gerens
hortatu monitisque piis cultuq. diurno,
hic ut eri curam disceret, illa patris.
cesserat ex animis nati dolor, et unus utrisque
spiritus, unica mens, consona cuncta domus.
inuida mors iterum priuat genitrice uenusta,
in qua spes geniti caelibis una fuit.
undique multiplices curae, lamenta dolorq.
circumstant pauidum. quod sine matre pia
cernitur, ingratum est. cari famuliq. domusq.
non reuocant animos tristitiamq. domant.
ipsa domi facies, curas qu(a)e sedat heriles,
maeroris fomitem congerit atq. parit,
quod dum cuncta fugant larg(a)e solamina uitae,
indigesta manent, dum pia mater abest.
illa pudicitiae natos dedit, illa iugalem
conseruare tori iura sacrata docet,
illa sacerdotes coluit fessosq. refecit,
quicquid egens petiit, tribuit illa libens.
et quia marturibus Chr(ist)i studiosa cohaesit,
Christigeri meruit marturis esse comes,
cumq. beatorum thiasis iucunda precatur,
dirigat ut nati tempora corda uias.

Rossi inscr. christ. Rom. II 442, 152 et 153 ex Sabino fuit in S. Anastasiae. hexametri laeua, pentametri

dextra tabulae parte comprehensi erant, hexametrorum 1-13 exitus etiam Vghellius et Suaresius uiderunt. sub A scriptum erat *Plato u(ir) ill. cura palatii urbis Romae uix. ann. p(lus) m(inus) LXVI, dep(ositus) m. Nob. die VII indic. XV imp. d. n. Iustiniano Aug. anno II p(ost) c(ons.) eius anno II* anno Chr. 687, sub B *Blatta ill. f(emina) piissima et incomparabilis uix. ann. LX, dep. m. Aprili die XVII indic. prima imp. d. n. Iustiniano Aug. anno III p. c. eius anno III* a. Chr. 688, praeterea ex lateribus uersus duo *matri piissimae ac incomparabili patriq. benigno | Iohannes filius rector Appiae lugubri pectore fecit.* hic pontifex R. factus est eo nomine septimus a. 705

8 *se celebremq.* fecit Rossius, immo regnum 9 i. quas 19 *exanimis* Sabinus. *et* uersum frangit 28 *moeroris* Sab. 36 Christophoro sacratam aediculam Rossius intellegit ignotam sed quae possit fuisse in S. Anastasiae

1396

. . . [pater ipse suis
composu]it manibus tumuli, dulcissim[e fili,
quae pr]etiosa tuos busta tegunt cin[eres.
quo]d si sacratus lacrimis rogus hau[sit adustum,
num]quam fama tamen cum titulis mo[ritur.
. . . . . iiii i iam moritu[rum

CIL. XIV 2765, Rossi inscr. christ. Rom. I 484, 1061, Murat. 1770, 4 Tusculi pars maior etiamnum extat (1 *manibus*, 2 *-a tuos*), plures ab sinistra litteras aliquot uidere antiqui. scriptura saeculi quarti uel quinti, ethnicum epigramma recte Rossium dixisse puto, in auerso christiani reliquiae tituli leguntur *qui uixit ann. LXVII dep(ositus) d. kal. .... Vilisari u. c.* cos. a. 535. suppleuit Rossius in actis suis arch. christ. 1872 p. 142

3 *hausit et ossa* R.

1397

Inclusi tenerum praetioso marmore corpus
aeternam in sede nominis Ithacii.

Huebner inscr. Hisp. christ. 144 qui descripsit act. acad.

Berolin. 1861 p. 834 Oueti Asturum in sarcophago cuius titulum nisi Arabum more litterae elate essent exsculptae, iudice Huebnero aeque ad quintum atque ad nonum saeculum referre liceret. carmen sane nomenque dignius existimo saeculo V

1398

Maximus hic situs est primaeuo flore iuuentae,
  fratrib(us) et nobis dulcis amicus obit. |
olli quippe aetas uiginti est acta per annos
  quintum post mensem quartum ad | usque diem.

Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 138 qui uidit, Fabretti 577, 65. AL. Burmanni IV 296, Meyeri 1391 ex hypogaeo uiae Aureliae in montem Marium ad S. Crucis delatum, recenti imitatione iteratum Vrbini. adhaeret *in pace*, subiecta signa auiculae et floris. *h* in *hic* 1 in modum *k* litterae figurata

1399

Hoc situs est tumulo castus de semine casto
  filius hic Andrae nomen aui referens,
qui nec bis denos uitae contigerat annos,
  implebat roseas barbula grata genas

Rossi inscr. christ. Rom. II 94, 66 ex Petropolitano codice fuit fortasse in agro Verano

2 *Andreae* Rossius proposuit 3 *contegerat* codex cf. 1380, 3 post 4 ueri simile est alia periisse

1400

Vos equidem nati caelestia regna uidetis,
  quos rapuit paruos praecipita(ta) dies.
sed mihi quae requies onerosa in luce moranti,
  cui solus superest et sine fine dolor?
quam male de uobis fallacia gaudia uidi,
  et decepturus me iugulauit amor.
reddebar teneris in uultibus ipsaque per uos

tempora credebam lapsa redisse mihi.
sentio quid faciat spes inrita: pessima sors est
supplicii afflicto quem sua nota premunt.

Rossi inscr. christ. Rom. I 534, 1180 de uisu. AL. Burmanni IV 247, Meyeri 1350 in S. Mariae trans Tiberim tabula magna, litterae bonae, pentametri in bina cola distracti. et carmini praemissa crux est et subscripto titulo utrique: *hic depositus est Gerontius qui uixit annos IIII et menses sex sub d(ie) VI id. Octobris indictione prima depositus est Constantius qui uixit annos duo et menses sex sub die III kalendas Nouembris ind. prima* exitum saeculi VI omissi consules et indictionis nota addita produnt 2 *praecipita* lapis 8 quadrat dictum magis hic quam 1430, 3 qui titulus quia aetate non est posterior, uterque uetus exemplar uidetur imitari 10 *fata* AL. male

1401

Virginis hic tenerae, lector, miserere sepulchro.
unius huic lustri uix fuit arta dies.
o quam longinquae fuerat dignissima uitae,
heu, cuius uiuit nunc sine fine dolor.
addamus meritis lacrimas tam mortis aceruae,
nam quae grata forent, sunt modo flenda diu.
haec Theodote habuit nomen, quae gaudia matris
perculit aeterno uulnere rapta cito.
sola tamen tanti restant solamina luctus,
quod tales animae protinus astra petunt.

Rossi inscr. christ. Rom. I 534, 1179 II 100, 16 ex codicibus (item Fabr. 190, 439 'ex meo ueteri ms.'). AL. Burmanni IV 131, Meyeri 1258 fuit Romae in aede ss. Quattuor Coronatorum. subscriptum *uixit ann. IIII mens. VIII d. XXV, dep(osita) III non. Sept. ind....* quae nota indictionis posterius esse carmen ostendit medio saeculo VI 1 *sepultae* Burm. 'idque confirmat ms. Gothanum Duebneri in Iahni ann. 1828 p. 309' Meyer, repugnant testes antiqui 2 *arcta* Fabr. *acta* Burm. et ms. Goth. 4 *haec* Sirmondus et Schraderus 7 *Theodorae* Gruter (*Theo-*

data ms. Vallicell., *est Theodata nomen huic q.* Goth.) 9 cf. 654, 9 1347, 15 al.

1402

Haec quaecumque legis deuoto pectore mater,
da lacrimas et me sic peperisse dole.
hic iacet extinctus crudeli funere natus,
ultima uiuendi quae mihi causa fuit.
maxima praestabat miserae solacia matri,
consilio fratres et pietate colens.
plurima restituit curando corpora uitae,
quem mihi tam subito mors properata tulit.

Rossi inscr. christ. Rom. II 91, 54 117, 97 137, 15 ex syllogis antiquis. AL. Burmanni IV 266, Meyeri 1366 ad uiam Salariam nouam

4 *quo* fertur i. *que, qui* Burm. nam cum praepositione *in solo uiuendi causa palato* Iuuenalis

1403

Ipsa licet seni(bus) breuis est qua(e) clauditur aetas,
et perit esse diu, cum peritura neci,
uos tamen hoc parui, Iuste et Theodosia uirgo,
augetis lacrimas, quos habet atra dies,
sanguine germani, sed plus germana uoluntas
et cluso sacro foedere fulsit amor.
egregios mores anni stupuere minores
atque suum probitas uidit inesse decus.
nil uobis uelox potuit decerpere fatum,
nam pueros docuit uita fuisse senes.
o dolor, humanis frustra spes addita rebus,
frustra doctrinae uincitur arte genus.
quid te grammaticae iuuit tolerasse labores,
consona rhetoricae uerba legisse tubae,
si mors dura ruens pueriles occupat annos

et nutrita diu spes mihi uisa perit?
quam bene cum ingenio florebat pulchra iuuentus
ornabatque suos iam grauitate patres.
haec mihi non licuit de te perfecta uidere,
nec matri miserae, prolis habere decus.
en ego pro thalamis persolui flebile carmen,
infelix genitor talia uota dedi.

Rossi inscr. christ. Rom. II 93, 65 e codice Petropolitano, idem emendauit pleraque fuisse in agro Verano uidetur
1 *seni breues est qua* codex 2 *cuperitura* cod. 3 *hoc* quod parui obitis fato: *hoe* cod. *o* uel *heu* Rossius 4 *lacrimis* prop. Leo *quas* Rossius 6 *cluso* tamquam secreto 13 *uiuit tollerasse* cod. 14 metrum postulabat *dedisse* 15 *ruans* cod. 20 *matris* cod. 22 *ta* (primam e *talia* syllabam?) in litura habet cod.

1404

Quos gemitus, Romane meus, in pectore linquis,
quam mihi post obitum te superare uelim.
te genetrix solitas perquiram uoce per oras,
anxia mens miserae posse uidere putat,
auribus inque meis noluisti reddere uerbum:
partibus in illis tu meliora tenes.
per uarios fletus numquam uisura canebam
'abstulit hunc ergo mors inimica mihi?'
tu dulcis quotiens reddebas oscula matri,
brachia per collum, dum tibi uita fuit.
sors, mihi si iuuenem uoluisti tollere natum,
antea me raperent Tartara grata magis.
quintus ab undecimo quem nunc susceperat annus,
cresceres ut melius, blandus amicus eras.
omnibus hic renouas magnos in carmine luctus,
forsitan ut taceam littera sola docet.

data ms. Vallicell., *est Theodata nomen huic q.* Goth.) 9 cf. 654, 9 1347, 15 al.

1402

Haec quaecumque legis deuoto pectore mater,
da lacrimas et me sic peperisse dole.
hic iacet extinctus crudeli funere natus,
ultima uiuendi quae mihi causa fuit.
maxima praestabat miserae solacia matri,
consilio fratres et pietate colens.
plurima restituit curando corpora uitae,
quem mihi tam subito mors properata tulit.

Rossi inscr. christ. Rom. II 91, 54 117, 97 137, 15 ex syllogis antiquis. AL. Burmanni IV 266, Meyeri 1366 ad uiam Salariam nouam

4 *quo* fertur i. *que, qui* Burm. nam cum praepositione *in solo uiuendi causa palato* Iuuenalis

1403

Ipsa licet seni(bus) breuis est qua(e) clauditur aetas,
et perit esse diu, cum peritura neci,
uos tamen hoc parui, Iuste et Theodosia uirgo,
augetis lacrimas, quos habet atra dies,
sanguine germani, sed plus germana uoluntas
et cluso sacro foedere fulsit amor.
egregios mores anni stupuere minores
atque suum probitas uidit inesse decus.
nil uobis uelox potuit decerpere fatum,
nam pueros docuit uita fuisse senes.
o dolor, humanis frustra spes addita rebus,
frustra doctrinae uincitur arte genus.
quid te grammaticae iuuit tolerasse labores,
consona rhetoricae uerba legisse tubae,
si mors dura ruens pueriles occupat annos

iunctura uerborum. cf. Ou. am. I 1, 25 *habuit puer ille sagittas, uror et in uacuo pectore regnat Amor* 6 *uiuus et* Harl. 8 debuit *uario foco* 11 *eheu* Gruter 1172, 1: *heu* fertur *misera* Cent. *missa* Harl. *miseras* Laur. *misere* uoluit Rossius *contendis* Cent. Harl. *ossa querellas* sed adscriptum *sepulchri* Laur. in illo *s* uacat, ad hoc opus est *sepulchris* 12 *fibras* expectamus, *fimbria* tamen ut rapacissima ignium aliquotiens cum his componitur. *fimbriae sunt omnis extremitas* Nonius, *fimbrium generis neutri* Placidus *altera* Gruter: *alterna* traditur (*alter* Cent.)

1406

Dura quidem frangit paruorum morte parentes
condicio rapido praecipitata gradu,
spes aeterna tamem trebuet solacia luctus,
aetates teneras qu(o)d paradisus abet.
sex super adiectis ad nonum mensebus annu[m
conditus hoc tumolo, dessiderate, iaces.

IosKlein in annali antiq. Bonn. XCIII 1892 p. 37 rep. Gondorfi ad Mosellam in Francorum sepulcris, iam Bonnae in museo prouinciali tabula marmorea saeculi V aut VI, infra adiecta sunt columbarum signa spectantium ad circulum sacrum̄ (α, Χρ, ω)

2 *puaecipitata* dederat, tum *r* inter *p* et *u* inseruit exilem lapicida 3 sic pro *tamen tribuet* aut *-it* 4 *qud* marmor 6 multi tituli *filio desideratissimo* et similiter inscripti sunt, nihilo minus credas licebit Desideratum puero fuisse nomen

1407

Hic tenera insontis quiescunt membra S(an)c(t)i:
s(an)c(tu)s nomine, s(an)c(tu)s innocentia
annorum triu fuit, mensibus q(uinqu)e,
quem inter astra tenet alma quies.
ne doleas genitor, genetrix qoq. flere desiste:
aeternae uitae gaudia proles habit.

Revue épigr. du midi 1893 p. 215, 937 descr. Allmer Viennae. subscriptum *obiit in pace VIII id. Octobris ind(ictione) XIIII.* saeculo sexto adsignauit editor. tertium

distichon non plane rude, bene esset si *desine flere* legeremus et *natus habet*

1 primigenium tale *requiescunt m. Sabini* 3 *mensibusqe* sed ducta lineola super *q* lapis, *mensibusque* Allmer 4 *nunc tenet* uersus reparandi gratia A.

1408

Spes generis clari, magnorum gloria patrum,
sollers ingenio, carmine doctiloquus,
inlustris sapiens humilis moderatus honestus
communis gratus, plus bonitate pius,
ante annos animumque gerens aetatis auitae,
clarior in patria nobilitate Probus,
nil tibi mors nocuit, cum hic uiuis laude perenni
et Chr(ist)i in regno dum sine fine manes.
haec tibi quae cecini, non sunt praeconia falsa:
pro meritis fama est testis ubique tua.

Rossi inscr. christ. Rom. II 115, 85 ex syllogis antiquis monumentum fuisse uia Salaria noua uidetur, Probus ipse clara Aniciorum stirpe natus, Sirmondus eum sumpsit cui Ennodii epistula VII 27 (p. 258 Vogel.) scripta est, sed tum 'plures claruerunt Probi, Probi'Fausti consularibus quoque fastis [a. 490] inscripti' Rossius, mihi carminum laudes et genitoris auique eum redigunt in memoriam qui librum Nepotis misit Theodosio

1409

Quam male sors leti confundit prospera uitae,
ut citius terris quod placet eripiat.
protulerant iuuenem caelesti munere saecla,
cui pietas fidei gratia comis erat,
iustitia clarum, meritis animoque beatum,
moribus eximiis, nobilitate probum.
sed breue tempus habet munus quodcumq. deorum,
inuida Domitium fata tulere sibi.
communis sapiens humilis moderatus honestus,
credere uix possis: ista potens habui.

Rossi inscr. christ. Rom. II 113, 77 e cod. Palatino. AL. Burmanni IV 123. Meyeri 1251 loco ignoto, secuntur in codice Spoletina, praecedit pluribus uitiis foedatum hominis fortasse cognati elogium qui quod item *iustitiae cultor nobilitate probus* praedicatur, Probum utrique cognomen fuisse Rossius conicit

4 i. propter fidem comes 9 cf. 1408, 3 s. 10 *habuit* Fleetwood

1410

Longa licet te, care pater, subtraxerit aetas,
at tamen illa mihi plus cupienda foret.
saepius inluxit meritis tua uita laborum,
et commissa diu publica cura tibi.
sumpsisti inlustrem sed iam grandaeuus honorem,
antiquo factus more senator eras.
cernere longinquae meruisti praemia lucis,
dispositam certus linquere te sobolem.
adfuit in cunctis patria indulgentia proli,
te tamen heu sola flemus abesse patrem.

Rossi inscr. christ. Rom. II 99, 8 et 158, 3 e cod. Palatino qui duo exempla praebuit in porticu S. Petri Vaticana

4 cf. 1338, 7 10 *solam* codex, *solum* Gruter 1170, 9, ego reuocandum censui ad prolem. *heu te solamen* coni. Leo

1411

Hic iacet ingenio celsus, celeberrimus ore,
quem titulis ueterum iungere iure queas,
conspicuam cuius suspexit curia linguam,
omnia conpleuit scrinia grandilocus,
fortunas hominum defendit pectore casto,
Martia quem rapuit protinus aula sibi,
qua Scythicum frigus, qua feruens zona timetur,
ac patriae causas regibus adseruit.
exulta tantis uir semper amande trophaeis,
munere nec uitae te caruisse putes.

te fora, te cuncti, te magnum curia quaerit,
priuatam eloquio se dolet esse tuo.
nulla tuos poterit titulos delere uetustas,
aeterna in libris nam tibi uita uiget.

Rossi inscr. christ. Rom. II 63, 8 et 93, 64 ex syllogis Turonensi et Centulensi fuit ad S. Laurentii in agro Verano. deest sepulti nomen, an 11 *Magnum*? de Arborio Magno rhetore Tolosano Ausonius narrat, de Felice Magno praef. praet. Sidonius (is filius erat Magni consulis a. 460, coniunx Atticae quae quod ad S. Laurentii in Damaso aedificauit opus piis ornauit elegis Rossi II 151, 25), de Magno discussore rectorum Latii orbis suo patrono Corippus

1 cf. 1351, 1 2 omisit pentametrum Tur. 6 Martiam aulam Rossius eandem habet cum curia senatus urbis Romae. uide ne ad comites rei militaris respiciat 7 *quis scititum* Tur. *qua sciticum* Cent. recte, etsi Rossius utrobique *quis* legi uoluit 8 puto *hac*

1412

Ingenii legumq. potens Constantius atra
mortis sorte iacens conditur his tumulis.
hinc gemat hunc probitas, tristis suspiret honestas
et comitis funus plangat amica fides.
quis per bella fori totiens de iure triumphum
rettulit et saeuos perculit ore reos?
ornauit proprio semper fulgore togatus
eloquio mores, moribus eloquium.
non multum, mors dira, noces in funere iusti:
nil tua tela grauant, possidet astra pius.

CIL. V p. 618, 8 ex codice Palatino (Rossi inscr. chr. R. II 164, 8) Mediolanii. ad Constantium uirum inlustrem patria Ligurem epistulae extant Ennodii, Sirmondus epitaphium togati istius non abhorrere existimat ab aeuo stiloque Ennodiano

4 *comitis* ne pro dignitatis nomine habeas, *comes* hic dicitur homo fidei sicut alias fides hominis 6 *retulit* codex, em. Gruter 1167, 5

1413

Lux patriae, sublime decus p(ate)r Osius urbis
mundo flente iacens conditur hoc tumulo.
hunc M(edio)l(an)i populus nunc lugeat omnis,
nouerit ut tanti pignus obisse uiri.
communis placidus hilaris iucundus honestus:
moribus his urbem fecerat esse suam.
celsa domus proauusque potens Venetae arbiter orae,
sed meritis mentis uicerat iste genus,
priuatae comes atque rei prouectus in altum
sacrarum meruit sumere iura comes.
patricium culmen gradibus conscendit honoris,
creuit et ex tanto praesule census honor.
Domnica sed coniunx retinet commune sepulcrum,
iuncta toris quondam iungitur et tumulis.

CIL. V 6253 ex Alciato, Rossi inscr. chr. R. II 182, 17. AL. Burmanni IV 216, Meyeri 1324 Mediolanii

1 *pr osius* et 3 *lmi populus* traditur ('notandus est ille compendiarius scribendi modus *lmi*, scilicet Mediolani' Alc.) 10 *sacrarum* largitionum *comes*, quo munere functum Hosium anno 395 reperio in cod. Theod. VI 30, 13. alius est quem Claudianus exagitauit Hosius natione Hispanus ac uerna

1414

Hic leuita iacet Dionysius artis honestae
functus et officio quod medicina dedit.
huius docta manus famae dulcedine capta
dispexit pretii sordida lucra sequi.
saepe salutis opus pietatis munere iuuit,
dum refouet tenues dextera larga uiros.
obtulit aegrotis uenientibus omnia gratis,
inpleuit factis quod docuit monitis.
laudibus aetheriis famulatus mente fideli
destitit inlicitis actibus esse reus.

amissis opibus robur non perdidit ullum,
quo patiens praedae tempore, diues erat.
ars ueneranda fidem, fidei decus extulit artem:
haec studii titulos, altera mentis habet.
ciuibus ac sociis qualis fuit, inde probatur,
quem potuit uictor hostis amare suus.
postquam Romana captus discessit ab urbe,
mox sibi iam dominus subdidit arte Getas.
hosce suis manibus uitam committere fecit,
quorum mortiferos pertulit ante metus.

Rossi inscr. christ. Rom. II 106, 49 ex sylloge Palatina (orthographica menda ut *Dionisius* omisi tacitus) fuit in agro Verano

3 *dogma manus* Pal. *docta* recte codex Petropolitanus *dulcedine famae* et *tanta d. captos* Iuuenalis 7, 39 et 84 4 i. despexit 18 *dns* Pal. *dominos* Rossius 19 *osce suis* Rossius: *os ceruis* Pal. *hosque suis* Gruter *hos seruis* Fleetwood. non placuit istis disticha aliud cum alio copulare particulis

1415

Hic Pastor medicus monument[a in martyris aula
f]elix, dum superest, condidit il[la sibi,
perfecit cuncta, excoluit. qui [uolt uiolare,
cernet quo iaceat, poena m[anebit eum.
addetur et tibi Valentini glor[ia sancti,
uiuere post ouitum dat [deus ipse suis.

Marucchi in actis arch. municip. Rom. 1888 p. 456 qui u. 5 6 expleuit uia Flaminia in coemeterio S. Valentini. saeculi fere V

3 cf. ad 1237, 13 4 *quo* loco 5 i. additur 6 *deus omnipotens* Mar.

1416

. . aedis sacrae uenera . . .
. . tuum post pia uota . .

. . o cubat sub tegmine carnis
. . us promptus ad omne bonum
. . cu]nctis sollers sat largus al . .
. . tis fortis ad arma fuit
. . a quies semp(er) mitissim[a . .

ex Lerschi schedis Romae in crypta ecclesiae ss. Cosmae et Damiani. praeterire lacerum carmen nolui quod tertius uersus Tityri admonet recubantis sub tegmine fagi
1 *ueneranda* aut *uenerabilis* 5 *alendo* aut *alumnis* 6 *ingenio mitis?* 7 *sēp* lapis: nunc aeterna quies Christi huic manet

1417

Rure o[pulens caru]sq. suis Callistrat[us ipse
in]terpres [uoluit] nominis [es]se sui —
qui licet et [cen]su diues mansisset et a[uro,
inuidiae numqua[m li]uida uela t[ulit.
fortunatus olim — u[ilis] sibi — uixit ami[cis,
stru]xit congest[o p]redia rure noua.

CIL. VIII suppl. 13535 descr. Delattre Carthagine in tabula ex plurimis fragmentis reconcinnata. praefixa crux est, subscriptum *in pace u[ix]it ann...[de]positus III kld. Apri[l.* supplerunt IBdeRossi et IohSchmidt
1 an *fortisq. suis C. ausis?* 2 fin. et 5 med. distinctiua ista lapis habet signa 4 *liuida* Rossius, *feruida* Schmidtius 5 *uilis sibi* posui praeeunte Mommseno *ut non sibi, uixit sibi* Leo 6 *auxit* priores. praedia aedificia accipio

1418

. . . ris ad nomen quisquis hoc limine tendit
. . . et Damiani d(omi)ni poste uiator
. . a]nte fores cuius membra Leonis operta
in tu]mulo posita pace quieta iacet.
quem nequis] uiolet alius nisi certe iugalis
ipsi]us, nemini iura quieta dedit.
. . . ul tradidit cuuicularii nomen honoris

Notizie d. scavi 1880 p. 290 Romae in crypta aedis ss. Cosmae et Damiani tabula marmorea fracta. carmen adsignatur saeculo VIII uel IX in Not., uidetur autem ducentis annis antiquius conferenti quae de sepulcro cauentur u. 5 cum 1335, 21 et 1432, 9

1 uelut *martyris* 2 uelut *Cosmae* 3 *haereat?* 4 pro *iacent* aut *membra* fem. sing. 5 *iucalis* Not. 7 *huic praesul?*

1419

Conditus hoc tumulo tegitur Gregorius exul
exulis et P[et]ri quem posuer[e] manus,
qui tamen Hispana natus tellure supremum
complet Cadurcis morte deflenda diem.

Revue épigr. du midi 1891 p. 69, 845, LeBlant inscr. christ. gall. II p. 349 Cadurcis (Cahors) in Aquitania. a tergo basis dicatae olim Lucterio Leoni trium Galliarum sacerdoti. christianis litteris et insignibus (columbis duabus) ornatus titulus

1420

Patricium domus haec aeterna laude tuetur:
astra tenent animam, caetera tellus habet.

CIL. X 8174 ex editis prope Neapolim in coemeterio S. Gaudiosae praescriptum *Patrici* cum christiano insigni, subscriptum *requieuit in pace sub d ..... cons(ule)*

1421

Vranio Satyro supremum frater honorem
martyris ad laeuam detulit Ambrosius.
haec meriti merces, ut sacri sanguinis umor
finitimas penetrans adluat exuuias.

CIL. V p. 617, 5, Rossi inscr. chr. R. II 162, 5 e codice Palatino Mediolanii in S. Nazarii. *Ambrosius suum fratrem Satyrum* mortuum a. 379 *iuxta s. martyrem Victorem sepeliuit* et *epitaphium hoc dictauit tetrasticho* Dungalus circa a. 848, neque est quod de Ambrosio dubitemus auctore

4 *leuam* cod.

1422

Hic positis membris purus perrexit ad aethram
omnibus heu flendus ciuibus et patri(a)e,
quem generosa domus longo sibi credidit aeuo
mansurum columen, tristia non metuens.
more suo ludens homines Fors perdita semper
monstratas rapuit spes properante die.
uix uitam quinis lustris compleuerat aeuum,
cum suprema dies intulit exitium.
quattuor hic annis uixit cum coniuge s(an)c(t)a,
mox ratus est melius uiuere, Chr(ist)e, tibi.
utilior cunctis sententia nata secunda,
nam Chr(istu)s uitam dat sine fine suis.

CIL. V p. 618, 9 ex codice Palatino (Rossi inscr. chr. R. II 164, 9) Mediolanii
7 *uitae* coni. Mommsenus 11 recordamur uersiculi graeci cogitationes secundas fere sapientiores dicentis (Cic. Phil. 12, 5). *nate* coni. Rossius

1423

Altaris primus per tempora multa minister
elegi sancti ianitor esse loci.
nam terram repetens, quae nostra probatur origo,
hic tumulor muta membra Sabinus humo.
n]il iuuat, immo grauat, tumulis haerere piorum,
sanctorum meritis optima uita prope est.
co]rpore non opus est, anima tendamus ad illos,
q]uae bene salua potest corporis esse salus.
ast eg]o qui uoce psalmos modulatus et arte
diue]rsis cecini uerba sacrata sonis,
corporis] hic posui sedes in limine primo,
optatum] tempus certus adesse cito,

cum canet angelico re]sonans tuba caelitu[s ore
cogens ut scandant] castra supe[rna pi]os.
at tu, Laurenti ma]rtyr leuuit[a, Sabinum
leuitam angelicis t]unc quoq[ue iunge choris.

Rossi bull. arch. crist. 1864 (II) p. 33 descr. et suppleuit in pronao basilicae S. Laurentii in agro Verano. praescriptum *sepulcrum Sabini archidiaconi.* litterae elegantes, aetati Damasum Ambrosiumque insecutae siue saeculi quinti initiis conueniunt quae contra solitam ad catacumbas depositionem non sine studio dicta sunt et arte temperatae psalmodiae commemoratio. pentametrorum hemistichia signis distincta foliorum

12 *surgendi*, 13 *iam tonat*, 14 *et uocat* Rossius 16 *nunc q.* R.

1424

Si nescit mens s(an)c(t)a mori, si pura uoluntas
cum membris numquam precipitata ruit,
uiuis in hoc mundo meritis post fata sacerdos,
adque tuos titulos nulla sepulcra tenent.
ciuibus auxilium, solacia semper egenis
prestabas animis pectore mente pius,
iustitiae sector, sacri seruator honesti,
numquam furta tibi nec placuere doli.
tempsisti mundum semper caelestia captans,
cottidiana tibi lucra fuere d(eu)s.
sacra colens sacrum numquam corrumpere nosti,
praemia nec fidei subripuere tuae,
communis carus humilis, dum summa teneris,
diuis semper erat et tua larga manus.
testatur, presul, sedis reparata, Sabine,
auctoris clari lucida facta sui.

CIL. X 1194 recognouit Mommsen Atripaldae in ecclesia primaria. recens incisum dixit Franchius, non adsentitur Mommsen saeculo fere sexto carmen a Rossio adtribui adnotans. Sabini episcopi mentio facta est supra 788

7 *sector* noue secutor sectatorue, *cultor* Luc. II 389 12 imperite poeta *te* omisit 13 i. teneres. item deinceps diues, sedes 15 o praesul Sabine, testatur ecclesia

1425

A

Tertius hanc urbis sedem tenuit Honoratus
antistes, cuius spiritus astra tenet.
Eusebius praesul primus, qui martyr alumnus
caelorum postquam regna beata petit,
hic pater ecclesiam docuit hanc dogmate recto,
sermones complens actibus ipse suos.
terris ac caelo coniunctus ubique magistro
Eusebio consors hic Honoratus adest.

B

Pontificis sancti cineres tenet Honorati
arca, hominis uilis quae manet ingenio.
hunc sanctum docuit nutriuit pastor alumnus
egregius martyr praesul et Eusebius.
exilii poenas et carceris iste subiuit
discipulus carus et socius pariter.
ambo fide digni meritis et nomine patres
cum Christo iuncti praemia summa tenent.

CIL. V 6722, Rossi inscr. chr. R. II p. 314 ex schedis fuit Vercellis in ecclesia S. Eusebii, fecit fortasse Flauianus episcopus ineunte saeculo sexto (supra 703 ss.)

5 *certo* legerat Montfaucon 8 *consors* Cyriacus et Montf. *comes* sylloge Vercellensis 9 *tenet haec H.* CIL. aduersis testibus: incommoda erat mensura nominis legitima, ille secundam corripere, hic producere primam maluit

1426

3 . . . no fallentes horas
. . quae]rentem munera uera dei
. . . es uarias pompas . . .

6 . . . . . sen]sibus excoluit

11 . . enes . . . ad[c]umulatamo. .
uicit auaritiam quae uincere cunta sole[bat
. . ins pariter abstinuit ui[tio
. . sancto caritas in corde be[nigno
nec sinsit maculam candida si[mplicitas.
quin]quaginta et uno annis aetas iiosf
saeculis obtinuit praemia [Christe tua.
. . obiit in Chr(ist)o III idus Octub[res

CIL. XII 2160 descr. Allmer et Hirschfeld Viennae praeterea in uersu 1 *i]ndoci[lis* ab initio, in 8 . . . *iss* . . . apparuit
2 *fallentis* Allmer legit 11 *adcumulat amo[re* Allmer, secundum Hirschfeldium desinit uersus in *o* aut *c* quae aliam litteram intus habeat, *cumulata modo?* 13 uelut *se uincens*, 14 *insedit* 16 fin. *aetas iic..* LeBlant. tot annis constabat aetas cum functus *saeclis* est: de uerbo nescio certum, potuit *et uno* superesse metro 17 *Christi* addidit Hartel

1427

Quam bene concordes diuina potentia iungit:
membra sacerdotum, quae ornat locus iste, duorum,
Eucharium loquitur Valeriumque simul.
sedem uicturis gaudens componere membris,
fratribus hoc sanctis ponens altare Cyrillus
corporis hospitium sanctus metator adornat.

Kraus inscr. christ. Rhen. 77 ex Browero qui perantiquos uersus dixit Treueris in oratorio S. Eucharii extitisse fertur cui Eucharii Valeriique decessorum suorum corpora intulerat Cyrillus. duo uidentur carmina fuisse quorum prius factum esse crediderim uiuo Cyrillo ante a. 458 (VGarenfeld de episcopis Treuer. p. 14), posterius expressum est e titulo Remensi supra 302 *sedem uiuacem moribundis ponere membris corporis hospitium laetus metator adornat*

1428

coniu[gio nostro] spatium breue contigit aeui:
non capiunt longas gaudia magna moras.

CIL. XII 5411, Muratori 1774, 4. AL. Burmanni IV 211, Meyeri 1322 Riuis prope Tolosam Galliae cippus supra et infra fractus. post distichon nihil lectum est nisi ... *ii XI kalen.* christiani tituli indicium

1 *coniugibus geminis* Burmannus, quod ego posui dedit LeBlant inscr. christ. gall. II n. 611 a 2 *magna* Muratori fortasse ex coniectura, ... *na* Lancelot

1429

Florentina mihi quondam dulcissima coniunx
et toto penitus pectore fixa meo,
te pudor et probitas caram fecere marito
conseruansque toros inuiolata fides.
militiae studiis secura mente uacaui
creueruntque mei te moderante lares.
nunc tua deserti quaerunt solacia nati,
ingemit et tristis te moriente domus.
suscipe quapropter carmen ferale Boniti,
quod mihi luctificum est sed tibi dulce nimis.

Rossi inscr. christ. Rom. II 118, 101 e cod. Palatino fuit fortasse in agro Verano. christianum nihil uideo nisi uero *Boniti* nomen aut sic fictum ut *bonatus* (impetritus impetratus al.) aut ortum ex *Bonitta* quod uocabulum iam tertio saeculo inualuerat

3 *curam* cod. em. Gruter 1177, 2

1430

Longaeuo mecum uixisti tempore, coniunx,
sed diuisus amor nil putat esse diu.
tu senium et fessae fouisti taedia uitae,
atque aetas uisa est ipsa redisse mihi.

casta, decus morum, sapiens, deuota marito
ornabas thalamos mente pudore fide.
sed me plus cruciant titulorum facta tuorum,
quod grauis inde dolor permanet, unde decus.

Rossi inscr. christ. Rom. II 122, 13 ex codice Harleiano Romae alicubi
6 ex hoc quasi fonte deriuatus 1385, 8 8 *unde mihi* Harl., correctum est e cod. Petropolitano Rossi ibidem 92, 60. cf. supra 1337, 4

1431

Accipe tam longas, breuis o scribtura, querellas,
qua duro silici uulnera mando mea.
heu iacet hic pars magna mei. heu triste cubile,
quo sine me, Rhodine, lumine nuda iaces.
o lux clara tuo, mens una et cura, marito,
nunc dolor et lacrimae sola relicta mihi.
occidis infelix uiridi sub flore iuuentae,
purpureusque nitor, quam breuis, euanuit.
uiximus et mutuum quodcumque exegimus ae(u)o,
nam tecum, Rhodine, gaudia nostra iacent
. . . . . .
aeternam in pacem, unde erat, et rediit.
hunc tumulum fecit Dionysius, 'iste quis ad me?'
si quaeris, coniux. cetera uiue uale.

Rossi inscr. christ. Rom. II 106, 50 et 107, 54 ex Palatino codice inter agri Verani epitaphia. Dionysium Rhodines maritum Rossius probabiliter eundem habet cuius ibidem sepulti laudes carmine expressae sunt *hic leuita iacet D.* supra 1414
4 *hrodine* Pal. 5 *marita* Pal. correxit Gruter 1173, 4 7 ss. disiunctos a superioribus in Pal. adnexuit Rossius. *uiridissimo flore* ex Catullo 17, 14 adfert Hense ex consuetudine loquendi dubitans an scriptum fuerit *uiridis s. f. iuuentae* 9 *aeo* Pal. *aeuum* R. 10 turbas fecit librarius, hexameter saltem unus desideratur 12 *aeternum pacem* Pal. sed correxit manus prima 13 *dionisius* Pal.

1432

Helpis dicta fui, Siculae regionis alumna,
quam procul a patria coniugis egit amor,
quo sine maesta dies, nox anxia, flebilis hora,
nec solum caro sed spiritus unus erat.
lux mea non clausa est tali remanente marito,
maioriq. animae parte superstis ero.
porticibus sacris iam non peregrina quiesco
iudicis aeterni testificata thronum,
ne qua manus bustum uiolet, nisi forte iugalis
haec iterum cupiat iungere membra suis,
ut thalami tumuliq. comis nec morte reuellar
et socios uitae nectat uterq. cinis.

Rossi inscr. christ. Rom. II 79, 6 et 130, 14 et p. 426 ex syllogis saeculi VII et VIII. AL. Burmanni II 138, Meyeri 824 fuit Romae in porticu S. Petri

1 *Elpis* alii. eam syllogae recentiores postquam Boethii philosophi operibus epitaphium adnexum est Boethii fecerunt uxorem (Peiper in praef. consolationis p. XXXVI). exordium istud Hense comparat cum graeco epigr. 293 Kaibeli Ἐλπίς ἔμοιγ' ὄνομ' ἐστί, πατρὶς δ' Ἀσίης προὔχουσα Λαοδίκεια 9 cf. 1335, 21 11 i. comes

1433

Scire uolens lector, qui sit | in funere fletus,
carmi|na si relegas, discere cunta | potes.
aegregia con|iunx nimium dilecta marito, |
bustus membra tenet, mens | caeli perget in astra.
superstem tenuit saecul[o | sin]e crime[ne uitam.

CIL. V 6295 Mediolanii, periit praescriptum *b(eatae) m(emoriae)*, exsculptae columbae et cum uasculo corolla, distincti uirgulis uersus metrici

2 *potes* Mommsenus: *potest* traditur 4 *bustus* non percrebruit nisi post Isidorum Hisp. (inde *bustum generis neutri quia pluraliter busta dicuntur* GLK. V p. 573). similis uersus 778, 6 5 fuit opinor *suprestem* qua metathesi plebes latina utebatur. simili declinatione *antestes*

summi i. antistites post a. 520 in rhythmico Viuentioli episcopi Viennensis epitaphio (quod nemodum animaduertit parastichin habuisse *Viuenciole papa*) Allmer et Dissard inscr. de Lyon IV p. 94

1434

Martyris ad frontem recubent quae membra sepulcro,
ut lector noscas, est operae pretium.
clara genus, censu pollens et mater egentum,
uirgo sacrata deo Manlia Daedalia,
quae mortale nihil mortali in pectore uoluens,
quo peteret caelum semper amauit iter.
sexaginta annos uicino limite tangens
rettulit ad Chr(istu)m celsa per astra gradum.
haec, germana, tibi Theodorus frater et heres,
quae relegant olim saecla futura, dedi.

CIL. V 6240 et p. 1086 contulit GKoerte Mediolanii in aede Ambrosii in sacello S. Satyri. *Ambrosianum* epitaphium fertur in syllogis Mediolaniensibus (Rossi inscr. chr. R. II p. 162, 4) cf. supra 1421. mulierem eandem in uasculo appellatam habes CIL. V 6211 *Daedalia uiuas in Christo.* fratrem eius Manlium Theodorum recte Puricellius uidetur non alium statuisse quam clarum in litteris consulem anni 399

5 s. cognomini adcommodata dictio Daedali fabulam refert ausi se credere caelo dicentisque *restat iter caelo* (Ou. a. a. II 37)

1435

Claudia nobilium prolis generosa parentum
. . . .
hic iacet. hinc anima in carnem redeunte resurget
aeternis Chr(ist)i munere digna bonis.

Rossi inscr. christ. Rom. II 92, 58 e codice Petropolitano, in quo omissum esse priorem pentametrum ueri similius est quam carmine nobilem feminam honoratam Trimalchioneo. id cum relatum sit inter sepulcra agri Verani ad basilicam S. Laurentii, eandem Claudiam esse Rossius opinatur quae a Prudentio perist. III 527 memoretur praedita Vestali sacerdotio aedem Laurenti ingressa ad honorem crucis

3 *carne* codex

1436

Sacra Diogeniae clauduntur membra sepulchro,
quae uiduata uiro uixit amica deo.
hanc post lustra decem recipis, dulcissime coniunx;
depositam Chr(istu)s quam tibi reddit, habes.
laeta suis lacrimis, ieiuno corpore pasta,
prodiga pauperibus, nam sibi parca nimis,
nec satis ista putans eadem post fata reliquit:
uinceret ut mortem, perpetuauit opus.

CIL. V p. 618, 10 ex codice Palatino, Rossi inscr. chr. R. II 164, 10 Mediolanii

3 *decim* et *dulcissimae* codex 7 legauit pecuniam suam pauperibus

1437

Sanctorum exuuiis penitus confine sepulchrum
promeruit sacro digna Marina solo.
ter decies bis terq. simul transegerat annos,
cum petit aetherias numine iussa uias.
uitae summa breuis, sed cast(a)e gloria famae
temporis angusti continuauit opus.

CIL. V p. 617, 7 ex codice Palatino, Rossi inscr. chr. R. II 163, 7 Mediolanii

1 *sepulchro*, 4 *nomine* et *uiuas* codex 3 perplexum numeri indicium et captiosum, magis XXXVI puto quam XXXII 5 Horati hemistichium c. I 4, 15 6 *tempore* cod. *continuabit* proponit Mommsen *opes* ex Rossii silentio cod.

1438

A Huic placidam requiem tri]buat deus omni[pote]ns rex
insontique animae si]t bene post obitum.
multa tulit nimis aduersi]s incommoda rebus
infelix, misero e]st fine perempta quoq(ue).
quadraginta a]nnos postquam trans[egit in aeuo,

fu]nesto grauis, heu triste, puerperio
nequiuit miserum partu depromere fetum,
hausta qui nondum luce [p]eremptus abiit,
adque ita tum geminas gemino cum corpore praeceps
letum ferali [transtu]lit hora ani[mas.
at nos maerentes coniux natique generque
carmen cum l[a]crimis hoc tibi [condidimus

B idcircoque . . . . . . icto
audemus tamen haec e[dere cum] gemitu
ex in . . . .

C aetatis uictrix dulcis obit nimium.
sede beatorum recipit te lacteus orbis
e gremio matris: hoc tua digna fides.

CIL. III suppl. 9632 (B et A) 9631 (C) contulit Hirschfeld Salonis ad basilicam tabulae unius ut aiunt fragmenta tria; B ante A posuerat Rossius, C si de eadem muliere ab isdem scriptum est, adlocutionem narratione posteriorem fuisse putabimus, potest tamen scriptum esse a matre (18 *e gremio matris*) aut de alia et minoris aetatis puella, cum praesertim alia specie insculpti sint uersus in 9631 atque in 9632, cf. insequens carmen. Rossii supplementa et Bormanni recepi, pauca addidi uel mutaui

5 spatio maiore probatur numerum annorum in titulo infuisse excedentem ultra legem metri. Rossius uersum sic exire uoluerat *postquam transegit* 7 debuit *non quiuit.* finalis in *fetum* littera, ut fit in codicibus, superducta lineola indicatur 8 *abit* legendum. item 16 *obit* perfectum habebimus 13 *icto* an *-icio-* clausula uersus fuerit non liquet ante 16 deest uelut *inmatura quidem, tamen annis plena puella* 17 clausula Ciceronis Arat. 286 (desueta aetati Macrobii in somn. Scip. I 14, 24 15, 2) post 18 fractus lapis, nihil tamen ultra desideres

1439

Sis licet in numero, soboles, suscepta piorum,
munda quod ex omni crimine uita fuit,
ista tamen miseros nequeunt solare parentes,

nec dolor orbati fit ratione minor.
nam cum parua iocum praeter nil quaereret aetas,
in te ius proprium perdidit omne suum.
admiranda loquor, quis autem credere possit?
solacio matri tu quoque mater eras.
uiuere me certe libuit dum uiueris ipsa.
sed modo morte tua mors mihi sola placet.

Rossi inscr. christ. Rom. II 99, 11 et 158, 2 e cod. Palatino qui duo exempla praebuit A et B in porticu S. Petri Vaticana fuit. adiunxi superiori carmini ut laudationem istam u. 16 *aetatis uictrix* natarum propriam esse paruolarum declararem

1 *numeros* B, *sobolis* A 3 i. solari. *satiare* Gruter 1170, 3 5 *praeter* om. A, *iocum nil praeter* B 8 Mater nomine puella quinquennis prodiit supra 562 9 i. uiueres. *uixeris* Fleetwood et Rossi

1440

Hic Fortuna iaces casu prostrata ruinae:
heu dulcis coniunx, me magis illa premit.
clausisti subito crudeli funere uitam,
et mihi non moritur te pereunte dolor.
casta decens sapiens humilis iocunda marito
uertisti in gemitus gaudia tanta meos.
sed tibi nil potuit mors haec tam saeua nocere,
de meritis ueniens nam tua uita manet.
hac quoque nata iacet Petronia sorte perempta,
quam tecum iunxit mortis acerua dies.

Mommsen IRN. fals. 49 ex codice Waelscapple et postquam inuentum est in codice Vaticano 6039 certum integritatis testimonium, inde CIL. X 664 inter Salernitana. subscriptum *hic requiescit in pace Fortunata cl(arissima) fem. coniux Petri u(iri) cl(arissimi) pat(ris?) pau(perum?) qui uixit annos pl(us) m(inus) XXXVI cum filia Petronia annorum sex deposita in pace sub d. VII kal. Febr. indict.....*

1 *Fortuna* uxor, eadem in subscriptione *Fortunata*, una cum Petronia filia oppressa ruina 2 *illa* ruina. mu-

tatum est a librario in *ille* sed *e* rursus expuncta 7 *haec* Vat. *heu* Waelsc.

1441

Hic requiescit Eris con]iux castissima frugi,
in [caeli gaudet sa]ncta recepta domo.

CIL. XI 2850 descr. Bormann, Notizie d. sc. 1880 p. 271 Volsiniis in S. Christinae coemeterio. subscripta *qu*]*ae uixit annis XXXIIII*... [*dieb*]*us XXV* et ...*nus maritus fecit*... [*pax*] *tibi*. exemplum feci carminis
ibidem inuenta alia tabula marmorea est detritis litteris talia exhibens uersuum ut uidetur initia *Bassilius anor*... *uerum qui mihi*... | [*c*]*onficiet rursu*... | [*pr*]*aeterea cea*... | ..*inus di*... | ..*ciciui*..*r*... CIL. XI 2851, item fragmentum hoc ..*haec quae*... | ..*or laudes pra*... | [*qua*]*ttuor cum tu*... | ..*fert*... 2866

1442

Ossa sub hac lapidum felicia mole quiescunt,
sacra animam innupte uirginis aula tenet.

Muratori 1767, 18, schedae Henzeni. AL. Burmanni IV 141, Meyeri 1267 Romae. praescriptum *Volumniae Isiacae* qua re Henzenus duce Muratorio christianum carmen nominibus gentilibus improbe adiunctum esse statuit

1443

A. . . . . . .
uixdum transcursis Elysium ingrederis.
ter rosa uix fuerat, ter spicae et pampinus, ex quo
tradita Gregorio, Festa, iaces tumulo.
anni, uota simul, heheu quam parua fuerunt,
heu quam uita breuis, quam breue coniugium.
aetas sola minor, nam cetera maxima Festae,
adfectus pietas forma pudicitia.
B. . . . . . .
angelicae legis docta, dicata deo:
hic ia[c]et, hoc superis placitum est. huc ibimus et nos,
sit modo sancta fides, sit pia credulitas.
Festa, decus nostrum, certe ueniemus in unum,

si mihi uita proba, si tibi cura mei est.
at tu, sanctarum moderator summe animarum,
fac rata quae cupimus, fac cita que uolumus.

CIL. XII 5350 descr. Hirschfeld quae supersunt Narbone in duobus lapidibus. alios tenuisse olim statuendum est initium carminis et totidem ante B 1 *angelicae* uersus quot initio perierunt, non tam singulos quam ternos aut plures. alterius lapidis B pars dextra hodie periit. non ante quintum saeculum, B 3 optatur *credulitas* quam quasi uerae fidei sociam usurpat Sedulius, Iuuencus et antiqui non item

A 1 deest tale *annisque ter octo* 4 anni simul et nuptiae

1444

Septenis decies cum Eustacia uixerit annis,
hoc electa deo conditur in tumulo,
deponens senio terris mortalia membra,
sed reuehens caelo pro meritis animam.

CIL. XII 2114 Viennae. periit titulus qui praescriptum habuisse *d. M.* fertur. 'uide ne interpolatus sit' Hirschfeld

4 *coelo* traditur

1445

Foedula quae mundum domino miserante | reliquit,
hoc iacet in tumulo, quem dedit alma | fides.
Martini quondam proceris sub dextera | tinta
crimina deposuit fonte re|nata dei.
ad nunc marturibus sedem | tribuentibus aptam
Cerbasium | procerem Protasiumq. colit.
emeri|tam requiem titulo sortita fidele |
confessa est, sanctis quae sociata iacet.

CIL. XII 2115 uidit Hirschfeld Viennae rep. in ecclesia S. Petri praefixa nominis christiani et columbarum palmarumque signa. Martinus Turonensis mortuus a. 397 ducit trans annum usque 440

3 i. tincta, baptizata 6 uocitare solent Geruasium. his colendis martyribus Ambrosius principium fuerat detectis corporum reliquiis a. 386 7 *fidele* pendet e *confessa*, Prudentius *fidele ut militent*

1446

Condidit alta quies annis meritis|q. uerendam |
istic uirtutis adque dei famulam, |
que uenerata deum, cuntis uene|rabilis inter |
emeritus Cristi nunc abi(i)t famul[os.

CIL. XII 2116 ad ectypum prope Viennam rep. in pago S. Romani. praescriptum *hic iacit Geronsia* (i. Gerontia), infra monogramma christianum est cum columbis. malae litterae in quibus *i* et *l* non admodum discernuntur, saeculi VI aut adeo posterioris

2 *istic* Hirschfeld: *ustic* marmor. *iusti* Hignard *rei* lapis, corr. Hignard 3 *uenefabiiis* lapis 4 expl. Hignard. emeritos intellege

1447

Nobilis Eugenia praeclari sanguinis ortu,
quae meretis uiuit, hic tomolata iacit.
exuit occumbens oneroso corpore uitam,
quo melius superas possit adire domos.
quae prudens anemis permansit pondere morum,
prouida laudandum semper elegit opus.
pascere ieiunos gaudens festina cucurrit
esuriens epulas, o paradise, tuas.
captiuos opibus uinclis laxauit iniquis
et pulsos terris reddedit illa suis.
mens intenta bonis toto cui tempore uitae,
actibus egregiis unica cura fuit.
quam subolis labsam bes senis inclita lustris
condedit hic lacremis auia maesta piis.

CIL. XII 481 uidit Hirschfeld Massiliae in sarcophago marmoreo Christi et apostolorum signis ornato, praefixa crux est, hexametri omnes sinistra, pentametri dextra pagina comprehenduntur

8 *esuriens* Froehner CIL. add. p. 813 ex lapide: *exauriens* ferebatur 12 *cura* ut Froehner et ego coniecimus lapis add. p. 813: *cara* ediderat Hirschf. *casta* aut *sancta*

alii 13 *subolis labsam* quasi subole orbatam interpretantur, tu iunge *subolis inclita* 14 *nic* lapis pro *hic* nunc tantum *aui......piis* legitur, num *Auia* nomen satis frequens? an ut externata erransque sine uia?

1448

Hic inhumata pridem carpenta lapsa iacebant
arida comnexis frustris et atra rotis.
huc cernebamus amplas cuneis fluxare cateruas,
rorare caducum fuso Falerno limum.
stol(i)da peresi litabant uota fauillis
statque femineo la(m)pas funesta tor(o).
post mancipatur laruis umbrisq. truditur imis,
quo funus squalebat, ara sacra micat.
hanc tibi, Chr(ist)e, sede(m) parat — en gra(tia) prisci
quam uulneris guttis abluas alma rubris —
Eusebius, inuexit hinc te, beata, sacerdos,
alti]tron(i) m(a)t(e)r currens ab arce poli.
culmine mira nota q(uae) quisq(uis) praespicis intrans,
nec ope leuitae mi l(a)ede dicata Meli.

Rossi inscr. christ. Rom. II p. 46 e codice Parisino saeculi IX in quo carminis uersus non distincti sunt, praemissum insigne christianum, subiectum *d(e)o gra(tia)s.* qua ex aede ubi locorum transcriptus sit titulus ignoramus, ob Mariae deiparae mentionem non ante saeculum sextum factus uidetur, recepi ob circensium et parentalium memoriam reconditiorem

2 *et atrtratis* cod. ut *atratis* aliudue conicias. *comesis frustis arida et atra satis* Rossius. frusta puto membrorum, duplicem *r* uolgo probatam (GLK. IV p. 199, 3) retinui 3 *fluxare* nouum, i. fluitare 5 *peresis* Rossius, tabefacti corporis? 6 *stabat* R. 7 *mancipatura aruis* cod. *mancipatur sacris umbraeq. truduntur in imis* R. 8 *quo* loco cf. 1415, 4 *squalebant aras* cod. *funera quo squalebant ara sacrata m.* R. placet *sacrata* 9 *chr(istu)s aede* cod. *Christe aedem parat en quam gratia prisci u.* R. 10 *prisciq. quam* cod. *abluat* R. 11 an *iuncxit*? 12 sic R. *trcn.mtr.* ac post *polis* cod. 13 an *culmina*? *nota* mihi est attende. *nouo* R. *o quisquis*? *prae-*

spicis per notam cod. *perspicis* R. rectius *prospicis* 14 *haec* R. *milex dedicata* cod. quae uides ut interpretatus sim, *disce dicata* R. nomen si fuit Μῆλος (CIL. V 3615 *T. Iulius Mėlus*), correptum compares cum 4 *limum*

1449

Hoc qui scire cupis iaceant quae membra sepulchro,
disces, dum relegas hos modo uersiculos

CIL. V 5719 Velati uico agri Mediolaniensis. periit. post 2 quattuor uersus deesse Gruterus 1137, 9 adnotauit

1450

. . . . scire, uiator,
. . . mor]tua nempe mea est.

CIL. XIV 356 descr. Dessau Ostiae in tabula marmorea anaglypta. praecedit titulus mutilus factus a seuiro Aug. aliquo *Felicitati con*[*iugi*] *et Tulliae Arsinoe* et libertis libertabusq. lusi *quodsi quid doleam titulo uis scire u. fortuna ecce omnis* aut *uita simul felix mortua*

1451

Tu qui carpis iter gressu properante, uiator,
siste gradum, quaeso. quod peto, parua mora est.
oro ut praeteriens dicas: s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

CIL. II 558 ex schedis, Gruter 977, 13. AL. Burmanni IV 214, Meyeri 1592 fuit Emeritae Lusitanorum, fictum putauit Maiansius. in eodem lapide fertur inscriptum *M. Heluius* (*mulieris*) *l. Marsua ann. LX Mallia* (*mul.*) *lib. Galla uxor ann. XXXXI h*(*ic*) *s*(*iti*) *s*(*unt*): *s*(*it*) *u*(*obis*) *t*(*erra*) *l*(*euis*)

2 *gradu* quia plures tradunt recepit Huebner 3 *oro ut* pentametri causa omisere Sweertius, AL.

1452

dic rogo qui transis: sit tibi terra leuis.

CIL. II suppl. 5241 descr. Huebner Conimbrigae Lusitanorum exodium tituli quem filio ann. XXI mater faciundum curauit

1453

d(ic) r(ogo) p(raeteriens): s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

CIL. II 415 in eodem Lusitaniae conuentu. ipsae notae quam late eius formulae usus uagatus sit satis demonstrant

1454

p(raeteriens) d(icas): s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

CIL. II 1752 3186 5327? plenior sermo *t(e) r(ogo) p(raeteriens) d. s. t. t. l.* ibidem 540 5378 5376, etiam Albintimilii CIL. V suppl. ital. 995, *t]e rogo p...* in Appulis eph. epigr. VIII 86

1455

te rogo, preteries: sit tibi terra leuis.

CIL. VIII 9496 Caesareae Mauret. praescriptum *d. M. Iulia Stacte monimentum feci uiro meo Rufo, u(i)xit annis XXX, hic situs est.* quod desideratur *dicas*, omissum putes pentametri causa

alias terna dactylica membra titulum claudunt ut Gaditanum *te rogo, praeteriens, cum legis, ut dicas: sit tibi t. l.* uel *h. s. e. et te rogo praeteriens ut legas et dicas: sit t. t. l.* talia quantopere usitata fuerint uel uincta numeris uel soluta (CIL. VIII 9350 *praeteries, tuum est dicere: ossa tibi bene adquiescant*), ex indicibus CIL. facile intelleges, cf. Hispaniensia CIL. II suppl. p. 1173. quae omnino magis ad epigraphicam artem nobis exercendam idonea sunt quam ad augendam ueteris poeticae scientiam, uelut cum quis quaeret Aquileiensem titulum quomodo expleat CIL. V 8519 *uale] uiator qui [tran]sis et legis et dicis...*, summus auctor respondet ind. p. 1209 *haue*, ego secundum carminum horum formulam respondebo

1456

Te rogo praeter[iens, quisquis legis haec, mihi dicas:
Auo[ni I]uste, sit t[ibi terra leuis.

CIL. VI 12951 descr. et expleuit Henzen Romae in uia Appia. praecedit titulus *Sex. Auo[nio] ... Martia ... Strac ...* ab Auonia coniuge Auon[ia filia] et Sex. Auo[nio] lib. factus, *Auo[nio Sex.] Martia[lis l. Iusto] Strab[oni* proposuit Henzen, uerum in carmine fortasse aduerbium erat *iuste* cf. VI 17768 *te rogo praeterien]s, quisquis es, ut dicas: | [sit tibi t]erra leuis,* 21261 *h(ic) s(itus) est: t(e) r(ogo)*

q(uisque) l(egis) d(icas): s(it) illi t(erra) l(euis). rationis aliquid rogator adfert Lambaesitanus CIL. VIII 4122 *Saturninus con(iugi) piae fecit, et si qui titulu legerit, dicat pro pietate: Rogat(ina), tera tibi le[uis] siet*

1457

Quisquis in has partes, quisquis percurris in [illas,
te] precor ut dicas: s(it) t(ibi) t(erra) [leuis.

CIL. II suppl. 5975, eph. epigr. III 42 contulit Huebner rep. prope Gandiam Hisp. Tarr. iam Matriti praescriptum *M. Acilius . . . Eros h(ic) s(itus) e(st) pistor, lib(erti) libertaeque fac. cura(runt)*

1 s. ita suppleuit Huebner: ultima *in hac* legerat Rada, inter *in* et *precor* spatium duodecim litterarum capax 2 *uti* cippus, nescias igitur an *praecor* pro trochaeo sit enuntiatum. id in hac sententia uerbum secundas tulit, primas *rogo*, tertias *peto*, cf. CIL. VIII 4504 *et tu praeteriens [di]c prec(or): sit tibi terra leuis* siue aequius est *dic(as) prec(or)*, 3109 *et si qui praeteriens legeris, peto dicas: Manilia dulcis, sit tibi terra leuis*

1458

'Molliter ossa cubent' dicat, rogo, quisque uiator:
sic tibi defuncto dicere di iubeant.

Fabretti 283, 182. AL. Burmanni IV 392, Meyeri 1449 fuit in Quirinali

1 hemistichium Ouidianum (her. 7, 162 al.) cf. 1327, 14 *dicas* Schraderus quod altero uersu uiator compellatur

1459

Si quid praeterie[ns titulo uis dicere nostro,
si bene siue male d[icis, habebis idem.

CIL. XIV 3480 ad ectypum Mandelae. praescriptum *C. Pirrius . . .* subscriptum *Pirria C. l. Hil[ara* refinxi sententiam (Plauti Poen. 631 s. confert Leo). uersus 2 in lapide nullam habet εἴσθεσιν itaque dubites an hexameter fuerit. certe *male* in caesura producitur

1460

optamus cuncti: sit tibi terra leuis.

CIL. VI 3191 Romae in sepulcro Aurelii Antonii equitis sing. Aug. natione Daci item 3308 in sepulcro

Vlpi Titi eq. sing. Aug. natione Boi cf. clausulam mutili tituli Bonnensis (Brambach 459) *opto sit mihi tera leuis, sti(pendia) XXVI fec.*

1461

omnes optamus: sit tibi terra leuis.

CIL. III 4533, suppl. 11294 haud procul a Vindobona ad Aequinoctium. finit pentameter titulum M. Valerio Tauro a Taurina filia factum delphinis leone grype floribus ornatum

1462

et tu quae dederis, sit tibi terra l(euis).

CIL. VI 14295, Fabretti 285, 189 fuit uia Labicana in uineis. suum pentameter uersum explet. praecedunt haec *d. M. L. Cambicius Telesphorus et Lucceia Tyche uxor et Lucceius Secundus f. fecerunt sibi et suis lib. libertabusque posterisque eorum*, sequitur *in f. p. XXV in ag. p. XIII* appellatur uiator quasi parentaturus quocumque modo eiusque pietatis accepturus mercedem (Henzenus ad *dederis* adscripsit 'scil. locum sepulturae')

1463

Quisque meum tit|ulum stat
legerit et | dicit 'sit tibi terra leuis'.

Notizie d. scavi 1889 p. 112 ad ectypum in sepulcreto familiae Caesaris prope lacum Albanum. praecedit *dis Manibu(s), Abascantus Caesar(is) n(ostri) ser(uus) uilic. Fortunatae coniugi bene merenti fecit, uix(it) annis XXX* | hexameter aperte decurtatus debuit sic perfici *stat et aspicit hunc, ualeat si.* in lapide *stat legerit* coniuncta sunt neque aliter quam cetera uerba inter se diuisa

1464

tú quí legistí nómina nostra, ualé.

CIL. V 7430 contulit Mommsen Libarnae Ligurum. praescripta nomina Catii Martialis scribae et patris eius et aui et auiae, tum *C. Lucrétius Genidlis amicus sibi et Valeriae uxori f(aciendum) c(ur.) tú* eqs. optimae aetatis titulus cf. V 3012 *tu*] *qui legist(i) uale*

1465

uiuas qui dixeris: uiuit Elysiis.

CIL. III 1992 clausula tituli Salonitani quem M. Iul. Felix ab ratione fisci Agriae Ianuariae posuit *uerginiae et coniugi incomparabili cum qua concorditer egit sine querela per annos XXVI* mutato ordine uerborum '*uiuit*' *dixeris* siue statu (*dices uiuit in* ut 1233, 12) facile fit pentameter

1466

. . . . . .

haec est quam coniux condidit atque [pater.

parce opus hoc scriptor, tituli quod luctibus urgen[t:

sic tua praetores saepe manus referat.

CIL. X 6193 (IRN. 4135) descr. Mommsen Formiis. elogii sepulcralis non relictus est nisi ultimus pentameter, ab eo distat paulum protenta sinistrorsum adhortatio scriptorum ne oblinant titulum inscribendo nomina candidatorum

1 *atque* Iucundus: hodie non extat nisi *a* dimidiata. expleui uersum

1467

Sic] tibi praeterito redeat felicior annus

sem]per et ex facili uita regatur ope:

. . . durae mortis sacratos laedere Manes,

ecce monent leges et leuis umbra rogi.

CIL. XII 5275 ex schedis (Gruter 905, 12 a Scaligero). AL. Burmanni IV 108, Meyeri 1241 fuit Narbone

1 *sic* Maffeius praemisit, *hic* Lafontius 2 . . . *caper* traditur, em. Borel 3 *nec* Maffeius, *et* Borel praemisit. proposueram *hos durae* et initio sequentis uersus *parce*, sed *durae* potius suspectum est de interpolatione aut praua lectione. expectamus *ut parces*

1468

Sic tibi perpetuo sint, lector, uota secunda:

parce pios Manes sollicitare manu.

Rossi inscr. christ. Rom. II 115, 86 ex syllogis titulorum christianorum fuit ad uiam Salariam nouam uel Nomentanam in sepulcro religionis ut credimus gentilis

1469

. . . . tibi uiua uoluptas

. . . parce manu.

CIL. VI 30117 descr. Huelsen fragmentum tabulae marmoreae in Laterano repositum adhortationem maxime probabile est fuisse sepulcralem similem superioris: *dum uiuis semper maneat tibi u. u., defuncti Manes laedere p. m.*, quamquam potuit etiam fonti lacuiue adfixa tabella monere talia *fontis si sities ueniet tibi u. u., Naidas inpura tangere p. m.*

1470

Te, terra, optestor, leuiter super oss[a] quiescas
et ten[e]rae aetati ne gr[a]uis esse uelis.

CIL. III 3141, Orelli 4835. AL. Meyeri 1529 Apsori in insula Illyrica. praecedit amissi a domino nomen uernulae *Sex. Iuli Agathopi Phoebus an. VII*

1471

. . infeli|ces parentes filiae testa|ntor amorem
crude|lis tituli [car]mine, sit[a] | uides.
te, lapis, optesto|r, leuiter super ossa r|esidas,
florenti aeta|ti ne grauis esse ue|lis.

CIL. V 470 uidit Mommsen prope Piquentum Histriae lapis ualde corruptus lectu difficillimus, itaque nec praecedentia expediri potuere (*Secundae ui* . . . [*prae*] *stare ofici* . . . | *et uni* aut *fun* . . .) neque insequentia (. . . *uitri*[*cus?*], *uixit* . . .)

1 i. testantur: *o* paenultimam et Hattinger excepit et Mommsen 2 . . *minisit.* fertur ut possis etiam *no*]*minis it*[*a*, non possis *signa* aut *ista*

1472

Te, lapis, optestor, leuiter super ossa quiescas
et mediae aetati ne grauis esse uelis.

CIL. V 1493 e ms. Moschettini Aquileiae. nullum nomen, nihil praeterea fertur. distichon idem claudit Arelatensem titulum supra 1192

1473

Te, lap]is, obtes[t]o[r, leuiter sup]er ossa res[idas
. . . f . tatim eras . . .

CIL. V suppl. ital. 5 misit Franceschi prope Nesactium Histriae ex praescriptis superest *L. Iulio,* subse-

quitur maiusculis litteris scriptum ut non uideatur pars carminis esse ..*ssf unis*

1 expleuit Pais: *fr ossa res.s* fertur 2 uix teneor quin pentametrum restituam istum *et tenerae a*]*etati ni gra*[*uis esse uelis*

1474

Te, lapis, obtestor, leuiter super ossa residas,
ne nostro doleat conditus officio.

CIL. V 7097 Augustae Taurinorum in titulo qui iam periit T. Marcii T. l. *qui eam rei priuatae curam adhibuit*, cetera euanuerant, infra carmen *Recepta l.*, in carmine 1 *ossa reserua* traditur CIL. II 1580 Ipscae in Baetica, subsequitur *Graeca ser*(*ua*) *hic sita est*, *uale* CIL. V 8485 Aquileiae in monumento T. Vettidii Ɔ. l. Phindari et Vettidiae Phiales coniugis, 1 *lapis obsecro* legitur, 2 *ni doleas nostro* CIL. VI 27814 Romae in sepulcro L. Turranii Optati ann. XXXV ubi 2 *ni doleat nostri* (cf. ad 960, 2) CIL. VI 29011 Romae in sepulcro Vipsaniae Philusae ann. XX ubi 1 *optestor*, 2 *ni* et *condita* fortasse etiam in alio lapide Romano extitit CIL. VI 30116. AL. Burmanni IV 203, Meyeri 1317

1475

Te, lapis,] optestor, leuiter super ossa resídas,
ní dolor | [attingat] qua requiens homini est. |

CIL. VI 6873 ex schedis Sartii Romae in uinea Aquariorum praescriptum *Q. F*]*abius Maximi l. Ipitus hic situs est*, [*S*]*empronia L. l. Apate concubina eius pro meritis quae dilexit eum* dispositis uerbis in speciem pentametri, subscriptum *et sibi et*] *suis posterisq. eorum*

2 *exsistat* Aquarius coniectura nouicia, cum tamquam integri Henzeno exemplum tituli tradidit ab sinistra mutilati i. requies

1476

Aetherius moriens dixit 'hic condite corpus,'
terra mater rerum quod dedit ipsa tegat'.

CIL. XII 1932 contulit Hirschfeld, Allmer inscr. de Vienne III 61, 403 in tabula marmorea prope eam urbem inuenta litteris male insculptis et male compositis. *dixit* ante *hic* cum producatur, factum carmen uidetur post quam *h* pro solida consonante haberi coepta est saeculo IV. neque citra id tempus Aetherium nomen usurpatum existimo (Vic-

torinus rhetor Massiliensis ad filii sui Etherii personam commentatus est in Genesim ut ait Gennadius inl. 61)

2 rescribendum *parens.* comparauit Allmer Lucretiana *omniparens eadem rerum commune sepulcrum* et ex inscriptionibus talia *quae genuit tellus ossa teget tumulo* uel *quot dedit it repetit natura* (supra 1129, 2 1327, 13)

1477

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum,
reddere quod ualeas uiuificante deo.

Rossi inscr. christ. Rom. II 166, 14 et indicis p. 503 distichon usitatum christianis monumentis, modo solum positum modo aliis praemissum, uelut in Gregorii Magni elogio mortui a. 604 (Rossi ibid. 52, 1 continuatur *spiritus astra petit, leti nil iura nocebunt cui uitae alterius mors magis ipsa uia est* eqs.)

1 *sumptum* interdum corruptum est in *sumpto* aut *sumta* (sic in operculo arcae Marini Aru. p. 492 ubi sequitur *retder cot baleas bibificante d*)

1478

Hunc leges leti praepos terae eripuere |
matri, quae ut annis | morte quoq. esset prior.

CIL. VI 22203 descr. Henzen, Orelli 4767 in museo Capitolino tabula marmorea quam Ficoronius compararat. praescriptum *D. Marius Ɔ. l. Exoriens u(ixit) a. XXXV.* corruptus pentameter, emenda sis *mater debuerat m. quoque esse prior* uel *matri quae uoluit* (sic Leo)

1479

Si non fatorum praepostera iura fuissent,
mater in hoc titulo debuit ante legi.

CIL. IX 2425 ex Trutta, prope Allifas Samnii, nihil aliud fertur inscriptum CIL. X 4692 (acta collegii arch. Campani m. Aug. 1872 p. 39) in agro Caleno pulcerrimis litteris *d. M. s. Tuppuriae Sex. f. Priscae, uix. ann. XXVIII m. VI d. XXIII: si non fatorum praepostera fata* (sic lapis) *fuissent, parentium hoc titulum debuit ante legi* CIL. IX 3058 (Or. Henzen 7380) Interpromii sub titulo puellae XVI annorum posito a parentibus et uiro *cot fata propostera fuerun, debuit in ho titulo mater ante legi* CIL. IX 3280 Corfinii labe ac lacuna uasta uitiatus titulus tra-

ditur *sima dei p. inmeram fuidui matli noc tiiui etu it anti legi: uixit a. II m. II d. VIII: aiiulii ii ung n ii mors l ia et adiae* (haec noui carminis lacinia est *attulit hunc mihi mors luctum et lamenta* aut *ante diem*) CIL. XIV 3860 Tiburi filii titulo adhaeret ... *erum non fuisset,* [*m*]*ater ante legi de*[*b*]*uit*

1480

Si non fatorum praepostera | iura fuissent, |
mater in hoc titulo debuit | ante legi, |
quae rogat ut dicas motus | fatalibus annis: |
terra sit haec Petali non | onerosa, precor.

CIL. X 5099 (IRN. 4571). AL. Burmanni IV 259, Meyeri 1360 fuit in agro Atinate

2 *tumulo* Muratori 1199, 3 4 Petalis nomen filiae, *Petalo* Mur. *non onerosa* ab Ouidio inuentum, supra 1242

1481

S]i [non] fatorum praeposte[ra] iura fuissent,
h]ic pa[ter] et mater debu[it] ante legi.

CIL. IX 2616 descr. Mommsen Teruenti in Samnio. praecedit titulus Pomponii Marcelli functi annis duobus factus a Pomponio patre et Proba matre, infra adscriptum est nomen *M. Gui..o Lioni* ...

1 initium carminis incertum, ubi *d* et interiecto aliquo spatio *ni* Dresselius, *si* Caraba legit. potuit esse *quo*]*d ni*[*si* ut coniecit Bormannus aut *se*]*d*

1482

Si non fatorum praeceps hic mortis | obisset,
mater in hoc titulo debuit | ante uehi.
et tu praeteriens dicas: Procule, | sit tibi terra leuis.

CIL. X 2712. AL. Burmanni IV 284, Meyeri 1380 in agro Neapolitano (Portici). praecedit *d. M. M. Mario Proculo, uix. ann. III mens. IV d. VIIII, M. Marius Fronto et Cosconia Hygia parent. infeliciss. filio piissimo fecerunt et sibi lib. libertabusq. poster*(*is*)*q. eor.*

1 pro *morte*, opinor, ex confusione uocum, neque enim commode reclinatur in *fatorum* 2 *legi* AL. sane insolens *uehi* ac discrepans istis *ad infernas stulte uehere rates* et *ossa uehantur auis* 3 *Procule* omisit Venutius, *Proculis* excepit qui Mommseni gratia descripsit Colonna

1483

cuius si tam properantia fa[ta] non fuissent,
mater in hoc titulo debuit ante legi.

CIL. X 4437 descr. Dressel in agro Amiternino. praecedit *d. M. s. L. Aegnatio Felici qui uixit annis XXVII, P. Atrius Tertius discenti bene de se merenti*

1 *fadnon* Dressel dubitans. uersus postulabat *cuius si non tam p. f. f.*

CIL. X 126 auctore Ricciardio agri Heracleensis titulus refertur ab Annio Hilaro dicatus Annio annorum XVII *filio pientissimo, cuius | si fata fuissent, hic titulus debuit esse | ante legi patris*: elucet sententia, uerba hiatu laborant, *cuius si fata aequa f. hic t. debuit esse, nec ante legi patris* proposuit Mommsen, magis ex consuetudine uidetur *non hic t. debuit esse, set ante legi patris*

1484

Si non ante diem | crudelia fata fu|issent,
hic pater et | mater debuit | ante legi.

CIL. X 461 a prioribus Buxenti. praecedit *d. M. L. Sempronio L. f. Pom(ptina) Prisco aed. duouir(o) des(ignato), u(ixit) a. XXV men. VII*

2 *tegi* descr. Antonini

1485

Si fortuna suos potuisset flectere manes,
hunc titulum patri ponere debueram.

CIL. III 729 ex schedis. AL. Burmanni IV 290, Meyeri 1386 Rhaedesti Thraciae. praecedit *Thetis, eadem Burgaena, Italici Corisci Aug. l. con(iux) car. ann. XXVI: et Perinthio fil. ann. XII: h(ic) s(iti) s(unt)*, sequitur *Italicus sibi et suis u(iuus) f.* Perinthius loquens inducitur, uerba in 1 praue coagmentata (*fortuna suos* flectit non *manes* sed mores animos cursus) seruum patrem non dedecent. nam cottidianas has sententias uolgus fit ut titubanter ac turbulenter eloquatur, uelut CIL. V 4582 Glycon filio decenni orbatus *quod si te tua fata uoluissent* (puta *uiuere*), *tu nobis ponere debueras*

1486

Quod decuit natam patri praestare sepulto,
hoc contra natae praestitit ipse pater.

CIL. VI 22994 ex Smetio aliisque (Gruter 697, 7). AL. Burmanni IV 231, Meyeri 1337 Romae. praescriptum *Ninnia Cronis uix. an. III m. X dies XXV* adscribo propter clausulam poeticam VI 22066 *quod uos decebat mihi fecisse, mater [feci] sic: ita fata dederunt*

1487

Quod fore morte mea speraram [a coniuge nobis,
id cineri infelix constitui ac la[crimans.

CIL. IX 1921 descripsit Mommsen, Or. Henzen 7388 Beneuenti. praescriptum *C. Papirio C. ... Statia M. l. ... uiro suo [fecit*

1 *a te mihi coniux* olim proposui, datur *munus amantis* sim.

1488

Aedis aedificat díues, sapiens | monumentum.
hospitium est illud | corporis, híc domus est.
illíc paulísper | remoramus, ad híc habitamus.
illud | . . . . . .

CIL. VI 27788 descr. Conze, Muratori 1757, 6. AL. Burmanni IV 333, Meyeri cui recens esse carmen uisum est 1423 ex urbe auecta tabula in Britanniam (Castle-Howard). praecedunt nomina *Turpilia M. l. Dionysia, M. Turpilius M. Ɔ. l. Eros*, homines tam aeuo quam sapientia aequales Trimalchioni Petr. 71 cf. supra 998, 4

3 *remoramur* Burmannus. *moras, moraret* e Naeuio Ennio Pacuuio profert Diomedes gram. p. 400 K.

1489

Aspice quam subito marcet quod floruit ante,
aspice quam subito quod stetit ante cadit.
nascentes morimur finisque ab origine pendet

CIL. II 4426 ubi Huebner Gruterum et Maiansium inmerito damnasse titulum contendit. AL. Burmanni IV 14, Meyeri 1168 Tarracone in urna marmorea, supra repraesentatus dicitur puer recubans

3 uersus sumptus ex astronomicis quae Manili uocantur IV 16. idem subscriptus est titulo Merulae minoris Sutrino quem cum Fabrettius 799, 208 et Reinesius p. 675 protulerunt tum CIL. XI 3273, suspectum autem habuit Orel-

lius 4804 haud temere, uide Pl. Cas. 523 s. . post 3 subiecere Morales *illa eadem uitam quae incohat hora rapit,* Hernandes *ipsaq. uita suae semina mortis habet*

1490

Quo modo | mala in arbore pendunt, | sic corpora nostra: |
aut matura cadunt aut | cito acerua ruunt.

CIL. VI 7574, Henzen Or. 7405 in uinea Amendolae repertus cippus marmoreus iam in museo Laterano. supra mutilati tituli primus uersus hic est fere *iera ia is quo. modo* ut praecessisse putes talia *praepostera fatis,* infra legitur *Domatius Tiras filiae dulcissimae* carmen emendatur ex libello in quem uergente antiquitatis aeuo transscriptum est, ex altercatione Hadriani et Epicteti p. 23 Lindenbr. p. 561 Fabr.: *poma ut in arboribus pendent, sic sunt et corpora nostra, aut matura cadunt aut cito acerba ruunt,* cf. supra 465, 20 et quae infra adiciam
1 i. pendent, ut 468, 5

1491

discite: dum uiuo, mors | inimica uenit.

Viola Pompei e la regione sotterr. dal Ves. II p. 59, 35, Sogliano Notizie d. scavi 1878 p. 262 Pompeis in pariete scripta carbone sententia, cuius tot in sepulcris extant similes (*uiuere disce* 1083 s.), facetior in Copa *mors aurem uellens 'uiuite' ait 'uenio'*

1492

ip]se iubet mortis te meminisse deus.

Huebner inscr. Brit. christ. 134 ex Wordsworthio Merionetshire in Cambria. in lapidis trianguli parte inferiore hic uersus legitur sumptus, ut amicus Wordsworthii indicauit, ex Martiale II 59, 4 sed a lasciuiis ad pietatis hortamenta reuocatus et finitus signo crucis. in fastigio praeter litteras ex antiquiore titulo relictas haec *domus mea sepulchrum*

1493

ulterius nihil est | morte neque utilius.

CIL. V 4654. AL. Burmanni IV 374, Meyeri 1153 Brixiae, periit. concludebat pentameter hunc titulum *h]aue Pudens: G. Minicius G. l. Crhestus Pudenti: ual(e).*

1494

Vos ego nunc moneo, | semper qui uiuitis | auare:
nudus natur(a) | fueras a matre | creatus,
nudus eris. | obitis gratia nulla | datur.

CIL. VI 14618 uidit Zangemeister, Gudi 317, 9. AL. Burmanni IV 49, Meyeri 1196 in coenobio S. Pauli uia Ostiensi. praescriptum *dis Man. P. Caulius Syntrophus hic situs est, uix. an. L sine crimine uitae* quod quasi incentiuum est carminis

1 num in *uiuitis* elisa est ultima? *qui uiuis* cum solitum metrum flagitat tum subsequens sententia 3 *nudus* Muratori 1654, 2 idque inuentum in tabula est: *nullus* Gudius. talia saepe disserit Seneca (ep. 102, 25 al.), addit Leo Porphyr. ad Marc. 33 γυμνὸς ἀποσταλεὶς γυμνητεύων καλέσει τὸν πέμψαντα *daturu/* lapidis in CIL. adumbratio, quasi continuatum carmen fuerit aut aliquid adiectum (*uale* sim.)

1495

Nihil sumus et fuimus | mortales. respice lector, |
in nihil ab nichilo quam | cito recidimus.

CIL. VI 26003 ex schedis Viscontii Romae ut uidetur. praescriptum *Scaterius Celer*, subscriptum *L. Scaterius Amethystus ex testamento fecit.* haec satis antiqua, quod discordat *nichilo* fortasse enatumst schedis

1 *despice* fertur, mutauit Henzen probabiliter, cf. VI 28116 *homo respice casus et ab aliena memoria recede, domus h. aeterna* 2 cf. interpr. Persi 3, 84 uel CIL. VI 29884 *de nil in nil, qui bidit boni nil, bixit an. II* eqs. legitimum in perfecto *reccidi*, tamen non modo Lucretius *reccidere ad nilum* sed etiam Ouidius met. X 18 *in quem recidimus quidquid mortale creamur*

1496

Olim non fuimus, | nati sumus unde | quieti:
nunc sumus | ut fuimus, | cura relicta uale.

CIL. IX 4840 uidit Bormann in Sabinis rep. nunc Pisauri. Epicurea (p. 309 Vs.) ista in latere cippi, in fronte haec leguntur *dis Manibus sacrum C. Tulli Epaphrae et Tulliae Sympherusae optumae coniugi.* carmini pone *uale* subscriptum *et tu*

1497

Vita bonum est et uita malum, mors neutrum habet ho[ru]m:

pe]rspice si sapias, [q]uid magis expedia[t.
set quia sunt Man[es], sit tibi terra leu[is.

CIL. VIII suppl. 11665, eph. epigr. V 1323 descr. Nachtigal Ammaedarae. sequitur *Tittia* (hoc nomen incertum) *Lucilla uix. ann. XIIII m. V ex quo tempore u*[*ix*] *ter senum mens*[*e*]*m in diem mortis suae cum marito egit: Fabius Exsuperan*(*tius*) *uxori innocenti piae fecit*

3 *ouia* fertur. idem pentameter aliis carminibus adiungebatur cf. 1328 s.

1498

Euasi effugi. Spes et Fortuna ualete,
nil mihi uouiscum est, ludificate alios.

CIL. VI 11743 descr. Michaelis aliique multi (annalis philol. Iahnianus a. 1844 p. 102) in museo Lateranensi in operculo sarcophagi. praescriptum est *d. M. s. L. Annius Octauius Valerianus* cf. Vmbrorum titulos 409, 8 et 434, 13 s. qui eandem sententiam eisdem prope uerbis enuntiant. poetae exemplo fuisse epigramma graecum AP. IX 49 (ἄδηλον) Ἐλπὶς καὶ σὺ Τύχη μέγα χαίρετε, τὸν λιμέν' εὗρον· οὐδὲν ἐμοὶ χὐμῖν, παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ adnotauit OIahnius in ephem. archaeol. Berolin. 1861 p. 145. rursus latinum istud usurpauit Eugenius (Rossi inscr. christ. Rom. II 267, 20) *gloria diuitiae fundi domus ampla ualete, olim uos, olim pondera uestra tuli: me praesens tumulus cognato caespite claudit, uos ite et dominos ludificate nouos*

recentem iudicauit falsisque inseruit Mommsenus CIL. X 198* et p. 76* inscriptionem musei Neapolitani quam plerique atque etiam Fiorellius uetustati adseruerant, in qua *Puluinie Valleie filiole dulcis* titulum hi uersus excipiunt AL. Burmanni IV 52, Meyeri 1199

decipimur uotis | *et tempore* | *fallimur et mors* |
deridet curas: | *anxia uita nihil*

quos 'sibi adoptauit Conradus Celtes in hodoeporico Salinario' ut Burmannus demonstrat: an finxit Celtes eiusque lusum adprobarunt Itali? Romae eam tabellam in domo Vallensi fuisse compertum est sub finem saec. XV

1499

Balnea uina Venus corrumpunt corpora | nostra,
set uitam faciunt b(alnea) u(ina) V(enus).

CIL. VI 15258 ex schedis, Gruter 615, 11 (contulit cum lapide Gudius), Or. 4816. AL. Burmanni III 86, Meyeri 934

Romae ad campum Florae. praecedit *d. M. Ti. Claudi Secundi: hic secum habet omnia* summoque fastigio inscriptum *u(ixit) an. LII*, sequitur *karo contubernal(i) fec. Merope Caes(aris) et sibi et suis p(osterisq.) e(orum)*. titulum Veronensem in quo idem distichon, reliqua diuersa habentur Mommsenus CIL. V 390* suo iure fictum iudicauit, cf. etiam CIL. VI 1649*. carmen Scaliger poetae recentiori adsignauit, sed uide AP. X 112 οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωὴ ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς Ἀίδην ibique adnotata ab Iacobsio Plutarchea

2 echo in lapide significatur litteris singularibus. hemistichium idem 1317, 3

1500

es bibe lude ueni.

dimidius hic pentameter titulo sepulcri Gaditani adiectus est CIL. II 1877, integellus in sepulcro Saborensi ibid. 1434 *nil fui, nil sum: et tu qui uiuis, es [bibe] lude ueni: h(ic) s(itus) e(st), s. t. l. l.* uide supra 935, 19 et quod Hense confert epigr. Kaibeli 1129 in Cordubensi CIL. II 2262 *tu qui stas et leges titulum meum, lude iocare ueni* uerba mixta ex senario (*tu qui resistis et legis titulum meum*) et elegiaco *lude iocare ueni*, in Lugdunensi Boissieu p. 493 *amice, lude iocare ueni*

1501

bis quater ad denos pertulit illu dies.

Renier inscr. Alg. 4074, CIL. VIII 2982 contulit Wilmanns Lambaese. praecedit *d. M. s. C. Terentio Cereali ueter. ex armorum custode leg(ionis)*, sequitur *C. Terentius Faustus et C. Terentius Saturninus fili patri pio bono merit(o) fecerunt curante C. Terentio Successo tutore suo* insana breuiloquentia. fortasse ad bis quater denos annos dies illum protulisse, uixisse ergo a. LXXX dicitur, uereor tamen ne filiorum repugnet aetas tutelaris. non legere me memini *pertulit illum dies* pro contraria structura *pertulit ille dies* aut *annos tot*

1502

casta pudica pudens coiuge cara suo.

CIL. IX 3543, IRN. 6057 Furfone Peltuinatium, periit, adhaesit uersiculus titulo huic *Liciniae P. f. Paullae parentes p(osuerunt): u(ixit) a. XVII.* 843 et 736, 3 et in titulo Clusino Fonteiae CIL. XI 2538 laudationis exordium *casta pudica sapiens uno contenta marito* conuertendi facultatem dant pentametri in hexametrum *conge* traditur pro *coiuge*

(Krascheninnikoff mus. rhen. 48 p. 634), uetus datiui forma correpta uocali

1503

ad matris casum filius indoluit.

CIL. XII 2301, Allmer inscr. de Vienne III 174, 502 fide Clauerii Cularone siue Gratianopoli lapidis fragmentum difficilis lectu 'unde haec tandem elicui' ut ait auctor

---

1504

A

Salue, sancte pater Priape rerum,
salue. da mihi floridam iuuentam,
da mihi ut pueris et ut puellis
fascino placeam bonis procaci
lusibusque frequentibus iocisque
dissipem curas animo nocentes
nec grauem timeam nimis senectam,
angar haud [miser]ae pauore mortis
quae ad domu[s] trahet inuida[s Auer]n[i,
fabulas manes ubi rex coercet,
unde fata negant redire quemquam.
salue, sancte pater Priape, sal[u]e.

B

Conuenite simul quot est[is om]nes,
quae sacrum colitis [ne]mus [pu]ellae,
quae sacras colitis a[q]uas puellae,
conuenite quot estis atque [be]llo
uoce dicite blandula [Pria]po:
salue, sancte pater Priape rerum.
in]guini oscula figite inde mille,
fasci]num bene olentibus [cor]onis
cing]ite illi iterumque dicite omnes:

salue, san]cte pater Priape rerum.
nam malos arcens homines [cr]uentos
ire per siluas dat ille uo[b]is
perque opaca silentia incruenta,
ille fontibus arcet et scelestos,
inprobo pede qui sacros liquores
transeunt faciuntque turbulentos
qui laua[n]tque manus nec ante multa
inuocant prece uos, deae pu[ellae.
'o Priape, faue, alme' dicite [omnes,
'salue, sancte pater Priape, [salue.'

C

O Priape potens ami[ce, salue,
seu cupis genitor uo[cari] et auctor
orbis aut physis ipsa Panque, salue.
namque concipitur tuo uigore
quod solum [repl]et, aethera atque pontum.
ergo salue, Priape, salue, sancte.
saeua [Iuppiter] ipse te uolente
ultro fulmina ponit atque [se]des
lucidas cupidus suas relin[quit.
te Venus bona, feruidus Cupido,
Gratia et ge[minae] colunt [sor]ores
atque laeti[tiae da]tor Lyaeus.
namque te si[ne n]ec Venus proba[tur,
Gratiae illepidae, Cupi[do, Ba]cchus.
o Priape potens amice, salue.
te uocant prece uirgi[nes pudi]cae,
zonulam ut soluas diu ligatam,
teque nupta uocat, sit ut mar[ito
neruus saepe rigens potensque sem[per.
salue, sancte pater Priape, s[alue.

CIL. XIV 3565 ex schedis Lami potissimum. AL. Burmanni V 219, Meyeri 1704 Tiburi in herma bene uasato sculpto e saxo Tiburtino. in fronte scriptum erat *genio numinis Pria[pi] potentis polle[nti]s [inui]cti Iul. Agathemerus Aug. lib. a cura amicorum somno monitus*, carmina uersuum duodecim in postica A et uicenum in utroque latere B et C. non antiquiora haec esse aeuo Antoniniano olim dixi (musei rhen. 18 p. 415) neque dum certius habeo, fuit qui Iulio nomine imp. Iulium Philippum monstrari putaret. uersiculi pro inlitterato homine satis boni (licentior 15) et Catulli studiosa lectio et Horatiani cuppedo glossematis suadent ut ab altero saeculo ne longius recedamus hendecasyllabi Phalaeciis Sapphici inmixti sunt 6 10 23. basis quod semper trochaica est, nam *ergo ultro* nec minus *salue* (cf. 38 31) secundam corripiunt, excepto paenultimo uersu in quo subtrahi tamen potuit *s* finalis, hic modus fortasse Priapo ob Priapeum metrum datus est (Ter. M. 2752 ss.)

dilapsas ex lapide syllabas restituerunt qui transcripsere primi

9 *domos* exemplar Bernense anni 1758 10 cf. Hor. carm. I 4, 16 11 Catulli 3, 12 13 cf. Cat. 42, 1 20 malo *et bonum* 23 *malos homines fugans* Bern. ('quod interpolatum uidetur' Burmannus) 24 *siluas* trisyllabum ex Horatio, 49 *soluas* ex Catullo, quae in scholis grammaticis inter se comparata esse conligas ex Prisciano p. 16 H.

35 *Priepo Pantheo* titulum dicarunt aediles coloniae Apuli in Dacia anno 235 (CIL. III 1139). Pan idem multis uisus est esse ac τὸ πᾶν uelut Cornuto qui ea ratione usus similiter cum Priapo Pana confundit cap. 27 43 cf. Hor. carm. IV 7, 5 44 *laetitiae Bacchus dator* V. Aen. I 734

45 datur *probata est* (*placebit* Burmannus) 49 cf. Cat. 2, 13

1505

CIL. XI 3862 in agro Capenati inuenta tabula quae Romae nuper penes Rossium erat, facta de uili marmore litteris parum bonis inscriptum habet totum e libro Priapeorum carmen 14 *huc huc quisquis es in dei salacis | deuerti* eqs., uersu 4 *adire noli* lapicida insculpsit male, 10 *fabilla*

Gori inscr. Etr. I 95, 45 quos Florentiae exscripsit Priapi uersus (AL. Burmanni V 218, Meyeri 1703) *quidnam, quid rapis o puella furax? ne ramos traheres, tibi haec ferebam. sed posthac caueas feras quid orto: obduxi licet arma, sum Priapus*, eos inexpertus Vallensium elegantiarum homo Italus finxit, neque antiquitus esse incisos Bormann confirmat qui uidit extantes etiamnum ibidem (CIL. VI fals. add. p. 251* ad n. 3*)

nugas alias ut *heic stans uertice montium supremo Pan* eqs. (AL. Burmanni V 216, Meyeri 1549) praetereo, praesertim cum ne his quidem editoribus fraudi fuerint

1506

Mulsum crustula, municeps, petenti
in sextam tibi di[u]identur hora[m:
de] te tardior au[t] piger quereri[s.

CIL. X 5844 uidit Mommsen, Henzen Or. 7083 Ferentini a latere monumenti quod Pacuuio Seuero constitutum est uiro summis honoribus municipalibus functo. hendecasyllabi ad dona data in dedicatione statuae uidentur pertinere

1 in titulo Ferentinati 5863 *mulsum et crust.* simulque *crust. mulsum* ad libram et heminam diuiduntur, *crustulum et mulsum* Henzen 6211 al., hinc *clustrum et mulsum* Curibus 2 qua hora prandium solebat praestari (cf. Mart. VIII 67, 1) 3 *quereri[* Mommsen, *quereris* ergo fuit, non *querere* *o tardus nimis et piger maritus* Mart. IX 40, 9

1507

No]n uendo ni[si] amantibus [c]oronas.

Revue epigr. du midi de la France 1890 p. 39 n. 827 (mihi misit Huelsen) Nemausi. insigne fuisse puellae coronariae putatur, celebris erat picta a Pausia Glycera amica quam stephaneplocon aut stephanopolin uocabant (Plinius XXXV 125)

1508

. . . . . .
et quae rara fides tori[s habetur,
multos cum caperet superba forma,
blando iuncta uiro pudica mansit.
qui nunc pro meritis bene adque caste
corpus, quod potuit negare flammae,
unguento et foleo rosisque plenum
ut numen colit anxius merentis.
parcas, oro, uiro, puella parcas,
ut possit tibi plurimos per annos

cum sertis dare iusta quae dicauit,
et semper uigilet lucerna nardo.

Henzen in Gerhardi ephemeride archaeol. 1858 p. 202* et CIL. VI 30099 ubi primus uersus accessit Romae marmor repertum uia Latina, carmen Statii Martialisque aetati suppar, *oro* trochaeum facit u. 8

1 *rara fides* Hor. c. I 35, 21 Mart. X 78, 2 *tori..* non certum, inferiora cernuntur segmina litterarum *p* aut *t*, *o*, *n* aut *tu*, denique hastula recta, cum uelis extundas *pot*[*est uocari* 2 nomen mulieris uirique alibi erat scriptum, *Superba* primo legebat Henzenus 6 de *folio* unguenti specie cf. Plinium XII 129 XIII 15 Mart. XI 18, 9 Iuu. 6, 465 AL. Riesi 910, 48 Henzen Or. 5037 supra 29, 8 quibus ex locis plurimos Henzenus congessit. *doleum lileum osteum* sim. damnantur in appendice Probi, *alii diserti dicunt aleum per e et doleum et palleum* Charisius p. 70 s.

1509

Hic est condita delicata Mus[a.

CIL. VI 22740 descr. Bruzza et Bormann reperta trans Tiberim tabula marmorea nunc Florentiae adseruatur. litteris bonis hendecasyllabum, incessu illum quidem tamquam delicatum languido, Henzenus agnouit qui non deesse nisi unam litteram adnotat. *Musa* nomen proprium sepultae

1510

. . . . .
fluxa aut syrmata Bacchici coturni,
hic Phoebus fuit, hic superbus Euhan.
plaude istis, populare uolgus, umbris,
si sum dignus adhuc fauor[e] uestro,
si post praemia rixulasq. [ues]tras
ut tiro ac rudis in quiete u[iua]m.

CIL. X 1948 descr. Mommsen et abscissa refecit, Henzen Or. 6187 Puteolis 'litteris magnis et accuratis aetatis non bonae'

1 praecessit tale *cum pallam cithara canens trahebat.* et nomen scaenici artificis desideratur. *fluidum syrma* Baccho Seneca adsignat Oed. 423 5 *rixula* nouum, *uidebis populi rixam* Petron. 45 6 *uiuo* prius edebatur IRN. 2913, sed de *m* aliquid Duhnius et Mommsenus in fine uiderunt reliquom

1511

O ciues l]egite hoc Remi et Qu[irini.
clarum] militiae decus, poéta
ortus nobi]litate Flauiórum
Faustinus] sapientia politu[s
in terra ci]nis hac [iacet sepultus.

CIL. III suppl. 7286 descr. Milchhoefer, CWachsmuth mus. rhen. 44 p. 320 Athenis in gymnasio Hadriani in marmore Pentelico. aeui fere Antonini

1 *Remo cum fratre Quirinus* V. Aen. I 292 2 cf. Mart. I 55, 2 *clarum militiae Fronto togaeque decus* 4 initio absumptum cognomen puto *Archippus, Aprullus*, simile. interim quod posui spatio explendo satis esse opinor. non placuit tale *Zenonis* neque *et prisca*

1512

Quam dulcis fuit ista, quam benigna,
quae cum uiueret, in sinu iacebat
somni conscia semper et cubilis.
o factum male, Myia, quod peristi.
latrares modo, si quis adcubaret
riualis dominae, licentiosa.
o factum male, Myia, quod peristi.
altum iam tenet insciam sepulcrum,
nec seuire potes nec insilire,
nec blandis mihi morsibus renides.

Huebner Hermae I p. 68 secundum imaginem quam EBarry delinearat in Aquitania inuentum marmor prope Augustam Ausciorum, litteras Renier incisas arbitratur saeculo II. canum epitaphia alia uide supra 1174 ss. de nomine a musca tralato cf. Luciani encom. musc. 12

3 *conscia lectuli lucerna* Mart. XIV 39 4 et 7 comprobatur hac imitatione emendata Catulliani uersus 3, 15 scriptura 9 i. saeuire 10 *fastidiosum renidens uel pro adnuens uel consentiens uel ridens* Placidus, cf. Cat. 39

1513

Hoc turba in tumulo mei parentes,

quorum pignus ego et superstes unus
has pro marmore diuitique templo
. . . . . .

CIL. VI 1609 descr. Henzen. AL. Burmanni IV 315, Meyeri 1406 in museo Vaticano tabula marmorea dirupta. praecedit *Q. Fabius Q. f. Quir. Felix proc(urator) Aug. sibi libertis posterisq. suis.* in u. 2 editorum culpa qui *et* omiserant (Mur. 899, 8 AL.) *ego* erat pro iambo sicut apud infimos poetas. *diuiti* 3 ablatiui exemplum metricum certumque Neuius de formis l. l. II p. 33 nullum praebuit, *diti* adscripsit e Lucretio. saeculi II uel III

1 *hoc sunt in* Burmannus, *hoc cubant* Meyerus. non adloquitur iste populi turbam (neque enim per se aptum id uerbum erat et clarius Martialis cum imperat *corripe, turba, moras* uel *ferrum, turba molesta, nega*) sed maiorum suorum multitudinem significat, sicut poetae *in solis tu mihi turba locis* et *nos duo turba sumus* post 3 deest *sedes exigui dedi sepulcri* aut amplius *paruas Manibus omnium dicaui sedes, ultimus ipse quas inirem*

1514

N]on te, qui properas uiator ire, |
tr]istes endecasyllabi tenebunt. |
quit credas homo tempori futur(o), |
p]aucis hic tibi casus indicabit. |
d]ulci pondere cum grauata | [m]ater
incluso utero decem k(alendas) |
ga]udebat pueri ededisse partus, |
uo]tis iamque pater deos rogabat
ut | [p]rimos pueri uideret annos,
mox cas|[t]ris iuuenem daret legendum,
for|[tu]na dum magna studet aemulare

CIL. IX 5401 uidit Mommsen, acta inst. arch. Rom. 1857 p. 74 prope Firmum Picenum. praecedit *L.] Marcio Frugi, Marciae L. f. Cypare.* subsequitur spatium non inscriptum duorumque geniorum facem inuersam tenentium effigies mala. litterae inertes in quibus *i* et *t*, *c* et *g* distingui fere nequeant. explerunt Mecchi et Thilo

6 perinde ualebat *quot kalendis* et *quot mensibus.* cf.

Sen. Phoen. 535 *decem mensum graues uteri labores*, Heinsius ad Ou. epist. 11, 46. ceterum *inclusos utero Danaos* V. Aen. II 258 7 *partus* pluralis per abusionem hic adhibetur, proprie apud ueteres *pecus partus edebat acerbos* sim. 11 *facta dum* si substituas, Sapphicus fiat hendecasyllabus (*Pindarum quisquis studet aemulari*). at opes filii magnas iste somniarat *aemulaueris* Appuleius, ζηλοτυπῶ *aemulo* gl. Cyr. cf. *imitare* supra 925 naufragatus in uersu ultimo scriptor animum despondit. quod omisit uerborum *spem Fatus subito diremit omnem*, id sculptura Mortis suppletum est. neque enim construendum censeo *hic casus, cum* i. hic infans tum mortuus cum eqs.

1515

Post septuagesimo numero tempus
postquae totidem transactos autumnos
tres nati tibi iam figimus probo parenti,
quod gratum tumulum uidetur esse.
mater kara nobis tibique nuper
ho[r]tatur fieri mor[t]is honorem.
iam uale pater nobis relictis,
iam te non T[ar]tara crudelem tene[bu]nt,
set Elysius campus occupauit,
und[e nu]nc [etia]m tibi reuerti
fas est ut [pi]o et probo pare[nt]i.

CIL. VIII suppl. 11597 ad ectypum, Cagnat explorations en Tunisie 3 p. 110 n. 199, IohSchmidt eph. epigr. V 266 et VIII 58 Ammaedarae. praescriptum *Iulio Gallonio*, subscriptum *h(ic) s(itus) e(st)*. hendecasyllabi barbari barbareque aucti (3 *tres nati tibi f. parenti*) aut curtati (7 *iam nobis genitor uale r.*) utriusque editoris exemplo satis constat de lectione neque iam opus est discrepantias enotari (6 *hortatu rei primores honorem* Schmidt olim)

4 parentheton *tumulum* 8 *crudele* a funere saepe transfertur in funerantes, raro in funeratos 10 *etiam* Schmidtius iterum examinato ectypo iam refutat, enotat quasi *inium*. an *in eum*? *iterum* dubitans Mommsenus

1516

Sanctis contiguus sacroque patri
uiuit sic meritis Apollinaris,

illustris titulis, potens honore.
rector militi(a)e forique iudex,
mundi inter tumidas quietus undas,
causarum moderans subinde motus
leges barbarico dedit furori,
discordantibus inter arma regnis
pacem consilio reduxit amplo.
haec inter tamen et philosophando
scripsit perpetuis habenda s(a)eclis.
et post talia dona Gratiarum
summi pontificis sedens cathedram
mundanos soboli refudit actus.
quisque hic cum lacrimis deum rogabis,
dextrum funde preces super sepulcrum:
nulli incognitus et legendus orbi
illic Sidonius tibi inuocetur.

Luetjohann praef. Sidonii Ap. p. VI e codice quondam Cluniacensi in quo praescriptum est *epithaphium Sidonii*, subscriptum *XII kl. Septembris Zenone imperatore* (anno circiter 479 cf. Mommsen ibid. p. XLIX), LeBlant inscr. christ. Gall. I n. 562   carmen euidenter exceptum ex sepulcro quod episcopus iste Aruernorum paterque eius in aliqua ecclesia tenuerunt, compositum ut Pagius declarauit paulo post mortem episcopi, nihil in metro habet cuius ueteres puduerit praeter *philósophando* 10 (Sidonius ipse in heroicis *philosopho*)

12 *scripsit uaria et grata opuscula* de Sidonio Gennadius 92   14 suboles Sidonii ipse quoque Apollinaris nominatus cum Victorio duce Italiam petiit et post uarios casus episcopus Aruernorum factus est senex (ind. Sid. p. 420)

1517

Ereptam uolucrem Cupido luget.
non est quod putat hic inesse lector,
sed uitam leget hic breuem puellae,
crescebat modo qu(a)e futura pulcra
multorumque amor, excidit et omen

CIL. IX 5922 a Ferrarino et Oliua carmen traditum esse docuit Mommsen, repertum dicitur Monticelli in Histria. AL. Burmanni IV 405, Meyeri 1460. Burmannus quae praescripsit ex alia inscriptione repetita sunt Anconitana *d. M. Labieno Renato Labiena Procula mater b. m.* recentioris poetae ioco uersus ut credam fictos, tam genus corruptelae facit quod chartarum, non lapidis memoriam prae se fert quam puella Cupidinis uolucris dicta (obuersatus est dicenti passer Catullianus 3, 1) et pro uiatore appellatus lector. auiculam mortuam fieri Burmannus statuit

1 *lucet* Ferrarinus 2 *putas* schedae Italicae Burmanni 3 *uitam - breuem* scripsi non ausus *fetum* ne falsario quidem imputare: *situm - breue* Ferr. *factum - breue* Oliua *fatum* schedae Burm. *sitam leget hic auem* Burmannus ipse 5 *amorum* Ferr. *et omen* omisit Oliua, *et omne* schedae Burm. habuere, conieci *excidit set omne.* at uide choliambum Mart. I 96, 14 *quaeris quis hic sit? excidit mihi nomen*

1518

Sum castae cinerum lapis puellae
custos. me relegens pius uiator,
huius cognita si tibi fuisset
uirtus, lacrimulis tuis rigares.

CIL. VI 40* inter falsas urbanas saeculi XV, auctores habemus Ferrarinum et Lilium. AL. Burmanni IV 120, Meyeri 1249 praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *Euodiae Cyparae ann. VI* (nam orthographiam obseruant Fabretti 64, 2 et Reinesius 855, 143, *ciparae* antiquiores, similiter in carmine *lachrymulis* Lilius) ‘uersus meliores sunt quam qui a Ferrarino excogitati esse uideantur’ CIL.

1519

Alfeno Fortunato |
uisus dicere somno |
Leiber pater bima|ter,
Iouis e fulmine | natus,
basis hanc no|uationem
genio | domus sacrandam. |
uotum deo dicaui

praef(ectus) | ipse castris.
ades ergo | cum Panisco
memor | hoc munere nostro |
natis sospite matre. |
facias uidere Romam |
dominis munere hono|re
mactum corona|tumque.

Renier inscr. Alg. 157 Henzen Or. 5716 CIL. VIII 2632, ectypon mundissimum habui a Froehnero commodatum Lambaesi in basi tum cum eruta est collocata inter duo conclauia eleganter pauimentata. litterae lucidae satis bonae, oblongae et sine macie gracilentae, ob angustias spatii haud raro complicitae ac semel inepte (*i p* in *dicaui praef.*) ionicos dimetros partim per anaclasin factos Ritschelius agnouit explicuitque prooem. Bonn. aest. 1855 (opusc. IV p. 311). *domini* 13 possunt M. Aurelius et Verus esse, huic aetati aut proxumae conueniunt prisca *Leiber* et *mactus* (magis auctus ut grammatici explicant) nouumque *nouatio* 1 hic uersus licentissime structus est nominis proprii causa, in 9 *ergo* quidem trochaeum facit sed in exitu pariter molossus apparet, denique postremi uersus clausula tarditatem primi aequiperat. *Alfeno* Renerius contestatusque lapidem Wilmannsius: *Alfenio* in ectypo reperio similiterque Froehnerus, nisi tamen *i* scalpro orta est bis ducto ad absoluendam *n*, sicut 5 *nouatiionem* chartacea effigies exhibet, *i* alteram alteri plane insidentem. parui id refert ad nomenclationem hominis, si quidem consul anni 2 Alfenus Varus idemque Alfenius uocatus est (Klein fast. p. 15), non parui ad carminis existimationem 3 *bimatus* lapis cum aberrassent scalptoris oculi ad *natus*, restituit *bimater* Henzenus. *bimater* Διθύραμβος ὁ Διόνυσος gl. Phil. *bimalcus* (pro *bimatus bimater*) *Liber pater* gl. Sangall. IV p. 212 G.
9 *Painiscos* cum Marsua saltans caelatus est in speculo antiquissimo eph. epigr. I 24 11 ades filiis simul seruans matrem 12 ss. cf. procuratoris Augg. preces supra 19

1520

ionicos numeros nescio an studuerit uelle effingere Cybeles sacerdos Corfiniensis CIL. IX 3146 *Acca L. f. Prima ministra matris magnae matrem refecit magnam et inaurauit et Attini comam inaurauit et Bellonam refecit*, certe probum uersiculum nullum finxit. nec uero pauci tituli breuia aut temptamina carminis aut imitamina exhibent.

uelut cum Glyconeis uersibus Pherecrateisue compositam inscriptionem nullam uiderim, Auxentius tamen u. c. in urbe Roma renouatum a se Dianae signum sic coepit memorare CIL. VI 124 quomodo Catullus Dianae hymnum cecinit: *um]brarum ac nemorum incolam, ferarum domitricem, Dianam deam uirginem* eqs.

1521

. . . . . .
Marcellus hic qui|escit
medica nobi|lis arte,
annis qui fe|re uixit
triginta et | duobus,
sed cum | cuncta parasset |
edendo placitu|rus,
tertium mu|neris ante
ualida | febre crematus |
diem defunctus obi|ít.

CIL. VIII 241 descr. Wilmanns, suppl. 11347 Sufetulae in prou. Byzacena. metrum ionicum refractum iambis leuiterque tractatum. aetate hic medicus inter Sidetam et Empiricum fere medius
3 *fere* bibreue 4 *triginta* ultima correpta facit hiatum, debuit *tr. atque d.* 7 ante diem tertium muneris quod editurus erat obiit. contra Wilm. 'placiturus tertium muneris (diem) i. per tres dies'. pronuntiandum *terzum*
8 alii *febre uri, torreri* dicebant, *febris depascitur artus* uel *depascent corpora febres* 9 dimeter iambicus licentiae priscae cum tertia syllaba longa sit et sexta dissoluta, nisi ionicum males sic scandere *zem défunctus obi(u)it*

1522

Borysthenes Alanus
Caesareus ueredus,
per aequor et paludes
et tumulos Etruscos
uolare quí solebat
Pannonicos in apros,

nec ullus insequentem
dente aper albicanti
ausus fuit nocere,
uel extimam saliua ,
sparsit ab ore caudam,
ut solet euenire:
sed integer iuuenta,
inuiolatus artus
die sua peremptus
hoc situs est in agro.

CIL. XII 1122, septem uersus primores tradidit Peirescius, cunctos ex 'ueteri scida' Pithoeus. AL. Burmanni IV 399, Meyeri 211, Riesi 903 fuere in marmore effosso Aptae in Gallia Narb. imp. Hadrianus Borystheni equo ad uenatus acceptissimo sepulcrum fecit titulumque inscripsit, Dio LXIX 10 Spartianus Hadr. 20. eiusdem imperatoris aliud carmen uenatorium graecum Thespiis repertum est (Kaibel epigr. 811). alternantur dimetri iambici et choriambici catalectici siue heptasyllabi Anacreontei et Archilochei, cf. quae de nouello poeta Terentianus M. prompsit 2525 ss. et Claudiani fesc. XII, hic meri iambi praeter *ausus* 9
4 apri Tusci saepe memorantur, fortasse in Etruriam Pannonicos transtulisse Hadrianum Mommsenus adnotauit
7 *nocere aliquem* structura primum ab Seneca adhibita, ab Hadriano inde perquam usitata (arch. lexicogr. lat. II p. 118) 10 *saliua* Scriuerius: *saliuam* traditur. contra Casaubonus 11 *caldam* coniecit hi uersus quia non seruant uices numerorum, 12 mihi quondam tamquam non suo loco incisus aut transcriptus uidebatur post 9 esse collocandus: sic paria uersuum etiam sensibus coagmentarentur. Riesius uersum 11 poni uoluit ante 10. fatebimur tamen 12 non potuisse melius inferri quam post fortuiti casus uel commenticii enuntiationem 10 s., metra autem cum alias singula tum a 9 ad 12 bina inter se potuisse commutari

1523

Apollonia quae uocitabar,
lapide hoc inclusa quiesco.
ipso mihi flore iuuentae
ruperunt fila sorores,

annos me post dece et octo
uetuerunt uisere lumen.
unum sortita maritum
seruaui, casta pudorem.
mater misera hoc monimentu
extruxit Olympias amens.
haec sunt. bene uiue, uiator.

CIL. IX 2272, iam pridem periit. AL. Burmanni IV 257, Meyeri 1359 Telesiae in Samnio. praescriptum *d. M. s*(*acrum*). paroemiaci sunt quales Hadriano Pioque imperantibus Annianus et Serenus, post Hosidius in Medea Ausonius Martianus Boethius carminibus adhibuere. binos fere coniungi uides ambitu orationis

1 *Apolonia* Burmannus. sic legitur in titulis *Apolonius Apolinaris*. eadem correptio etiam in graecis carminibus ualuit (in sepulcrali Attico Kaibeli 119, Romano 686) 4 cf. 443, 5 al. 5 *post* testes prope omnes, *uix* unus *decem* alii 10 *lugubris et amens* Ou. met. II 334

1524

Neptuni uertex regmen
sortiti mobile uentis
scultum, cui cerulea es[t frons
delfinis cincta duob[us.
[at tu succendere flammis,
sine quis nec foedera iungis]
nec mu]nus perficis ullum,
undas di]gnare, Cupido.

CIL. VII 2, inscr. Brit. christ. 31 cum imagine apud Durotriges Britanniae in uillae rusticae cubiculo (balneo potius uersiculos aptos dixeris) in pauimento tessellato quod Neptuni caput pedesque pueri supra mutilati, fortasse Cupidinis exhibet. circumscripta sunt binorum uersuum paria tria, unum deest, proxime abest a primis uersibus insigne christianum Χρ exeunti fere saeculo quarto titulum conuenire Huebnerus existimat qui heptametros discribens *Neptuni - uentis*, *Scultura cui cerulea est delfinis cincta duobus*, priorem uersum turbatum esse addito uertice cum debuerit scribi *Neptunus regmen sortitus*, alterum

suppleto nomine sic intellegi uoluit 'cui in sculptura barba caerulea delphinis cincta est'. in pauimento uersus conspiciuntur paroemiaci, quo in genere solet quidem pedem tertium ipse occupare anapaestus *Neptuni tempora regmen*, hic tamen quod illam quoque sedem semel intrauit spondeus, id non solum barbarie scriptoris sed etiam eruditorum exemplis qualia Hosidius (AL. Riesi 17) uersibus 43 et 295 edidit excusabitur. idem de metro iudicium Studemundus fecit Hermae 9 p. 503

1 magis in usu erat *regimen* 3 i. sculptum ut CIL. VII 37 *scultor* sculptor. errauit musiuarius siue neutri generis uocabulis antegressis deceptus siue quia caput cogitauit cum inscripsisset *uertex*. huic *sculptus* congruebat *frons* sententia me mouit ut adderem, comam Neptuno oculosque caeruleos ueteres adsignant, in titulo tot litterae non indicantur interceptae et numeros melius claudit *essent* 5 sententiam sumpsi ex aliis uersibus balneorum quales collecti sunt in AL. 377. ibi carmen 347 inscriptum est *de sigillo Cupidinis aquas fundentis*, proximum *de Neptuno in marmore calido* (*calidas* Riese) *aquas fundente*, cf. Regiani uersus ibid. 271 7 *munus* Huebner, idem 8 *ignare*. licuit etiam *flammarum gnare* Cupidinis aptare inuocationi

---

1525

A

A patre hic missus Libyae procon]sule bella
dum miscet Numidis, prosternitur imp]ius hostis.

B

Felicem gladium [tibi qui sacramque dicauit
Aproni effigiem, [miles bonus, o dea,] duxque
hic idem fuit, hic i[usto certamin]e u[i]ctor,
praetextae positae [causa pariterque re]sumptae,
septemuir puer, han[c, genitor quam rite r]ogarat,
Caesar quam dedera[t, uestem tibi, sancta, rel]iquit.

C

Diuor[um . . . . . .
mut[ua . . . .
filius Aproni maio[r quam nomine factis,

Gaetulas gentes q[uod dedit ipse fugae,
effigiem cari genitor[is, diua, locauit,
Aeneadum alma paren[s, praemia iusta tibi,
armaque quae gessit: scuto [per uolnera fracto
quanta patet uirtus, ens[is ab hoste rubet
caedibus attritus, consummatque [hasta tropaeum,
qua cecidit fos[s]u[s] barbar[us ora ferox.

Quo nihil est utrique magis uener[abile signum,
hoc tibi sacrarunt filius atqu[e pater:
Caesaris effigiem posuit p[ar cura duorum,
certauit pietas, su[mma in utroque fuit.

CIL. X 7257, Muratori 762, 3 ex Gualterio partem male tradidit, partem nuper inuentam (A et principia ex B) accepi a Mommseno descriptam. AL. Burmanni IV 28, Meyeri 1463

in Eryce monte Siciliae reperta tabella, litterae minutae et male factae *missu patris* L. Aproni procos. Africae *Apronius Caesianus prosperam aduersum Numidas pugnam facit* a. Chr. 20 (Tacitus ann. III 21), idem Caligulae fuit in consulatu conlega a. 39. praescripta maximis litteris haec cognoscuntur *L. Apronius L. f. Caesianu*]*s VII uir e*[*pulonu*]*m* ... [*Vene*]*ri Erucinae* [*d.*] *d.* dextra ab A parte scripti sunt sex quos subieci uersus B, porro dextra a B et titulo uotiuo quasi marginantes tabellam elegi quos extremos feci C, laeuam monumenti partem quae tota periit parilia exhibuisse carmina consentaneum est. subscriptum sub B apparuit *L. Apronio* ... [*curante?*

A uerba scilicet mutabis arbitrio *patris ubi missu dux te, dea, prae*]*sule bella* [*prospera pugnauit, cecidit Maurus*]*ius hostis*

B 2 sic Leo conl. Tibullo I 1, 75 al. *natus belli duce* ego suppleram 3 in exitu *luctor* Gualterius, unde conieci quod supra legitur aut tale [*facti memorabilis a*]*uctor* 4 praetextam posuit ut puer, recepit in honore ut septemuir 5 *.ocarat* traditur aut *.ogarat* 6 sententiam aliquam expressi, ultimum quod fertur *.icui* quomodo emendandum sit haesites, *dicauit?*

C 1 diuorum nutu perpetrasse Apronius tam egregia facinora dictus erat, 2 fortasse mutua a patre accepisse auspicia imperiumue 3 *cui corpore uirtus, quam aetate uigore*, similia adice 7 *scuto c..* unus auctor (*parsque fere*

scuti uolnere nulla uacat Ou. ex P. IV 7, 38) 10 *posui* (aut *posuit*) Gualterius, ..*ni*.. sim. ceteri auctores. *fossus* feci, sed potuit nomen ducis barbari esse quale Mommsenus proposuit *Bocut* (sic enim Bogudis regis nomen nummi efferunt) 11 epigramma nouum, nullo tamen si fides est testibus separatum interstitio 13 *posuit pe*.. Gualt. ambo duces Caesarem uenerati sunt certantes uter pientior foret, fuit autem uterque pientissimus

1526

A

Aequora conclusit campi diuisque dicauit
et templum statuit tibi, Delia uirgo triformis,
Tullius e Libya rector legionis Hiberae,
ut quiret uolucris capreas, ut figere ceruos,
saetigeros ut apros, ut equorum siluicolentum
progeniem, ut cursu certare, ut disice ferri,
et pedes arma gerens et equo iaculator Hibero.

B

Dentes aprorum, quos cecidit, Maximus
dicat Dianae, pulchrum uirtutis decus.

C

Ceruom altifrontum cornua
dicat Dianae Tullius,
quos uicit in parami aequore
uectus feroci sonipede.

D

Donat hac pelli, D[iana,
Tullius te Maxim[us
rector Aeneadum, [gemella
legio quis est se[ptima,
ipse quam detrax[it apro
laude opima p[raeditus.

CIL. II 2660 contulit Huebner Legione Callaeciae rep. ara marmorea inscripta litteris pulcerrimis, in fronte sub lunae et astrorum sigillis titulus hic est *Dianae sacrum*

Q. Tullius Maximus leg(atus) Aug. leg(ionis) VII gem. felicis, post tergum A, in lateribus dextro B sinistro C (cf. Verg. ecl. 7, 29 *saetosi caput hoc apri tibi, Delia, paruos et ramosa Micon uiuacis cornua cerui*), in tabella marmorea D. aetatis fere Hadrianae

A 2 montium dea *triformis* Hor. c. III 22, 4 5 compositum pro usitato illo *siluicola* tam singulare quam Catulli *cerua siluicultrix* 6 *disice* ignotum uocabulum Huebnerus ad curriculi uehiculique genus rettulit, Mommsenus ad equum celdonis uel asturconis similem, *ferri* igitur uterque ad ferendum. mihi opponi inter se uidentur *cursu* et *disice ferri*, illud pediti et equiti, hoc arma gerenti et iaculatori accommodatum. *disicem* cur latinum fuisse negemus non uideo, utpote a disiciendo non minus recte deductum quam *obicem* ab obiciendo uel *subices*, proprie ut significaretur τὸ διαιρετικόν. disicimus rem machaera (Plautus) securi (Vergilius) telo (Silius) fere omni armorum genere, ideoque hoc Tullium nomen adhibuisse puto quod et in peditis sparos ac uenabula et in iaculationem equestrem quadraret. clausula similis Vergilianae *obice saxi*

B trimetri duo, alter romana licentia infectus

C dimetri iambici quattuor 1 *altifrons* singulare, cf. Homeri ὑψίκερων ἔλαφον 3 *aequora campi* supra dixerat A 1 secutus Ennium et ceteros. comparauit Huebnerus nomen quo Hispani hodie quoque incultos campos designant *páramo* uetusque oppidi Vardulorum uocabulum *Segontia Paramica*, addidit Georges Honorii cosmogr. p. 36 B 4 R. 4 *sonipes - ferox* V. Aen. IV 135

D tetrametri trochaici tres in sex cola discripti cf. 235 s. 1 *pelli* ablatiuum Lucretio VI 1270 reddidit Lachmannus et antiqui agnorunt grammatici (Charisius p. 43, 14) 3 *gemella* Fita quod legioni nomen pro gemina Caesar posuit b. c. III 4, *uocamen* Hauptius supplebat 5 *urso* Huebnerus, quae si ibi fuisset uenatio, hos in hexametris aequius erat quam apros et equiferos commemorari

1527

A

Moenia qui Risinni Aeacia, qui colis arcem
  Delmatiae, nostri publice Lar populi,
sancte Medaure domi et sancte hic, nam templa quoq. ista
  uise, precor, parua magnus in effigia,
succussus laeua sonipes qui surgit in auras,
  altera dum letum librat ab aure manus.

talem te consul iam designatus in ista
sede locat uenerans ille tuus ◡◡–
notus Gradíuo belli uetus ac tibi, Caesar
Marce, in primori clarus ubíque acie.

B

Adepto consulatu –◡–◡–
tibi respirantem faciem patrií numinis,
hastam eminus quae iaculat refreno ex equo,
tuus, Medaure, dedicat Medaurius.

Renier inscr. Alg. 36 (Henzen Or. p. 501, CIL. VIII 2581 'periisse uidetur') Lambaesi in templo Aesculapii. patrio deo oriundus e Dalmatia legatus cuius in A 8 et B 1 nomina (*Proculus Iulius* sim.) post abrasa sunt statuam equestrem consul designatus posuit, consul dedicauit intra annos 166 (CIL. VIII 4208) et 180 (*Caesar Marce*)

A 1 *Rhizinium* ut Graeci dixit Plinius III 144. *Aeacia* cur uocentur nescimus nisi eadem causa qua finitimae terrae reges Aeacidae uocati sunt, mireris autem productam alteram quasi primitiuum nomen Aeax fuerit, medium inter Aeacum et Aiacem (flumen Illyricum Aeas etiam a latinis scriptoribus appellatur) 3 cf. CIL. VIII 2642 *Medauro Aug. sacrum.* ita dictus deus est quasi μέδων 3 *et* Mommsen ephem. archaeol. Berolin. 1857 p. 62*, *e* descriptum est (nempe colligatae *e* et *t* fuere). *es* Renier 4 *effigia* item Afranius (Nonius p. 493), *effigiae effigias* Lucretius 5 *qui* cui. hic quae describitur imaginem in permultis hominum monumentis conspicimus equestri militia functorum 6 *telum librabat ab aure* Vergilius Aen. IX 417 unde *telum* restituendum olim putabam, cum praesertim in iambis legerem *hastam eminus quae iaculat.* sed Lucanus ac posteriores poetae saepe pro telis mortes usurpant 9 *bellandi uetus* Silius VI 616, *uetus armorum* XVII 293, *gnaros belli ueteresque laborum* IV 530. idem XII 221 *nec notior alter Gradiuo iuuenis* 10 *primore parus* Renerii exemplar unum, *primo.....us* alterum. *primori partus* Renier edidit recordatus opinor Tacitea *uetus expertusque belli*, *clarus* Mommsen proposuit, *postus* RSchoell

B 3 *iaculat* non legitur nisi apud infumos (*iaculatus* quidem passiuum apud Lucanum), *refrenus* nusquam alias

1528

A

Lucri repertor atque sermonis dator |
infas palaestram protulit Cyllenius. |

B

Interpres diuum, caeli terraeq. | meator, |
sermonem docui mortales atq. | palaestram. |

Caelorum incola toti]usque terrae, |
sermonis dator atq. somniorum, |
Iouis nuntius et precum minister.

CIL. VI 520 contulit Henzen, Or. 1417, Kaibel inscr. gr. Sic. 978 in uilla Albania in herma, A sub capite positi latini trimetri inter Ἑρμῆς titulum et graecos uersus iambicos dactylicosque quinque satis euanidos, in quibus Ἄρτις (Ἄττις corr. Kaibel epigr. 816) τὸν Ἑρμῆν εἵσαθ', Ἑρμῆς δ' Ἀττίωι rogatur ut sospitet gentem amicitiasque ac seruet δῶμα τόδ' Ἀττιαδῶν, B in latere sinistro hexametri duo neque ullo spatio distantes hendecasyllabi tres. eorum ultumus iambicam habet basin quam poetae Augusti temporibus insuerant uitare, haec tamen ne uidisse Atti puerum credamus cum alia dissuadent tum *meator*

A 2 i. infans (CIL. X p. 1175). alias lyram protulisse infans perhibetur Mercurius

B 1 *interpres diuom* Cyllenius Verg. A. IV 356
3 nihil in lapide nisi *i...i...usque terrae* restat, *totiusque* Fea inuenit. fortasse uerbum additum erat hoc modo *caeli sum medius deusque t.*

1529

A

Nobilis in causis forma celsusq. Sabinus
hic pater inuicti mystica uictor habet.
sermo duos . . . . . . reseruans
consimiles aufert . . . .
et ueneranda mouet Cibeles triodeia signa:
augentur meritis simbola tauroboli.

B

Antiqua generose domo, cui regia Vestae

pontifici felix sacrato militat igne,
idem augur, triplicis cultor uenerande Dianae
Persidiciq. Mithrae antistes Babilonie templi
tauroboliq. simul magni dux mistice sacri.

CIL. VI 511 ex schedis quarum culpa totiens *i* pro *y* inuasisse putes, Orelli 2353. AL. Burmanni I 55 s., Meyeri 604 Romae in ara magna mutilata quae arietes mactatos ostendebat taurumque et Mithriaca. praescriptum elegiacis *m(atri) d. m(agnae) Idaeae et Attidi menoturano s.*, tum heroicis *Ruf. Caeoni(us) Cae. Sabini f. u(ir) c(larissimus) p(ontifex) m(aior) hierof(anta) d(eae) Hecat(ae) aug(ur) pub. p(opuli) R. Q. pater sacror. inuict(i) Methrae tauroboliatus m. d. m. Id. et Attidis minoturani, et aram IIII id. Mart. Gratiano V et Merobaude consulibus dedicabit.* Gratianus quartum (ita correxit Ligorius) et Merobaudes consules fuere a. 377

A 1 *fama* Ligorius in exemplari altero 2 *inuicti* dei Solis siue Mithrae cuius sacerdotes summos constat *patres* esse uocatos. *uictor* argute opponitur inuicti mysticis, si autem etiam agnomen Sabino fuit (cf. supra 265), eo argutius 3 *reseruat* Ligorius praeterea, fortasse uerius medio uersu *claris* et extremo *uatis* Pighius exscripsit
5 τριόδειος τριοδήιος alibi non legi uidetur. Hecates signa dicuntur cum matris magnae sacris tunc saepe coniuncta

B 1 *generose domo* V. Aen. X 141. deinceps *pontifex Vestalis maior* (CIL. VI 503) circumscribitur 4 *Persidicus* a Perside noue dictus pro Persico

1530

A

Festus Musoni suboles prolesque Auieni,
unde tui latices traxerunt, Caesia, nomen,
Nortia, te ueneror lare cretus Vulsiniensi,
Romam habitans, gemino proconsulis auctus honor[e,
carmina multa serens, uitam insons, integer aeuum,
coniugio laetus Placidae numeroq. frequenti
natorum exsultans. uiuax sit spiritus ollis,
cetera composita fatorum lege trahentur.

B

Ibis in optatas sedes, nam Iuppiter aethram

pandit, Feste, tibi candidus, ut uenias,
iamq. uenis: tendit dextras chorus inde deorum,
et toto tibi iam plauditur ecce polo.

CIL. VI 537 descr. Henzen, Fabretti 742, 507. AL. Burmanni I 79, Meyeri 278 in museo Vaticano tabula marmorea. praescripta A habet *R(ufius) Festus u(ir) c(larissimus) de se ad deam Norti[am*, B *sancto patri filius Placidus.* de Festo Auieno poeta copiosius disseruere editores Wernsdorfius poet. lat. min. V p. 625 et Holderus encyclop. antiq. Stuttg. I² p. 2149, Mommsenus in CIL. cum Rufi Festi breuiarium rerum romanarum ad imp. Valentem missum non uetet tribui huic homini qui A composuit, addubitat utrum hic poeta sit idem et interpres Arati an huius pater, quoniam et in hoc titulo et in graeco CIG. 372 τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον τῆς Ἑλλάδος Ῥούφιον Φῆστον nomen primarium Auieni praetermissum sit. Aratum Hieronymus anno 387 nuper dixit ab Auieno in latinum sermonem translatum

A 1 Musoni Rufi philosophi quondam celeberrimi Volsiniensis ex Etruria 2 uersus obscurissimus. *unde* uidetur pertinere ad Auienum patrem. aqua Caesia ignota est, neque enim ullo iure Wernsdorfius Sarsinatem Vmbriae nympham intellexit cui Caesius Sabinus amicus Martialis (IX 58 et VII 97) templum dederat, peruersius etiam in epigrammate AL. 120 Riesi quo Filocalus conditor lauacri denotatur Festi Auieni nomen esse expressum opinatus est. cf. 266 3 *lari* Henzenus transcripsit ex lapide. *Volsiniis in templo Nortiae Etruscae deae* Liu. VII 3 schol. Iuu. 10, 75 Tert. apol. 24 4 Festus proconsul Africae a. 366 et 367 alius fuit ac poeta, Achaiae proconsulatu hunc functum esse ex graeco titulo apparet supra memorato 5 *carmina* Auieni extant Aratus orbis descriptio ora maritima, periere Vergilius et Liuius iambis scripti 7 *ollis* more Lucreti qui datiuum plur. in fine uersus sic effert constanter, Auienus quoque frequentat (Holder ed. ind. p. 246)

B 1 recordatum filium esse Funccius animaduertit quae in principio Arati pater scripsisset u. 2 *reserat dux Iuppiter aethram* et 4 *Iouis imperio mortalibus aethera pando*

1531

A

Litorea praessus scruposae margine r[up]is
inriguus gelido defluit amne latex,

cuius perspicuo per leui[a s]ax[a mea]tu
praedulcis salsam per[luit unda Teth]yn,
indigenis gratus, preterlabentibu[s almus:
i[n]cola delicias, aduena laudat [opes.
sa[l]ue Nymfa meos dignata inu[iser]e finis
et celebrem cunctis conciliare locum:
nostra salutifero tu mactas pred[ia fo]nte,
Licinianus ego carmine te dom[i]nus.

B

Diuersum sortita capis finemq[ue caputq]ue
Nymfa, caput cautes, term[inus unda] tibi est.
quis queat arcanum sap[iens pernosce]re fontis?
nasceris e scopulis, fo[ns, moriture freti]s.
hoc Pelagia suos fontes epig[r]ammate donat,
magne, tui pignus, Lic[inian]e, [tori.

CIL. III 1894 contulit Mommsen coepitque redintegrare, suppl. 8471   prope Zivogostje in ora Dalmatica ad ipsum litus, ubi fontem aquae dulcis tribus a mari passibus etiamnum scaturrientem Mommsenus uidit, in ima rupe. litterae quales in palimpsestis codicibus solent esse orbiculatae et olim miniatae. uersibus A 1 10 B 6 crucis signa adposita, eadem interiecta numero tria inter A et B. prius carmen uersuum numero Liciniani nominis litteras aequiperat uidenturque primi uersus ad modum acrostichidos incepti. de Liciniano et Pelagia non constat, imperatorem Licinianum perperam editores indigenae intellexerant, Mommsenus ex Sidonio adfert Licinianum quaestorem pacis causa ad Gothos missum anno 474, ex nouella Valentiniani III a. 446 Pelagiam feminam inlustrem, quacum Bonifatii uxorem contendere licebit relictam Aetio (Marc. com. a. 432). his temporibus cum scripturae uitia tum mensurae (*Licinianus* prima, *ego* altera, *Pelagia* tertia producta) conueniunt

A 1 extremum Fortis excepit *r . . is*, Mommsen *p . . as*, hic fecit *scruposa e margine praegnas*   3 *leui..axi..e. tu* traditur   4 extremum nomen Mommsenus suppleuit recte opinor, confudit ergo scriptor sicut librarii plerique marina numina, *Tethin* et *Tethyn* syllabarum discrimine neglecto. *salsam Tethin* Hauptius memorauit dictam ab Auieno in ora marit. 526   5 fin. *aeque*, 6 *item* Hauptius proposuit

nimis pro facundia poetae tenuia 8 eam uolt loco gratiam conciliari ut celebretur ab omnibus. *isalchlire* pro *conciliare* enotauit Bulič qui a Mommseno lecta multa iam legere nequiit

B 4 potest etiam *fons pelagoque peris*

1532

Cara mieis uixi, uirgo uitam reddidi.
mortua heic ego sum et sum cinis, is cinis terrast,
sein est terra dea, ego sum dea, mortua non sum.
rogo te, hospes, noli ossa mea uiolare.

Gatti bull. arch. comunale 1887 p. 150, Notizie d. scavi 1887 p. 180 Romae inter circum Flaminium et fluuium ruderata tabula marmorea digestos uersus habet modo isto, subscriptum *Mus uixit annos XIII*

1 senarius priore quidem parte congruens cum hexametro 1036, 1 2 s. hexametri translati ex Epicharmeo epigrammate de quo disputarunt Hauptius op. II p. 190 et Bergkius PLG. II p. 239: εἰμὶ νεκρός, νεκρὸς δὲ κόπρος, γῆ δ' ἡ κόπρος ἐστίν· εἰ δέ τε γῆ νεκρός (θεός Bergkius quam coniecturam translatio haec sustentat) ἔστ', οὐ νεκρὸς ἀλλὰ θεός. uide supra 974. qui primus transtulit, nescio an *mortuos heic* fecerit ac deinde *sum deus, mortuos non sum* detracta *s* postrema ut in *cinis* 4 cf. quae rettuli in Saturniorum numero 16

1533

Si non molestum est, hospes, consiste et lege.
nauibus uéliuolís magnum mare saepe cucurri,
accessi terras conplures, terminus hicc est
quem mihi nascenti quondam Parcae cecinere.
híc meas déposui cúras omnésque labores,
sidera non timeo híc nec nimbos nec mare saeuom,
nec metuo sumptus ní quaestum uincere possit.
alma Fides, tibi ago grates, sanctissuma díua,
fortuna infráctá ter me fessum recreástí,
tú digna es quám mortales optent sibi cúnctí.
hospes uíue uale, in sumptum superet tibi semper,
qua nón spréuisti hunc lapidem dignumq. dicastí

Henzen in actis inst. arch. Rom. 1872 p. 30 ad ectypum, CIL. IX 60 recognouit Kaibel Brundisii. scriptura exeunti primo aut ineunti alteri saeculo adsignatur, saepe *i* longa et apicis nota nec umquam falso adhibita, accurata distinctio, cetera omnia tempus produnt propius ab Augusto 1 senarius (cf. 118) ab hexametris nullo modo distinctus 2 Enniani hexametri ann. 381 V. principium, qua re neglecta *s* finalis excusatur 3 *Mezentius hicc est* et *hocc erat alma parens* per duplicem *c* in Vergilio grammatici scribebant quidam, in his Velius Longus, scriptaque in antiquissimis codicibus inuenerat Priscianus (Ribbeck prol. Verg. p. 214 et 425) 4 *cecinere P. carmina* Catull. 64, 383, *legem* Ou. tr. V 3, 25 8 Ennianum etiam *alma Fides*, mercator ter inclinatis rebus creditorum fide seruatus erat 11 *superare* et *superesse* proprium in rationibus lucri uocabulum quantopere increbruerit ex impersonali hac locutione conicias, nam *insumptum* (ita lapis) est ad sumptum, cf. Hor. s. II 2, 102 12 *qua* hic eam uim habet quam *si* aut *quatinus* coniunctio causalis (GLK. VII p. 100, 9). deinde *dignumq. dicasti* quamquam sententia probe intellegitur, uerba tamen uix satis faciunt, cumque mortui etiam nomen desit, lapidis bifariam diuisi ne nunc quidem omnes particulas repertas esse suspicor

1534

A

Coniugis amissae lacrumas satis esse putaui
me fudisse meae uimque tulisse deum,
et tuleram grauiter. sed nunc et so[lus] et orbus
amissis natis maxima damna fleo
et testor superos, patr[i] qu[a]e ponere nati
debuerant, natis ponere dona patrem.

B

Florente aetate depressere ueneficae,
mensesq. quinq. et annum cum aegrotauerit,
abreptam aetate in inferi Ditis specus.
hunc titulum posuit Faustus libertae suae.

CIL. III 2197 tradidit Paulovich Salonis Tragurium delatus titulus sinistra elegiacos dextra iambicos uersus exhibet. elegis praescriptum *M. Attius M. l. Faustus u(iuos) f(ecit) sibi et Attiae M. l. Secundae coniugi sanc. et*

M. Attio M. f. Crispo et M. Attio M. f. Secundo, senariis *Attia M. l. Ampliata annor. XXIII h(ic) s(ita) e(st)*

A 3 *so..liorbus* transcriptum est ex lapide, 5 *patremque*

B 1 *ueneficae* ad parem ac *beneficae* mensuram uersus ictu redactum uidetur 2 *que - et* inter se respondere arbitror 3 *abreptam aetate* lapis. *abrepta* Hauptius, *morte* Mommsenus *aetate* repetitum uideri ex primo senario adnotans. at cum grauitate repetitum opinor, nulla quadratarii aut exceptoris culpa, ne hoc quidem *aetati* ut corrigamus necesse est

1535

A

Complentem menses sextae per cornua lunae
morte datum tumulo plurima flete Pium.
pro scelus infandum detestandumq. legentí,
morte quod heu rapitur paruulus iste puer,
qui, mirum dictu, posset iam nosse parentís
quíq. Dionigena pulchrior usq. fuit.
set non hic Manís nec templa Acherusia uísit,
ad caeli quoniam tollitur iste Pius.

B

Aurae etulere paruolum [superae Pium,
accessit astris, T[artari fugit domos.
Pia m[ater ossa condit hic nati Pii.

CIL. VI 10764 descr. Tomassetti Romae rep. in foro Traiano. praescriptum *P. Aelius Pius hic situs est.* aliquid spatii interiectum est inter A et B

A 1 *c. lunae* (*Phoebes*) clausula Ouidi Lucani Martialis al. 6 i. Amore nato Dionae, uocabulum nouum 7 *achirusa uisí* traditur 8 i. ad caeli templa. anceps *pius*

B 1 scriptum hoc est pro *extulere,* nisi *e* ex proximo uerbo male adhaesit 2 expleuit Henzen 3 uersus litteris incisus maiusculis pariter ac praescriptio, itaque dubium maxime est num pars fuerit carminis et trimeter

1536

Hunc titulum posuit tibi fidus amicus:
ultuma | quae potui debita persolui. |
noli dolere, mater: faciundum fuit.

properauit | aetas, uoluit hoc astrum meum.
uale et priores | aetate te tollant hunc luctum tibi.

CIL. III 2722, suppl. 9729 contulere Mommsen et Hirschfeld Delminii repertum. praecedunt cum protome pueri haec *C. Laberius F*|...*es ann. VII* | *h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*)

1 distichon ex antiquiore exemplo aeque transcriptum esse ac senarios et *persolui* quadrisyllabum probat et omissum in 1 nomen quod pedem unum impleuerat uelut *hunc Proculus titulum.* Properti III 20, 9 *sit tibi fidus a.* comparat Hense 3 cf. 145 ss. *non dolere* editum est 5 *aetate te* Momms. bene (solentur matrem qui ante fuerunt suis exemplis), ...*n.te* Hirschf. omiserat haec Kalina carmenque ita recorrexit

1537

A

Tu qui tendis iter properatim, siste parumper,
si graue non | animost, fataque acerba lege.
ter senos aetas mea cum | processit in annos
et me specie florentem mei uidere sodales, |
preuenere diem meae crudelia Fata
et raptam inferna | me posuere ratem.
hoc lecto elogio iuenes miserete iacentis, |
et dic discedens: sit tibi terra leuis.

B

Dolere mater noli, | faciundum hoc fuit.
properauit aetas, uoluit hoc Fatus meus.

CIL. VI 25703, Muratori 2062, 5. AL. Burmanni IV 271, Meyeri 1371 Romae fuit penes Ficoronium, Placentiam asportatum periit. praescriptum *Sabidia Ɔ. l. Fusca u*(*ixit*) *a. XIIX*, subscriptum *L. Faenius Malcio p*(*ater*) *Faenia L. Ɔ. l. Hilara ma*(*ter*) *P. Sabidius Fortun. f*(*rater*)

1 *tendes* traditur 2 *laege* Mur. 4 *et me florentem specie uidere* Burmannus emendauit post *sodales* quasi tituli uerba interserta feruntur *fratrem flentem ex parte altera dolere mater - fatus meus* quae cum ex altera parte lapidis excepta et huc temere traiecta esse liqueat, sub B conlocaui 5 *praeuenere* Mur. *uitae* probabiliter coniecit Burm. 6 *in ferna* diuisum lapis habuit *mei*

traditur *rate* recte Burm. 7 *iuuenis misereto* coni. Schrader, uide 1212, 13
B cf. 145 ss.

1538

Bene adquiescas, frater Aucte Tullí,
sei quicquam sapiunt inferí.
te, lapis, optestor, leuiter super ossa resídas,
ní nostro doleat condita ab officio.
dolere nóli frater, faciundum fuit.
properáuit aetas, uoluit hoc Fátus meus.
uíxit annos XII.

CIL. VI 27728 descr. Brunn Romae in tabula marmorea
1 paene senarius (*Tullii*). cf. supra 179 et 180, in monumento Rosciae Secundae CIL. VI 25489 *siquod sapiunt inferi, haue: ualete superi* 3 s. cf. 1474 ubi est *conditus o.*, hic *condita* ossa 5 s. cf. 145 ss.

1539

Tu qui praeteriens spectas | monimentum meum,
aspice | quam indigne sit data uita | mea.
annorum septem uixi | dulcissima patri,
octauo | ingredies animam deposuí | meam.
noli doleri, mater, aetati | meae.
Fatus quod uoluit abstulit. |
te, lapis, obtestor, leuiter super | ossa quiescas,
ne tenerae aetati | tu grauis esse uelis.

CIL. V suppl. ital. 1305 descr. Fabretti ad ectypum Segusione (Susae). praescriptum *diis Manibus Claudiae Prote.* mixti senarii 1 4 5 elegiacis uersibus
1 supra 125 4 i. octauom ingrediens 5 supra 145 ss., quaternarius successit in locum secundi senarii, ad 148 adnotatum habes *quis non doluit etati tuae?* addo CIL. VIII 5001 *scriptor casui dole* 7 cf. 1471 ss.

1540

Tu qui stas et spectas | mortem monimenti | meí,
aspice quam ind[i]|gné sit data mihi.

uixi | annis VI, in VII escen|dens animam deposui | meam.
noli dolere ma|ter, Fatus hoc noluit me[us. |
te, lapis, obtestor ne pu|ellae tenerae grauis esse | uelis.

CIL. VI 28523 descripsere Henzen et mea gratia Ihm prostantem in lapidario Vaticano titulum nunc incipientem a *mo]rtem.* prima carminis uerba Viscontii schedae suppeditarunt, praepositum etiam puellae nomen *d. M. Venustae.* pone *uelis* subiectum *Vlpia Iréne et Dorotheus fecerunt* (*Vlpia* Ihm, *Vitia* Henzen)

1 senarius quondam aut herous (*stas nostri et spectas*) iam dissolutus 2 pentametro deest *d. uita m.*, uerbis mors indigna exprimitur 3 senarius *in sextum escendens,* 4 senariorum particulae, cf. 149 5 pentameter demptis his *puellae tenerae,* cf. 1471 ss.

1541

Tu qui praeteries spectas mortis monumentum meum,
aspice quam misere sit data uita mihi.
annorum VIIII uixi dulcissima parentibus meis,
in (decimum) ascendens anima deposui meam.
hoc tantum testor te, lapis, ossa requiescas,
ne te uelis esse graues.

CIL. VI 30118 (Gruter 717, 9) e Mazochio ante portam Flaminiam in uineis repertum, praescriptum *d. M.*, uersus quomodo in lapide distributi fuerint incertum

1 *preteriens* corr. Waelscapple (act. inst. arch. R. 1861 p. 35). hexametrum superat *meum* cf. 1083, senarium *mortis* interpolatio deformat cf. 1539 4 *in X* lapis *animam* Waelsc. 5 *requescas* Waelsc. debuit *super ossa quiescas, ne tenerae aetati tu gr. esse uelis,* et *te* in scribendi compendia refero, *ossa req.* ad loquelam Seruii V. ecl. 8, 4 *quiesco seruum i. quiescere facio*

1542

Tu [q]ui s[tas atque spectas] m[o]nimentum | meum,
aspice quam indign]e sit data | uita m[ihi.
quinque] annos | sui . . . pare]ntes, |
sextu[m annum insce]ndens | anim[am deposui mea]m. |
Nolite [d]o[lere paren]tes, mori|endum [fu]i[t,
proper]a[ui]t aeta[s], Fatus | hoc noluit meus.

sic quomodo mala | in arbore pendent, si(c) corpora nostra: |
aut matura cadunt aut cit(o) acerba ruunt. |
Te, lapis, optestor, leuiter super ossa [re]sidas, |
ni tenerae aetati tu ue[lis] esse grauis.

Notizie d. scavi 1885 p. 496 ad ectypum, LeBlant in actis acad. inscr. Paris. 1885 p. 353 ex apographo peiore Lucae marmor attritum repertum in muris propinquae abbatiae. praescriptum *d. M. Nymphes Achelous et Heorte filiae dulcissimae, haue,* subscriptum *uale.* uersuum 1 5 9 principia ad laeuam prominent

1 initio *iut uis..* Not. 3 ad sententiam *superum lumen uidique parentes* 5 *noliteno..* fertur 6 cum ad *fuit properauit* quadrent uestigia designata in Not. *aetas* scripsi, *alia* traditur 7 s. cf. 1490 9 s. cf. 1539 10 *iu* pro *tu* Not.

1543

Meam amice ne doleas sortem: | moriendum fuit. |
sic sunt hominum fata, | sicut in arbore poma: |
immatura cadunt | et matura leguntur.

Rossi inscr. christ. Rom. II 268, 31 et LeBlant act. acad. inscr. Paris. 1885 p. 354 ex sylloge epigraphica codicis Paris. lat. 2832 saeculi IX, unde sumptum sit nescitur

1 senarius fit sublato *amice,* supra 81 *noli dolere amica fuut* codex 3 cf. Verg. ecl. 2, 18

1544

Éreptam uiro et mátri máter me Ter[ra recepit,
cum ad mortem mátris de gremio rapior.
omnibus cára fuí uiua, cárissuma mátrí,
aducrsís quae me sustulit óminibus.
désine iam frústrá, mater mea, désine
te miseram tótos ex[agitare dies.
Tú qui adstitisti, meí monumenti, [hospes, memor
ambula et te esse hominem fac [perpetuo cogites.

CIL. VI 20370 descr. Henzen. AL. Burmanni IV 270, Meyeri 1370 in museo Vaticano tabula marmorea. praecedit *Iulia C. l. Ape[llaea] uirguncula annorum XI de-*

[*ductast ad*] *C. Iúlium Apollonidam, pia e*[*t cara uiro*] *suo et parentibus uixit ann* . . .

1 *uiro et* extra metrum 3 pronuntiandum *omnibu*, alioqui *cunctis* et *uixi* idonea ad corrigendum metrum, cf. tamen 970, 9 5 et 6 unum in marmore uersum efficiunt, omissum est *fletu* post *désine*, uide 971, 12 7 8 maiusculis litteris scalpti adhaerent, senarios agnouit Conrads p. 42 8 pronuntiandum *ambla* ut in Flori Hadrianique uersiculis *amblare per Britannos* (*tabernas*)

1545

Hospes resi]ste et titulum perscriptum lege,
cognosce u]ítam quae sub hoc tumulo sita est.
Quod fletu m]ortis doleor Prími mihi caro
  et mate]r lacrumis perluit ossa mea,
hic amor i]nter nos semper fuit et tamen est nunc,
  quamqua]m sub terrís sum resoluta cinis.

Muratori 1428, 2 ex schedis Ambrosianis, uidi sequorque exemplar Henzenianum quod quia subtractum est ex CIL. VI, uereor ne dubiae antiquitatis titulus mouerit suspicionem, cf. p. 2917 ad n. 30101. AL. Burmanni IV 198, Meyeri 1481 fuit Romae. praescríptum *Tyc*]*he uixit a. XIIX*

1 s. senarios agnouit Schrader, expleuit Conrads (in AL. librum IV p. 43) 3 sic *Prími* seruari posse censui, nam *praeda patri mortis* sim. si substituimus, mutandum erit *príme* aliterue. melius fortasse *titulo mortis* a Primo facto 5 s. supplementa sunt Burmanni (*quique amor*) *est etiam nunc* Schraderus

1546

Hoc pat(er) infelix | posuit pie nate me|rent(i)
et mater simi|lem lachrimis ti|tulum sue pellici íun|xit.
  quod filia patri | facere debuer(at),
  mors | inmatur(a) fec(it) ut face|ret pat(er).

CIL. IX 5771 descr. Mommsen, IRN. 7017, Or. 2683 rep. Ricinae in Piceno nunc in museo Neapolitano praescriptum *d. M. Geneiae Successe filiae dulcissimae quae uix(it) ann. XI die. XXX.* in fine post *pat.* adiectum est *b(ene) m(erenti)*

2 excreuit in heptametrum. luditur in pelliciendi et paelicis uocabulis (Fleckeisen orthogr. p. 24) 3 cf. 165 ss.

1547

quem fatum | eripuit prima | lanugine
et mihi | dolorem matri | inposuit grauem.

CIL. V 116 contulit Mommsen Polae litteris antiquis et alte incisis. separatim legitur superius *Anusia P. f. Tertia u(iua) f(ecit) sibei et f(ilio) T. Sornatio C. f. Sabino queî hic situs est*

1 paene hexameter (V. Aen. X 324 *flauentem prima l. malas*), 2 paene senarius (in archetypo fortasse *matriq.*)

1548

. . . . ris gradum
. . . sta]mina Parcae
. . . sa]euissima semper
. . . . fratri

Ephem. epigr. VIII 850 descr. Huelsen Velia translatum Neapolim. iambicus senarius praecessit *legas uiator neue celeraris gr.*, eum excepit carmen dactylicum

1 prima littera *r* aut *m* 2 3 ita suppl. eph. 4 litterae non extant nisi dimidiatae

1549

Heu crudele nimis fatum. dua funera maerens
plango uir et genitor flebile mersa deo.
sat fuerat, Porthmeu, cumba uexsisse maritam
abreptamque mihi sede iacere tua.
adiecit Chloto iteratum rumpere filum,
ut natum raperet tristis, ut ante, mihi.
me decuit morti prius occubuisse supremae,
tuque mihi tales, nate, dare exsequias.
ad tu ne propera, simili qui sorte teneris,
dunc annos titulo, nomina ut ipse legas.
illa bis undenos uixit, natus quoque sénós,
nomen huic Probus est, huic quidem Athenaídis.
quas ego, quas genitor pro te dabo, nate, querellas,
raptumque Stygio detinet unda lacu.

quam bene bis senos florebas, parue, per annos,
credebantque deis uota placere mea.
stamina ruperunt subito tua candida Parcae
apstuleruntque simul uota precesque mihi.
Cum te, nate, fleo, planctus dabet Attica aédó
et comes ad lachrimas ueniet pro coníuge Siren,
semper et Alcyone flebit te uoce suprema
et tristis mecum resonabet carmen et 'Echo
'Oebaliusque dabit mecum tibi murmura cycnus.

CIL. VI 25063 contulit Bormann, Fabretti 702, 235. AL. Burmanni IV 172, Meyeri 1297 rep. uia Portuensi marmorea tabula, iam in museo Capitolino. menda scripturae sermonisque discrepantia cum granditate elocutionis exemplum subesse alienum probant Flauiae fere aetatis. hexametri 19 ss. non solum elegos continuo excipiunt sed ipsi quoque elegorum modo insculpti sunt

2 *flebile* interiectionis loco Burmannus duxit 3 *porthmneu* lapis 5 iam iterum Clotho rupit filum 7 *suppremae* lapis ut 563, 5 8 *tuque* scriptum est quasi *debueram* praecesserit: *teque* emendauit Burmannus 10 ex aequo *dunc* et *ut* posita oratioque dirempta in duo membra (*dum annos legas, ut nomina legas*), nisi tamen *dunc* iam tum quam apud Romanenses tenet demonstratiua notione et collectiua praeditum erat (*interim, igitur*) 12 *huic* modo bisyllabum ut apud Statium modo monosyllabum more communi 14 *raptum quem* uolgo, sane ita debuit quadratarius 15 XII annos non potuisse filium natum esse Meyerus dixit, quia mater annos nata XXII obiisset. at simul obiisse matrem et filium unde cogitur? immo matrem aliquanto ante decessisse uersus 6 testatur ac totum carmen quippe quod maxime uersetur in recenti funere fili deflendo. annorum igitur numeri faciunt ut fere quattuor ante Probum annis Athenaida mortuam existimem. ex alia enim matre Probum genitum esse atque ex Athenaide minus probabile 16 *credebamque* uolgo 19 i. dabit cf. *Marathonis-aedon* 467, 9 epit. Bionis 41 ss. 21 *sem per et alcyont* lapis 22 *et* alterum pro *etiam*. praue *carmine te echo* coniecit Conrads p. 22 23 Oebalium cycnum Meyerus Ligusticum putauit mortem Phaethontis querentem in Ouidi met. II 367. epitheton mihi a Leda et Hyacintho sumptum uidetur, nam lugubris quidem Oebalius puer, at cycnus fauorabilis erat Ledaeus. 'melius compilator ultimam fecisset Echo' Hense

1550

A

Hunc titulum nátae genetrix decepta paraui
post t[en]er[o]s manes et acerbae funera morti[s.
illa bis octónos uíxit miseranda per annos
eleg[itque sub hac non tristes lege te]nebras,
ut plenós lacrimís oculós manus altera clu[d]at.
illa prior moriens fatis melioribu]s usa est,
namque mori leuior poena est quam quaerere [mortem.
. . . . . . is
infelix natae cineres custodio [m]a[ter
. . . . . . i.

B

Ante bis octónós quam lux mihi uerteret [annos,
  Tále nefas mátri mors proper[at]a [tulit.
Illa meis semper tum[ulis miserabilis haeret
  Luget et in nostr[a sola relicta domo.
Infelix Stygio u[olt uitam dedere regi
  Adiacet et tu[mulis talia saepe querens:
'Sáeue, precor, n[e fata neges. quin me quoque sede
  Excipis Elysia? ma[xima poena placet?
Víximus: Hennaeae sí te docuere rapínae,
  Erubuit nostras Atropos ipsa colús.
Raptast: te species formoso co]rpore sac(ra)
  Inlexitque aetas inuiolata] toro.
Linquor at indigne, quam frangunt marco]r et ann(i),
  Linquor, adire tuas sponte parat]a domos'.
Amplexu, dum uerba refert, tenet il]la sepulc(rum),
  admouet ad manes mollia la]bra meos.
sic anima exoritur tumulo uisur]a penates
  et quos morte mea fuge]rat ipsa rogos.

uiuit: f[as sit] sic, animae Manesq. piorum,
dum uenio matris funere tarda comes.

CIL. XI 1209 descr. Bormann. AL. Meyeri 1534

Veleia translata Parmam in museum tabula marmorea. praecedit *diis Manibus Atiliae Seuerillae filiae piissimae Atilia Onesime mater.* subscriptum inter B 8 et 18 in medio *h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equitur).* litterae graciles fere aeui Hadriani, *i e t* sim. tenui discrimine distant

hexametri singulis uersibus bini scripti sunt, tum secuntur duabus paginis scripta disticha cum acrostichide filiae. exsignaui ex Bormanni ectypis ipse et suppleui

B 8 *Elysiam mac*... et in fine *ratem* posse legi Borm. putauit (*Elysiamax*... tam ego quam Poggius) 9 *docuere* marmor: at antitheton (pudore *erubuit*) facit ut poetam uoluisse credam *decuere* 19 *fas sit* ideo reicit B. quod tertia littera uideatur adrecta fuisse, non incuruata. an *fallite?*

1551

A

Vrbis alumna, graues casus huc usque secuta
coniugis infelicis, Atilia, cura Philippi,
hic sita sum manibus gratis sacrata mariti,
pro cuius uita uitam pensare precanti
indulsere dei. ne cesses, fama: meremur.

B

Quod credis templum, quod saepe uiator adoras,
Pomptillae cineres ossaq. parua tegit.
Sardoa tellure premor comitata maritum,
proq. uiro fama est me uoluisse mori.

C

Vnu et uiginti bis iuncti uix[i]mus annos,
una fides nobis gaudia multa dedit.
et prior at Lethen cum sit Pompti[ll]a recepta,
'tempore tu' dixit 'uiue, Philippe, m[e]o'.
nunc aeterna quies Ditisq. silentia maesti
hanc statuere ambis pro pietate domum.

D

Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,
uouit pro uita coniugis ipsa mori.
pro[t]inus in placidam delabi uisa quietem
occidit. o celere[s] at mala uota dei,
has audire preces, uitam seruare [marito,
ut pereat uita dulcior illa m[ihi.

E

Templa uiri pietas fecit p[ro] munere magno
Pomptillae: meruit [femi]na casta coli.
nam se deuouit iam [defi]ciente marito,
rapta uiro, m[erito uiuat] ut ille suo.

F

Hic Pomptilla iacet. ciner[es pi]a [cur]a Phili[p]pi
coniugis his aris includi[t. sign]a duorum,
quae facit, ad famae uiue[ns erit] argumentum.

G

I]unonis sedes infernae cerni[te cu]ncti:
numine mutato fulget Pomptilla per aeuom.

CIL. X 7563 ss. eph. epigr. IV p. 484 ad ectypa. AL. Burmanni IV 90, Meyeri 1227 Caralibus in sepulcro fabrefacto de rupe ornatoque ad modum templi, cuius descriptionem nolo repetere. in epistylio scriptum est extrinsecus *oboos* (obscurae hae litterae, quas ut explicarent abusi sunt glossa obbam uocante uasculum destinatum inferiis) *memoriae Atiliae L. f. Pomptillae benedictae m(aritus?) s(ua) p(ecunia)*, intrinsecus *d. M. Atiliae L. f. Pom[p]tilla[e] mamm[ae o]ptimae, M. Cassio Phili[p]po tat[ae pa]rentib[us] sanctis L. Atilius Felix....im.....et [L. Ati]lius Eutychus lib(ertus) [f]ec[er. si]bi posterisq....* distributa sunt carmina latina et graeca quibus item celebratur ἡ κλεινὴ Πώμπτιλλα quod Alcestidi similis pro Philippo marito mortem obierit, per parietes dextrum et sinistrum uestibuli, EFG circa fores ipsius cellae. de Philippo qui ex urbe in Sardiniam expulsus erat (A 1) ut uidetur in exilium, aut de Pomptilla aliunde nihil innotuit, in coniugio uixerunt annos XLII (C 1), mulier uixit [πεντήκοντ' ἐνιαυτοὺς] καὶ δύ' ἀνεν[κλήτως]

aut quod probabilius erit, [ἑξήκοντα, pro ut legitur in graeco disticho. decessisse eam opinor aeuo Hadriani uel Pii

post B secuntur elegiaca carmina graeca, unum decem uersuum εἰς ἴα σου, Πώμπτιλλα, καὶ ἐς κρίνα βλαστήσειεν ὀστέα κτλ., alterum quattuor οἴην συζυγίην ἔτεμεν θεός κτλ. uide Kaibel epigr. 547, inscr. gr. Sic. 607

C 4 expressum ex Martiale esse I 36, 6 *uiue tuo, frater, tempore, uiue meo* admonuit Burmannus 6 *ambobus, non ambis* praecipit Caper personatus GLK. VII p. 107, 14

D 6 *mihi* editores priores qui non plus repperisse litterarum quam Mommsenus uidentur, quare etiam *mea* substituere licet secuntur disticha graeca duo ἔστρεψεν Μοιρῶν μία νήματ[α, tum tria in quibus anni mulieris erant notati, tum quinque plane diruta

F 2 s. incerta supplementa. potui *certa duorum* et *uiuens magis.* inter priores DellaMarmora *uiuens* [*erit*] ediderat

G 1 Iuno Pomptillae colebatur sicut uiri genius dum in uiuis erat mulier, iam numine mutato Iuno est inferna. cf. 220 post G secuntur graeca carmina elegiaca unum decem uersuum, alterum duorum Πωμπ[τίλλης ὅ]δε ν[ηό]ς, ὁδοιπόρε

1552

A

Sint licet exiguae fugientia tempora uitae
paruaq. raptorum cito transeat hora dierum,
mergat et Elysiis mortalia corpora terris
adsidue rupto Lachesis male conscia penso,
iam tamen inuenta est blandae rationis imago,
per quam prolatos homines in tempora plura
longior excipiat memoratio multaq. seruet
secum per titulos mansuris fortius annis.
H ecce recens pietas omni placitura fauore
ingentem famae numerum cum laude meretur
exemplo iam plena nouo, quam Flauius alto
more Secundus agens patrio signauit honore.
H quis non iam pronis animi uirtutibus adsit,
quis non hoc miretur opus fusasq. uidendo
diuitias stupeat tantos se cernere census,
per quos aetherias surgunt monimenta per auras?

H haec est fortunae melius laudanda facultas,
sic sibi perpetuas faciunt impendia sedes,
sic immortales scit habere pecunia mores,
aeterno quotiens stabilis bene figitur usu.
uiderit ille furor, nimio qui ducitur auro,
quem trahit argenti uenalis sanguine candor,
H uiderit et fusae uanis in amoribus errans
gloria luxuriae, peregrinas quaerere magno
quae didicit uestes gemmasq. nitore placentes
aut ab Aeruthreo uenientia munera fluctu,
quam laedunt gentes uario certamine rerum,
Graecia cum pueris, Hispania Pallados usu,
uenatu Libyae tellus, orientis amomo,
Aegyptos Phariis leuitatibus, artibus actis
Gallia semper ouans, diues Campania uino:
H haec cito deficiunt et habent breue munus amoris
momentis damnata suis, set si quis ad omnes
respiciat uitae casus hominemque laboret
metiri breuitate sua, tunc credere discet
nil aliut melius fieri nisi uiribus aeui
quot possit durare diu sub honore deorum.
nunc ego non dubitem tacitis Acherontos in umbris,
si post fata manent sensus, gaudere parentem
saepe, Secunde, tuum reliquas et spernere turmas,
quod sciat hic tantam faciem superesse sepulchri
perpetua nouitate sui, sic stare nitentes
consensus lapidum, sic de radice leuatos
in melius creuisse gradus, ut et angulus omnis
sic quasi mollitae ductus sit stamine cerae.
mobilibus signis hilaris scalptura nouatur,
et licet atsidue probet hos uaga turba [lab]ores,

lucentes stupeat pariter pendere columnas.
quit cum militiae titulos ipsumq. parentem
numinibus dederis haec gaudia saepe nitentem,
quae quondam dedit ipse loco, dum munera Bacchi
multa creat primasq. cupit componere uites
et nemus exornat reuocatis saepius undis.
permittant mihi fata loqui noctisq. timendae
regnator Stygius: sic immortalis haberi
iam debet pater ecce tuus Ditisq. relicti
tristem deseruisse domum, dum tempore toto
manolt haec monumenta sequi scriptisq. per aeuom
u]iuere nominibus, solitis insistere lucis,
ads]idue patrias hinc cernere dulciter arces
quosq. dedit natis prope semper habere penates.
a forsitan haec multi uano sermone ferentes
uenturae citius dicant praesagia mortis,
si quis dum uiuit ponat monimenta futuris
temporibus. mihi non tales sunt pectore sensus,
set puto securos fieri quicumque parare
aeternam uoluere domum certoq. rigore
numquam lapsuros uitae defigere muros.
fatis certa uia est neque se per stamina mutat
Atropos: ut primo coepit decurrere filo,
crede, Secunde, mihi, pensatos ibis in annos.
set securus eris, set toto pectore diues,
dum nulli grauis esse potes nec plena labore
testamenta facis, tuus hoc dum non timet heres,
ut sic aedificet. iam nunc quodcumq. relinques,
totum perueniet, tua quo uolet ire uoluntas.
sed reuocat me cura operis celsiq. decores.
B stat sublimis honor uicinaque nubila pulsat

et solis metitur iter. si iungere montes
forte uelint oculi, uincuntur in ordine colles,
si uideas campos, infra iacet abdita tellus.
H non sic Romuleas exire colossos in arces
dicitur aut circi medias obeliscus in auras,
nec sic sistrigeri demonstrat peruia Nili
dum sua perspicuis aperit Pharos aequora flam(m)is.
H quid non docta facit pietas? lapis ecce foratus
luminibus multis hortatur currere blandas
intus apes et cerineos componere nidos,
ut semper domus haec Thymbraeo nectare dulcis
sudet florisapos, dum dant noua mella, liquores.

B

H Huc iterum, Pietas, uenerandas erige mentes
et mea quo nosti carmina more foue.
ecce Secundus adest iterum, qui pectore sancto
non monimenta patri, sed noua templa dedit.
quo nunc Calliope gemino me limite cogis,
quas iam transegi, rusus adire uias?
nempe fuit nobis operis descriptio magni,
diximus et iunctis saxa polita locis,
circuitus nemorum, currentes dulciter undas
atque reportantes mella frequenter apes.
H hoc tamen, hoc solum nostrae puto defuit arti,
dum cadis ad multos, ebria Musa, iocos:
in summo tremulas galli non diximus alas,
altior extrema qui puto nube uolat,
cuius si membris uocem natura dedisset,
cogeret hic omnes surgere mane deos.
et iam nominibus signantur limina certis,
cernitur et titulis credula uita suis.

opto, Secunde, geras multos feliciter annos
et quae fecisti tu monimenta legas.

CIL. VIII 211 ss. Guérin voyage archéol. dans la régence de Tunis I p. 313 n. 77 in colonia Cillitana in mausoleo excelso et magnifico quod T. Flauius Secundus flamen perp. patri cognomini (*mil. an. XXXIII uix. an. CX*), Flauiae Vrbanae matri, sororibus fratribus uxori extruxerat. lectio certa, litterae optumae, carmina arguta, diligenti arte exacta (uitatur uocalium concursus praeter A 77 *cura operis* et 5 *inuenta est* uel 69 *uia est*, pentameter semper exit in disyllabum uocabulum), Iuuenalis et Appulei temporibus aequalia. ediderat ea peius secutus Grenvilli Temple apographum OIahnius in actis acad. Saxonicae 1850 p. 191 qui quas protulit emendationes ab se aut amicis factas, earum partem Guerini et Wilmannsi apographis compertum est in ipso lapide extare. continuantur carmina per tres paginas quarum prima uersus LX, tertia tria ultuma disticha exhibet, inter A et B perpaulum spatii uacat. capitula carminum paragraphis signata sunt huius figurae H, 23 pro 21? tot uersus quot pater annos uixerat 7 *milleque* coni. Hauptius 23 *effusae* Iahnius 26 ita lapicida pro *Eruthraeo* 27 *ludunt* Hauptius. lacessunt luxuriam gentium exterarum opes 28 *sculpturis* Lachmannus male quoniam dactylico uocabulo hunc poetam illud subiecturum fuisse probabile non est. sernos Graecos intellege delicatos litteratos symphoniacos cf. Iuu. 11, 147. deinde oleum designari Hispanum Iahnius adnotauit conl. Ou. met. VIII 275 et Luciano nauig. 23, plura dat Gothofredus ad ueterem orbis descriptionem p. 44, sic Mart. VII 28, 3 *nec Tartessiacis Pallas tua, Fusce, trapetis cedat*
29 cf. Mart. V 74, 2 *terra tegit Libyae,* ne plurali numero scriptum putes aut cum Iahnio uitiose pro *Libye*
30 cf. Iuu. 15, 45 uel Capitolini Ver. 8 de Alexandrina luxuria ac *leuitatibus,* quibus quae opponuntur *artes* cur dicantur *actae* aut quo modo praedicandae sint parum liquet. fuit cum Actaeas intellegerem, facundia enim cum uetusta et nobilis Gallicae gentis laus, tum propria est Atticae. sed uidetur πρᾶξις ἔντεχνος contra ignauiam mollem induci, atque *artes agere* per se potuit dici ab Afris ut qui non repudiarint talia *monumentum agendum curauit* (Guérin I 281, 59), subeunt igitur mentem opera qualia Nouiomagi detecta sunt cum ipsa pro illa aetate artificiosissima tum alias uitae artes declarantia a Gallis factitatas excellenter 43 *consensus* aequabiliter structorum cf. B 8, ἁρμὸν λιθοσπαδῆ Soph. 44 quattuor gradibus tam-

quam fundamento totum aedificium innititur (Guérin p. 310). *nitet angulus* Hauptius 46 mobilia signa quia subinde aliam faciem ostendunt quasi nouant scalpturam

47 *aesidue* lapis. in fine *decores* Hebenstreit a. 1733 de coniectura ut uidetur 48 quaternae in quattuor cenaculi lateribus columnae Corinthiacae uisuntur 49 in summo monimento quadrata aedicula extat qua patris olim statua inclusa erat 50 *uidentem* Iahnius. *nitentem* est laetitia renidentem, insolenter tamen recepit accusatiuum (alius modi *lautus luces cereum*) 53 flumen in propinquo etiamnum fluere narratur 56 *reuicti* Hauptius 72 '*toto pectore* prouerbiale' Seruius Aen. IX 276 77 *decoris* Temple 82 ueritatis superlationem poeta non exhorruit, quamquam enim totius altitudinem mausolei nemo definiuit, LX pedes non uidetur superasse. colossus Neronis altus erat secundum Plinium et Suetonium CXX pedes, obeliscus ab Augusto statutus in circo magno LXXXV et dodrantem praeter basim, Pharum cum colosso Rhodio Lucianus componit Icaromen. 12 84 cf. AL. 4, 99 R. *sistriferam Phariam* 85 *flamis* lapis 88 *cerineos* pro cerinis aut cereis nouum, cf. *coccineus fagineus* al. 89 in *Thymbraeo* quod est Apollinis epitheton (Aristaeus autem Apollo) subauditur θύμα θύμβρα 90 *florisapus* nouum

B 1 *uenerantes* Lachmannus, hinc disce 3 *ecce iterum Crispinus* Iuu. 4, 1 13 ergo supra aediculam (A 49) collocatus erat gallus uenti index aut certe alis mobilis, cui Bened. Hasius comparauit aereum Tritonem ab Andronico Cyrreste supra turrim Athenis constitutum (Vitruu. I 6, 4), moris adhuc usitati specimen antiquissimum 17 inscriptiones intellege mausolei, inprimis quae carminibus praemissa nomina familiae complectitur 18 *credita* Iahnius. deflexum illud adiectiuum a Tacito est etiam in passiuam significationem, in glossariis *fidus credulus* et *fidus creditus* legitur (gloss. ab Hildebrando editi p. 143, 126)

1553

Quisq(uis) praet[eriens] sitam uiato[r,
postquam] termine legeris [peremptam
me aetatis uicesim[o], dolebis,
etsi sensus er[it] meae quietis,
qu[a]e lasso tibi dulcius precabor,
uiuas pluribus et diu [se]nescas,
qua mi non [l]icu[it] fruare uita.

si t]e flere iuat, quitn[i] inge[mi]scis?
Nise annor(um) XXV.
Ann(ius) Inachus haec ma[terq.] Io fac(iebant).
i, potius propera, nam [qui] legis, ipse legeris.

CIL. II 59, suppl. 5186 ad ectypum Pace Iulia Lusitanorum. litterae satis bonae saeculo I exeunti aut ineunti II adtribuuntur. hendecasyllabos Hauptius, hexametros ego restitui (*iam quod* in u. 11 proposueram, *nam* pro certo Huebner habet, *qui* prop. Mommsen). decasyllabum 3 confer cum Catullianis 55

1 *quisq.* lapis, id quod solet esse *quisque.* deinde *praeteries* (pro *-ibis*), 2 *si cum t.*, 4 *et si* Hauptius 2 *termine* forma nominis post Accium antiquata remansit in ore metatorum 3 pugnat numerus cum eo quem uersus 9 enuntiat, et hoc loco plus quam unam litteram absumptam uideri Huebner adnotat. si *V* siue *quinto* fuit adiectum, male fuit 5 *quae* ad quietem spectantia, qualia 6 *pluribus* annis 8 debuit sic *nil te fl. iuuat, quit ingemiscis?* 9 prius edebatur *Nice* 11 cf. Persium 5, 153

1554

Numidarum prima mulierum
Plancina genere regio,
bona mater, bona coniunx
hic sum sepulta multis
l]acrimis meorum amaris.
m]atrona honesta praeter alias femina[s
hic sum sepulta, exorta genere regio,
ter denos annos et ter ternos functa cur[a
bonarum feminarum. Q. [A]rruntius Mas fi[lius.

CIL. VIII suppl. 16159, Cagnat explorations en Tunisie 2 p. 151 n. 249, IohSchmidt eph. epigr. V 633 ad ectypa non procul a Sicca Veneria. mirabilis numerorum iambicorum (dimetrorum et trimetrorum) cum ionicis puris 3 et anaclomenis 4 s. conglutinatio, 8 nescio an tetrameter sit integer ionicus putida supputatione compositus secundum ea quae metrici quidam auctores de molossis docuere ionicorum uicariis (Sacerdos GLK. VI p. 540, 7). Plancinam dicet aliquis et Iubam metricum fuisse cognatos

9 *feminarum* pro dubio Cagnat pro certo Schmidt. tum extrema incerta, *Mascel* proposuit Schm.

1555

A

Hae sunt paruae tuae meaeq. sedes,
haec certa est domus, haec colenda nobis,
haec est quem mihi suscitaui uiuus.

B

Si qua tamen pietas gelidos mouet, Rustica, M[anes,
rumpe moras: [spes haec s]ola est mihi gratia [uitae.

CIL. VI 9752 descr. Henzen, Fabretti 732, 452 (Or. 4850). AL. Burmanni IV 328, Meyeri 1418 Romae in aedibus Carpegna cippus marmoreus in quo repraesentatur 'uir capite coronato uectus equo, praecedente homine tunicato qui hasta coronam gestat', secuntur quinque uersus *M. Iunio M. f. Pal. Rufo | Soterichus paedagog(us) fecit* cum A, latus tituli utrumque claudit persona comica. in fastigio cippi repraesentatur magister sedens cui puer uolumen porrigit, pone puerum fasciculus uoluminum, pone uirum cista, sequitur B

A 1 pronuntiatur *parue* nec tamen uocatiuus est quem ex AchStatio Gruter 585, 10 induxit 3 *quam* Gruter. illud epicoenon ut saepe (Iahn spec. epigr. p. 85) *uiuus excitaui* corr. Schraderus

B 1 *rustica* Henzen exscripsit suprema quidem litterarum elementa effracta esse testatus. id cum ille pro adiectiuo habuerit, ego non intellego nisi si nomen proprium est puellae mortuae coniugisue, licet in imagine tralaticia repraesentatus sit puer. atque ita uersus corruptela facilius explicatur, fuit in archetypo *Attica* tale. uolgabatur *anxia* fide nulla 2 expleuit Grauina apud Fabrettium

1556

CIL. II 3304 Castulone ex cippo litteris minimis inscripto et plane attritis Huebner undetriginta uersiculorum notas ac uestigia excepit, sed 'a reliquiis' inquit 'huius carminis sepulcralis abstinendum esse uidi'. quae uerba intellegi aut ex confusis lineamentis concipi possint fere haec sunt:

d. M. s.... nauigi... pauper iui in census in m...[u]ixi mor[i]bus, colui f[id]em, ludo[s soda]les amaui | adq. parentibus... cupiui. inutile mere... doleor lacrimo pi... intus ... dign.. posiui ter memor... supstiti | sinite quisca.....

quod uis deus hic pri . . . otitas die . . . aeternum . . . orcum
. . . | . . occupat . . . disci[p]u[l]ina uestra cum . . . siste.icior
ca . . . orum sito . . . cium | . . . cio uitas . . . . . natus liberalibus
. . . id intereas ne uelitis . . . | ius quicumqu . . . iinc . . uiis . .
iue laborum . . . nis qui . . . umidas. h(ic) s(itus) e(st), s(it)
t(ibi) t(erra) l(euis) . . . M. Gargilio Cresce[nti . . .

totus titulus num adstrictus fuerit numeris ualde dubito, finitus a u. 25 *tu quicumq.* uidetur disticho exeunte in *fine laborum* et *tumidas*

1557

Musicus incanere, docte cantare solebat
Acceptusque nimis multis magnifico ingenio,
Receptus inter fautores prior,
Celebri fauore artem exponens suam,
Vt quiuis dederet aures suas mirifico ingenio
Super canentis carmine doctiloquo.

CIL. VI 7946, Maffei mus. Ver. 294, 7 sed carmen Henzenus demum integrum transcripsit. AL. Burmanni IV 261, Meyeri 1362 e columbario uiae Pincianae in museum Kircherianum inlata tabella. praescriptum *d. M. s. M. Laelio Africano M. Laelius Africanus et Flauia Optata parentes b(ene) m(erenti) f(ilio) Hoelochari* (reiectum hoc est in margines sinistrum et dextrum, scriptum opinor pro *Hylochari* signum cantoris plosoris bombi) *qui uixit annis XXI m. VI d. X.* acrostichon Marci agnouit Mommsenus

1 i. incinere 2 pentameter sublato *q.nimis* aut *multis* 3 et 4 iambici quinarius et cum hiatu senarius, 5 et 6 iambelegi, si fas est eo nomine uti in hac strue numerorum qualicumque, ex iambis desinentes in penthemimeren, si quidem *dederet* (Cic. pArch. 26) pro cretico enuntiatur

1558

D. M. Aelia Hygia uixi[t] annis XVIII. Ael(ius)
Valent[inus dec. col(oniae) Ap]ul(i) [f]lam[en col.]
libertae et coiugi gratae,
quam tempus durum rapuit familiamquae simul.
Dacia te uoluit, possedit Micia secum.
haue, puella, multum adqu[e] in aeuum uale.

CIL. III suppl. 7868, Studniczka in actis arch. epigr. Austriacis 1884 p. 47, contulit et mihi misit Domaszewski

Micia locus nomen habuisse uidetur quo repertus est titulus in Dacia Veczel et uicinia, cf. eph. epigr. II 423 ss. CIL. III suppl. p. 1402

4 *famulosque simitu* scribi oportuit ad hexametrum, ad senarium *simul et familiam* aut *familia simul.* fortasse ad bellum respicitur Marcomanicum 6 quasi senarius (*adq. aeternum uale*)

1559

Bassa uatis quae Laberi coniuga hoc alto sinu
frugeae matris quiescit, moribus priscis nurus.
animus sanctus cum maritost, anima caelo reddita est.

Parato hospitium: cara iungant corpora
haec rursum nostrae sed perpetuae nuptiae.

In spica et casia es, benedora stacta et amomo.
inde oro gramenue nouum uel flos oriatur,
unde coronem amens aram carmenque meum et me.
purpureo uarum uitis depicta racemo
quattuor amplesast ulmos de palmite dulci.
scaenales frondes detexunt hinc geminam umbram
arboream procaeram et mollis uincla maritae.

Hic corpus uatis Laberi, nam spiritus iuit
illuc unde ortus. quaerite fontem animae.

Quod fueram, non sum, sed rursum ero quod modo non sum.
ortus et occasus uitaque morsque itidest.

CIL. VI 13528, Muratori 771, 1. inde a uersu 4 descripsit Henzen, nam tres primi qui erant in summa fronte marmoris perierunt. AL. Burmanni IV 66, Meyeri 1210 in museo Vaticano cippus magnus ornatus. uariorum quibus carmen compositum est metrorum fines in marmore ipso breuibus lineis terminati et intersaepti. uates iste ignotus et ignobilis poeta (cf. u. 8) saeculi III uel incipientis IV

1 *Laberi* bacchiaca mensura quam poetae inferiores accentum secuti saepe admisere (Langen de gram. lat. praeceptis ad accentum spect. p. 22). contra antiqua mensura u. 13 *coniuga* Appuleius 2 *frugeae* (i. frugiferae) Venutius testatur: *frugae* Mur. edidit. noli Phrygiam deam

cogitare 3 *animu* censeo pronuntiandum cum trochaei sint graeca arte facti. sic Epicharmus Tertulliani (de anima 15) *animus cernit, animus audit, reliqua surda et caeca sunt* *maritost* scripsi: *marito si* editum uitio in codicibus frequentissimo, cf. 10 *amplesast* et 16 4 *hospitio* Bonada. adloquitur uir prius mortuam coniugem ut sibi paret hospitium 5 i. hae, cum uetus forma numquam exoleuerit 6 *casia es* coniuncta leguntur in lapide, Henzenus pro genetiuo accepit ut *Dianaes, casia et* uolgo *benedora* marmor pro bene odora 7 *germenue* Schraderus coniecit 8 *amens* ut 1523, 10 9 i. uuarum: *uarium* uolgo 10 i. amplexast 11 *scaenales* structae a tergo ramorumque diffusorum uersuris contractae in scaenae modum. uerbum idem correctores intulerunt Lucretio IV 79 ubi Lambinus *scaenai speciem.* ornatus hic fuit sepulcri arbustiuus, non sculptilis, Venutius de marmore rettulit 'in lateribus Castores, in operculo serpens' 12 *maritae* uitis, quaesita autem nominum amphibolia

1560

A

Quos paribus meritis iunxit matrimonio dulci
omnipotens dominus, tumulus custodit in aeuum.
Caterui, Seuerina tibi coniuncta laetatur:
surgatis pariter Cristo praestante beati.
quos dei sacerdos Probianus lauit et unxit.

B

Flende iaces in Basso iterum defuncte Caterui:
occidit ore genus, nomine posteritas.
tu medius gemma et germanis clausa metallis:
morte tua fractum est, Basse, monile pium.
octauus decimus uix te susceperat annus:
ocyus eripitur, quod placet esse dei.

CIL. IX 5566 uidit Mommsen, Fabretti 740, 505 apud Tolentinates Picenos in arca christianis signis multifariam ornata quae hanc tabellam gerit: *Fl. Iul. Cateruius u(ir) c(lariss.) ex praef. praetorio qui uixit cum Septimia Seuerina c(lariss.) f(emina) dulcissima coniuge annis XVI minus d. XIII, quieuit in pace annorum LVI dierum XVIII*

XVI kal. Nob., depositus est IIII kl. Dcb. Septimia Seuerina c. f. marito dulcissimo ac sibi sarcofagum et panteum cum tricoro disposuit et perfecit. Cateruius alius anno 379 comes sacrarum largitionum nominatur in cod. Theod. VI 30, 3

A 1-4 in postica leguntur in operculo infra imagines coniugum binis hexametris per singulos uersus conexis, 5 superioribus continuatur in summa arca. B in antica arcae disticha de Basso filio utriusque disposita in trichorum supra anaglypta Christum pastorem inter duos apostolos medium exhibentia, dextro apostolo adscripsit recentior aliquis per compendia litterarum *ingeminant rursus pridie praeconia Pau[li*, qui pridie i. pridem facta dicere uidetur

1561

Leuitae coniux, semper mihi grata Maria,
exitus iste tuus prostrauit corda tuorum
perpetuas nobis lacrimas luctumque relinquens.
casta grauis sapiens simplex ueneranda fidelis,
compleuit tua uota deus. te namque maritus,
te nati deflent, nec mors tibi sustulit ullum.
depos. VIII kal. Octobr. Adelfio u(iro) c(lar.) consule.

Sedis apostolicae leuites primus in ista
mente petens Chr(istu)m membra recondit humo.
insignis meritis clarusque per omnia miles
enituit tanti dignus honore loci.
a deo sic datus altaris fuit ille minister,
nomen ut aequaret uita decora uiri.
depos. VII idus Maias Leone iuniore primum conss.

Rossi inscr. christ. Rom. I 331, 753 ex schedis in S. Pauli. prius carmen annum 451, posterius a. 474 subnotatum habet. huic praefixum Xρ

2 *tuscis* codex unde hic uersus prodiit, emendauit Rossius 12 hic Adeodatus basilicam S. Pauli iussu Leonis pontif. cum Felice presbytero restituit cf. Rossi I 366, 831, supra 690

1562

. . pontifex quiesco ecce sorte debita

lege, quam de protoplasti contraho naufragia.
'O deus altipotens, de caelis proflue rorem,
ut animam satiet gutta beata meam.
efflue astrigeros de caeli conclaue nimbos
et recrea cineres protinus inde meos,
ut iudex ueniens cum tu discusseris omnis,
dextram optineam effugiamq. leuam.

Rossi inscr. christ. Rom. II 169, 24 ex codice Palatino in quo titulus carmini est *epit(aphium) ciu. Placent(iae) eccl. beati Antonini* et adscriptum trochaicis uersibus 1 s. *ritm(icum)*, elegiacis *metr.*

1 nulla lacuna in codice, deest uelut *Simo* 2 *naufragia* neutrum plur. abiit in fem. sing. ut saepe euenit, aut *de* accusatiuum duxit ut in gromaticis *de latus* 4 *mea* cod.

1563

Q. Pompeius Bithynici l. Sosus, | Sa[t]riena P. l. Saluia
uxsor frug(i), | opsequentes et concordes, Esquileis
ab aqua | conclusa, fecer. sibei et sueis et digneis. ʃ
dum suppeditat uita, inter nos annos LX uiximus concordes. |
morte obita ut monumentum haberemus fecimus uiui | studium,
et Acme l. ut una conderemus. conditiuom | cubiculum
fecerunt. | hoc monum. hered(em) ʃ non sequetur.

Lanciani in actis arch. municip. R. VIII (1880) p. 55, Notizie d. scavi 1880 p. 31 Esquiliis marmor adfixum sepulcro saxeo, 3 s. *Esquileis ab aqua conclusa* uerba post adiuncta titulo Caesarianae aetatis, nam Q. Pompeius Bithynicus Sosi patronus legatus fuit in Bithyniam hereditatis caussa Nicomedis anno ante Christum 74. recepi ob locutiones sumptas ex iambis trochaeisue (*dúm suppeditat uita, inter nos bene concordes uiximus, mórte obita monumentum ut esset, studium uiui fecimus*) cf. 88

7 *conditiuom* hic adiectiuum est, pro substantiuo esse in Ostiensibus duobus titulis Lancianius adnotat

1564

C. Herius Felix patron(us) | Heriae Helpinis. |
hic est ille situs Herius Felix coaequalib(us) | cuncteis,
quei ueixit annos uiginti, ⸢ quei me reliquit leiberta
Helpine | annorum natam XIII sibi | unice caram,
quae illius ossa | restituit post annos uiginti, et ⸢
monumentum nobis aedificaui.
qui ⸢ legit, discat esse pius.

CIL. XIV 2485 ex schedis, Fabretti 417, 371 (Or. 4407) apud Castrimoenienses sub Marino
4 *certeis* Fabrettius. paene hexameter *situs praestans aequalibu*, luditur in nomine *felix* 9 *aedificauit* Fabr. 10 cf. 486, 833 al.

1565

Virgo hic sepulta fida puella iacet.
ante quidem tempus fata rapuerunt mala.
scripsi ego per lacrimas miserabilis morte puellae.

CIL. III suppl. 11281 descr. Domaszewski Carnunti in stela fastigiata praescriptum *Vibia C. l. Citheris an. XI h(ic) s(ita) e(st)*, in fine adhaeret *p(ater) p(osuit)*. uersus 3 hexameter (*miserabili*), 2 a dactylo exorsus senarius, 1 ex senario et pentametro sectus (cf. 1557, 6) aut ex illo depra-uatus (*fida patrono iacet*)

1566

Aue, | Herennia Crocine | cara sueis.
inclusa hoc tumulo | Crocine cara sueis.
uixi ego, ⸢ et ante aliae uixere puellae. |
iam satis est. lector discedens | dicat: Crocine, sit tibi
terra | leuis. ualete superi.

CIL. II 1821 Gadibus locutiones plurimae ex hexametris pentametrisue (*discedens dicas s. t. t. l.*) recep-tae, ultuma ex iambis (cf. 84, 3)

1567

Tempore quo sum genita, natura mihi bis denos tri-
buit | annos,

quibus completis septima deinde die resoluta |
legibus otio sum perpetuo tradita: haec mihi uita fuit. |
Oppi, ne metuas Lethen. nam stultum est, tempore et
omni
dum mortem metuas, amittere gaudia uitae. |
mors etenim hominum natura, non poena est; |
cui contigit nasci, instat et mori. igitur, |
domine Oppi marite, ne doleas mei quod praecessi; |
sustineo in aeterno toro aduentum tuum. |

ualete superi et cuncti cunctaeque ualete.

CIL. VI 11252 descr. Gatti Romae in uilla Pamfilia. omisi primos monumenti uersiculos quibus Agileiae Primae quae et Auguriae uxori supra aetatem castissimae et sibi fecisse id narratur Q. Oppius Secundus carminum habes lacinias adsutas prosae et inter se consutas, 4 et 5 boni fiunt hexametri dempto *Oppi*, 6 sic potest dilatari *mors etenim natura hominum, non poena deorum est*, 10 sic corrigi *uiuite uos superi*, uide tamen praecedentis elogii clausulam. 9 tolerabilis senarius est aut potius dissonus a latino accentu trimeter. bene comparauit Hosius mus. rhen. 47 p. 463 cum uersu 7 Senecae epist. 99, 8 *cui nasci contigit, mori restat*, cum 6 eiusdem loca complura ac praecipue rem. fortuit. 2, 1 *morieris: ista hominis natura est, non poena.* et Oppium quidem hanc ab Seneca didicisse sapientiam credo, cum uixerit sub exitum saeculi I

4 stultum est metuere *et* dum metuas, amittere 8 *mei* de me, siue genetiuus est (analogon *misereri*), siue datiuus quem Nigidius ita scribi iussit (Gell. XIII 26) conl. 1539, 5

1568

D(is) M(anibus) s(acrum). | Antonius Seuerus
Aquila hic iacet | sine anima miserabili fato,
qui | uixit annos bis senos et XVI menses, |
cui nota erant ut parentibus ista | pararet,
set mors inmatura fecit | ut facerent parentes filio.
studia | amaui, obsequens magistris fui, | obseruaui pa-
rentorum praecepta, me[[os a]micos colui, patronos,

bonos [om|nes], officio praestus fui, set fatali [cum | nimiu]m aetate tulerint luc[tum] | ..... quod di me ...ibu[s . . .

CIL. VI 12013 ex Mazochio, Gruter 669, 4 Romae, periit. marginibus inscriptum erat *u(ale) uiator, et tu ua[le.* sartago quaedam inest uersuum (*hic iacet exanimis* al.) 4 sic pro *sedeci* Maz. *sex* Gr. 11 *praesto* ueteres aut *praestu*, ex eo istud declinatum est ut *sedulus* 12 supplementum incertum, *luctum* propositum ab Henzeno

1569

D. M. | C. Puculeio C. f. Pont|oro qui uixit annis XIII | mens. XI dieb. XX, Irpini|a Au[i]a mater fil(io) dulcis|simo fecit, quod ego | scelerata mater a te sic | ...... facere tu pro ista .... [ne]|quiui [ad] honores perducere, me ...... | ... incepisti, quem miseram ... | [morte tua reli]quisti.

CIL. X 310 descr. Mommsen Brunn Kaibel, neque tamen ut extricarent contigit Diani in Lucania 8 initio quasi *deb.ui* Kaib., tum *face . . uouero istas* Momms. 10 *cepisti* tantum Kaib. ut possis *decepisti*

1570

V(iua) Saluidiena Q. l. Hilara Saluidienae Faustillae deliciae suae eruditae omnibus artibus.
reliquisti mammam tuam gementem plangentem plorantem.
uix(it) an. XV mensib. III dieb. XI hor. VII.
uirginem eripuit Fatus malus.
destituisti, uitilla mea, miseram mammam tuam.

CIL. VI 25808 ex schedis rep. in uinea 3 et 6 aequalia membra esse syllabarum XVII Hense adnotat 6 *uitilla* fictum ut Faustilla, singulare

1571

Dis Manibus istis. | Geminiae Caumae
C. Billienus Fructus ossibus | ossa dedit,
coniugi perpetuae. quos | aetas iunxerat olim,

nunc mortis iuncti | iacent, qui uixerunt una
annis | continuis LII sine lite molesta. |
filius hunc tumulum posu(it) plen(us) pietate parentu.

CIL. VI 19008, Gruter 730, 2 uidit Smetius Romae in tabella marmorea. tres quattuorue licet uersus refingere integros puros *coniugis hic coniux ossib. ossa dedit, morte iacent iuncti quos aetas iunxerat olim, qui uixere una semper sine lite molesta annis continuis quinquaginta atq. duobus.* Henzenus in archetypo fuisse coniecit *at nunc morte iacet iunctus qui uixerat una.* in extremis sublato *plenus* iustus fit hexameter, tale tamen perplacuit additamentum (supra 402 et CIL. X 391 *filio incomparabili et omni pietate repleto*). ceterum *hunc titulum* et *parentum* Cittadinius exhibet

1572

Romanus nomin[e] | sum uocitatus,
quem | di Manes properarunt |
eripere inmaturum, |
quoius mortem acer[bu] | dolorem tulit [pater]. |
laetus uixi . . . . . | nam . . . .

CIL. IX 175 recognouit Kaibel Brundisii. uersiculi quidam similes paroemiacorum 1523 (*Romanus sum uocitatus, quem di M. properarunt*) et senarii 69, 3
5 i. morte 7 *uiuite nam moriundust* ne tantum quidem deest litterarum, *uixisset utinam* ... Mommsen ind. p. 804 commoto uersus termino, an *parum nam per(i)i?*

1573

Hic est ille | Visellius | Faustus situ[s, uir sancti]ssumus,
cui | dedi[t hoc Cya]mus.

CIL. VI 29031 descr. Henzen in uilla Pamfilia ara de lapide Tiburtino quasi pentameter *hic est ille situs cui* eqs. *cui* an *qui? oui* fere delineatum est, tum *dedi . . . . . xmus*

1574

D. M. s. | C. Iulio Seuero et C. Iulio Gracili eqq. Rom. | parentes filis dulcissimis fecerunt. | hi uixerunt Seuerus an. XX m. X d. XVIII, | [G]racilis an. XVIII m. VIII dieb. XVIII, | docti egreg(i)i iuuenes,

eodem u[trumque die] | fatum quos mersit acerbos, |
quos mater Iulia Seuera hic co[ndidit in tu]|mulo.
fecerunt sibi et suis lib(ertis) libertabusq. [posterisq.
eorum.

CIL. VI 1619 descr. Detlefsen extra portam Pincianam rep. marmor repositum in museo Lateranensi in hexametri exitu *acerbo s...* Detl., pentameter recuperatur hoc modo *mater misera hic*, in eo *quoc* tabula exhibet

1575

Dis Manibus | sacrum. | L. Valerio infanti |
raptus qui est subito, ⸢ quo fato, non scitur. |
natus noctis h(ora) VI | uixit diebus LXXI, | ab(i)it
noctis ab h. VI. |
quisquis eum laesit, ⸢ sic cum suis ualeat.

CIL. VI 28044 descr. Hirschfeld ad molem Hadriani in cippo. praescripta et subscripta est loci sepulcralis definitio (*post titulo quoquo uers. p. III*)

4 et 5, 9 et 10 quasi cola pentametrorum. CIL. VIII 2207 *u(ixit) a. XXXVI subito ra[pt]us, sine crimine, si[ne] dolore*

1576

Hic sum matris ab ubere raptus
compositus . . .

CIL. VI 23790 ex Suaresio Romae in fastigio puer erat fictus, tum inscriptum *dis Manib. C. Papiri Ianuari* cum carmine, cetera perierunt *matris ab ubere raptum* V. Aen. VII 484

1577

Cn. Domitius Cn. f. | Quir(ina) Optatus
pius | parentibus raptus ab | ingeniost.
uix. ann. XIIX, | h(ic) s(itus) e(st).

CIL. VIII suppl. 14632 uidit Schmidt Simitthu Africae 2 quasi iambelegus. a studiis raptum interpretatur Mommsenus recte, *ab* ὑπεκ-

1578

O formosa nimis semperque pudica maritis,

duobus recubuisti toris, ubi duos natos dedisti amoris.
qui primus ille fuit, si potuisset uincere fata,
hunc titulum laudis posuisset ille tibi.
sed ego infelix, qui te talem carui ecce modo
frunitus sexdecim annis castitate et amore tui.

CIL. V 7453, non iam extat in agro Vardagatensi. praecedit *d. M. et memoriae - Simplici haue - Statiliae Tigridis, uixit ann. XXXVI.* subsequitur *u(iuus) p(osuit) P. Vibius Verissimus coniugi incomparabili et sibi. Euphilus Simplicio* primigenii ex interpolatione deprauati numeri, uelut 4 cum exire oportuerit in hunc modum *tibi pro meritis posuisset* aut *posuisset coniuge dignum,* hic et sequentes uersus concluduntur in speciem pentametrorum

1579

Lupensia hic ego sum inlata Consutia Rufa,
cuius ossa leuiter tegat terra mate.

CIL. VI 21674 descr. Mommsen, Muratori 1703, 11 fuit Romae in columbario, est Veronae tabella ex sinistra fracta, litterae tamen huius tituli nullae uidentur periisse. prior uersus ad hexametri speciem factus est, *ossaque iam mater terra tegat leuiter*

1 Lupiensis, opinor, ex Calabria 2 *mate* sine *r* lapis

1580

C. Iul. Mygdonius generi Parthus, natus ingenuus, capt(us) pubis aetate, dat(us) in terra Romana. qui dum factus ciues R. iuuente fato colocaui arkam, dum esse(m) annor(um) L, pet(i)i usq(ue) a pubertate senectae meae peruenire.
nunc recipe me, saxe, libens; tecum cura solutus ero.

CIL. XI 137 descr. Bormann, Henzen 6406 Rauennae

3 i. iubente 4 i. usque ad pubertatem, maturitatem. barbarica et abusio nominis et praepositionum quae sexto demum saeculo increbrescit confusio *a(p)pubertate(m)*
6 cf. 415 *saxsus*, 848 *saxsolus*

1581

Hic est positus Fl. Her|mes quem Fatus longius | ducere noluit,

qui maluit luc|tum linquere quam gratias | reddere suis,
derisor auiae|s quia se dicebat nutrire | bacchillum summac senec|tae,
delusit fratrem patris quia | nimius erat blandus ad illum,
aui|umque suum adlectabat uoce | pusilla,
ut cuncti uicini dicebant | 'o dulce Titu'.
dunc haec agerentu|r, iuuenes de subito acceperunt | sui luctu parentes.
hic tamen | in biennio uixit quasi qui uixiss|et sedecim annis,
talis enim | sensus erat illi quasi prope|rantis ad Orcum.
itaque | tibi dico, qui nescis dulce | uoce dicere filii,
ne uellis | cupidus poene manere male.

CIL. VI 18086 ad ectypum, Fabretti 417, 370 Romanae originis tabula marmorea nunc Perusiae. clausulae fere hexametricae, postremus pentameter. lingua scriptoris adeo aemulatur carmini 477, ut hunc Hermen illo Vnionis amico natum credam

3 i. bacillum cf. 526, 9 5 i. auonculum 6 i. dulcem Titum 7 i. eius luctum 8 quasi aetate pubes 10 i. dulcem uocem dicere fili et salutatione bene facere sepulcrali 11 *malae* interpretatur Henzenus errore puto, *male manet* qui priuat honore uiolatue sepulcrum

1582

D. M. | fecit Insteia Tyche mater | et T. Fl. Optandus
parens filio | pientissimo benemerenti Q. In|steio Conuenienti:
fuit hic | uitae nitidus, culto decora|tus, formae speciosus: qui | et Astomachetus.
nunc leuis | adque meo iaceo tumulo, n|eque sentio quicquam.
et | tu qui legis ecce meum ti|tulum, moneo, fruere tu|nc uita data es(t).
qui uixit | annis XXII mensibus XI | diebus VIII hora

prima. | sibi et suis posterisq. eorum. | in fr(onte) pe-
(des) VI | in agro pe. VI.

CIL. VI 19683 ex schedis prope urbem in hortis, non comparet cumuli sunt membrorum dactylicorum 5 s. sine capite hexameter *nam fuit hic uitae nitidus cum* cauda gemina *cultu decoratus, forma speciosus* 8 ss. heptameter et fere sesquialter herous 12 *tunc* male scriptum pro *dunc* dum. contrario uitio *dunc* pro *tunc* CIL. V suppl. ital. 181

1583

L. Licinius | M. f. Pol(lia) Nepos, |
cuius de uita merito | pote nemo queri, |
qui negotiando locupletem | se sperauit esse futurum, |
spe deceptus erat, et a mult|is bene meritus amicis. |
hanc casulam in paru|o fecit supremi temporis |
sedem maiori cura | quam inpensa potuit. |
diis parentibus suis | hunc lapidem posuit | supremum semoto loco, |
suptus quem factum est | ut remanerent ossa | et cineres C. fratris et | sua ube requiescerent, |
et per quem testari posset | quam laboriose et non | secure uixserit.
qui uiuos | multis in futurum su(p)rem|a hospitia donauit amicis, |
cuius in hospitio requiesc(e)|nt, multis gratis | et amicis,
quos roga|t ut quod eis superat, suis | donent gratis,
ne uendan|t, uitent homines auaros,
auda|ces monumentorum | sacrilogos,
per quos | decessis numquam | requiescere licet. |
diis Manibus sacrum. |
homo, uiolare noli si te | moriturum putas. |
p(edes) q(uadrati) XII.

CIL. VI 9659 descr. Reifferscheid Romae rep. uia Salaria tabula scabra tofina. habes senarios u. 2 et 17 (*uio-*

lare-putas), praeterea commata modo dactylica (4 *spe deceptus erat*, *multis bene* fecit *amicis*) modo iambica (7 *lapidem* locat *supremum semoto loco*). ne plura, nam de his quoque alius aliter statuat licebit (cf. 2 cum 477, 5), itero tantum 5 s. *hanc cásulam in paruo fecit summi temporis sedém maiore cura quam inpensa puto* uel 14 s. *hominés audaces m. s. per quós d. non licet requiescere*
10 *surema* lapis 11 *requiesc(ere)nt* prop. Henzen *gratis*, multi enim ingrati deceperant eum secundum u. 4
14 i. sacrilegos. sic alibi *sortilogus*

1584

D. M. Iunia Sabina coniux incomparabilis, mater pientissima hic quiescit. cui bene merenti de suis sibi Iunii Callistratus coniux, item Maratho et Callistratus fili fecerunt et hunc titulum posuerunt pietatis honorem, aeternum coniugi et matri muneris officium.

CIL. VI 20908 descr. Bormann urbanae ut uidetur originis marmor, iam Rauennae 4 s. distichon restituit Henzenus archetypum *filius hunc titulum posuit pietatis honorem* (cf. 817), *aeternum matri muneris officium*

1585

D. M.
Primitiua haue: et tu quisquis es uale.
non fueram, non sum, nescio, non ad me pertin(et).
Alexand[er] actor coniugi kar(issimae).

CIL. V 1939 uidit Smetius Meldulae in Flaminia, alii Concordiae u. 2 paene senarius (tritissima tamen salutantium uerba, in turri Pompeiana incisum *hospes salue: salus sis, quisquis est, ualle* act. inst. arch. Rom. 1896 p. 224), 3 ex hexametro deformatus uidetur cf. 800 et 247, *non fueras, non es, nescis, non p. ad te* proponit Havet, *non sum, non ad me p. hilum* suppeditat Lucretius III 830

1586

D. [M.] | M. Vlpius Step[hanus] | V[lp]ia[e] Spei co[niugi] | sanctissimae et li[b.] | libertabusque poste|[risque] eorum feci[t]. |
cuius uotis indulgere dei, que | duo pignora matura

sensit sui, | et quod maxima uota cupiit, uirg(inea) |
manibus est sepulta mariti.
quam | ne lacrime[r]e precor, et potius b(ene) | dicas
Manibus oro.
quae u(ixit) a. LV m. IIII.

CIL. VI 29265 ex Cottalasso fuit Albingauni aduectum ex urbe poetica elocutio *indulsere dei uotis, duo pignora sensit iam matura sui et quod, maxima uota, cupiuit, uirgineist manibus post fata sepulta mariti* 4 *indulgere* perfectum ut *neglegisset.* cf. 1551 A 5 5 *maxima u.* pendet nulla structura ut parentheton. *uiuens* pro *uirg* supposuit Sanguineti 7 *quam l* | *ne lacrime* ɔe fertur. demptis *quam, et potius* existit hexameter

1587

. . . . . . nda ui . . .
. . . . . i terra cor . .
. . . . i aura qua inspir . .
. . . id eris obitus nil eris . .
. . . o et qualis monuerit arte . .
. . c]ognomem mihi Ofilius quias . .
. Ofi]lius Ianuarius u[iuus
fecit s]ibi et libertis liber[tabusque
posterisq. coru]m in fronte ped . .
. . . us qui est . . . .

CIL. VI 23391 descr. Gatti Romae uia Ostiensi magnae tabulae marmoreae fragmentum. citra uersum 7 fortasse carmen malum insignitum parastichide
1 *miranda uidentur* Verg. 2 *terra corpus humatur?* 3 *spiritus ibit?* 4 *id* satis incertae, *inspicias quid eris obitus* 6 i. cognomen. quis sim *ego, monuerit* sepulcri scriptura, nomen meum *quia signat*

1588

D. M. L. Publicius Trophimus heres institut(us) ab Va-
l(eria) Philete uxore mea in memoria karae coniugis
et mi posui stilibatam causa arae uiatorib(us).
bene concordes uiuite.

uiuendo fit minus una dies.
commemora tecum nil stomacandi:
haec nobis d(omus) perpetua.

CIL. III suppl. 9302 contulit Hirschfeld litterasque II saeculo adsignauit   Salonis in cippo
3 *mi* mihi potius quam mei, meam   i. στυλοβάτην qui pro ara esset aduenis, nisi datiuum istum separari oportet (edico uiatoribus)   4 ss. sententiae partim ex carminibus conlectae, 4 ex iambico, 5 maior pars pentametri, 6 et 7 dactylicae (*domus* solebat aeterna dici, securitas quies felicitas *perpetua*)   6 a superioribus interuallo maiore seiunctus uersus. interpretor: memento nequid stomacheris mortis, etsi potuit ille opinor genetiuum etiam ex *commemora* suspendere (in libris sacris *memoreris dei tui*). cf. 118

1589

...rtiae Cui... | coiugi et Petronio | Primitiuo lib. |
qui in arte sua quod fecit ma|le, quis melius? quod
bene, non alius. |
qui apud superos honestus uixi | plus fama quam fortuna.
qui | post annos tandem aeterna | sede receptus | silet.

CIL. V 5930 descr. Detlefsen et Mommsen   Mediolanii   pentametri *quod male, quis melius? quod bene, non alius* et *qui tandem aeterna sede receptu silet*, ille recte distinctus a Mommseno ind. p. 1199 et Leone qui uertit εἴ τι κακῶς, τίς ἄμεινον; ἃ δ' εὖ κάμεν, οὔτις ὁμοίως. media licet ad hexametrum reuocare *plus f. quam f. qui uixit honestus*

1590

Vt primum adoleuit pollens | uiribus, decora facie,
Cupidinis | os habitumque gerens,
nec metuam | dicere: Apollineus,
huic expletis | ter centum ter denisque diebus |
inuisae Parcae sollemnem cele|brare diem,
iamque ut esset gra|tus amicis,
inuidia superum cess[a]|uit amari.

Brambach inscr. Rhen. 1052 de uisu   Mogontiaci. praescriptum *aram d. M. et innocentiae Hipponici ser(ui) Dignillae Iun. Pastoris leg(ati) leg. XXII pr. p. f. Hedye-*

pes et Genesia parentes. miscillum ac seruo litteratore dignum infantis non annucli elogium quod nos quidem uellemus ἡδυεπέστερον, factum circa a. 160. nam A. Iunius Pastor ad consulatum peruenit a. 163

1 *ubi primum - facie* Sallustius Iug. 6, iterauit Fronto p. 108 Nab. 2 *os h. gerens* Verg. Aen. I 315 3 mancus pentameter. de infante supra 1535 *Dionigena pulchrior*, de inpube Mart. VI 29, 6 *Apollineo pulchrior ore* 5 i. inuiderunt 6 *ut* bene superioribus esset adiunctum, nunc melius erat *cum*

1591

[tu quisquis
properas, rog[o, paulisper re-
quiesce ante me[um tumulum. T. Variu-
s Q. f. Firmus sit[us est hic. qui ubi b-
is denos anno[s aetate ado-
leuit [e]t mater sper[auit ali per eum e-
ondique, en su[bito natum gremio
matris erip[uerunt immeritum
Par]cae cru[deles funere acerbo.
Q. Var]ius T. [f. . .

CIL. IX 903 a Lombardio Luceriae suppleui ad modum iusti carminis

1592

Q]uisquis iter carpis, uersos hoc respice q[uaeso.
December hic sanctus iacet, castissime am[anti
quen su[peri], o crudeli[s, r]apuerunt matri bo[naeq.
pulcer fuit iuuenis it[a ut opt]arimus diu es[se,
cui nec licuit misc[ro ad plenu]m uiuere annos.
formauit Valent[inianu]s filius pietate
sua lacrimand[um sep]ulcrum
et recolet Manes e[t uinciet o]ssa cor[onis.

CIL. V 3513 descr. Mommsen ('difficile legitur') ac partem expleuit, Maffei mus. V. 191, 5 Veronae. praescriptum *d. M.*, subsequitur *Aur. Vrsula coniu[gi] du[lcis]s[i]mo qui mecu uixit annos XXVI, [Vale]ntinianus et Decentius et . . . [pa]tri carissimo titulu ferunt* (i. fecerunt) *be[ne mer.*

1 sic pro *hos* 5 supplementum incertum, *plures mecum* similia excedunt spatium

1593

D. M. | et memoriae aetern(ae) | Claudii Messoris et Fl.
Dionysi|dis coniugis, quae sibi uiua | posuit utrisque,
quae uixit sine ulla quere|la,
quae felix fuerat | fato, si non plena dol|oris,
quae filios | duos caruit, cuius | unius nati mortem |
non interfuit lon|geque peregre|que.
mater orfana | uiua sibi et suis | posuit et sub ascia |
dedicauit.

Boissieu inscr. de Lyon p. 492, Allmer et Dissard musée de Lyon III p. 451 periit
4 *sat si* Gruter 770, 9 ex coniectura. substituto *nisi* aut *sed* hexameter fit 6 cf. Hor. s. I 6, 102 *rusue peregreue* hypermetrum

1594

Messori|us Florus uetera|nus leg. I M(ineruiae) p. f. |
hunc titulum | quem feci coiu|gi carae et mihi | uiuus —
oro flor(i)bus | Florum hilares | condecoretis am|ici —
p(onendum) c(urauit) et sub ascia | dedicauit.

Revue épigraphique du midi 1886 p. 184, 592 Luguduni in cippo fastigiato. omisi praescriptam memoriam Claudiae Felicitatis coiugis quae uixit cum eo annis VI. legitimi hexametri *hunc titulum feci uxori carae et mihi uiuus, oro floribu Florum hilares decoretis amici*

1595

D(is) M(anibus) | . . . ci Atti . . . . s . . . . opi |
ter] denos qui uixit annos c|[um] coniuge sancta, |
Lug]duni cui uita fuit cum | fama morari |
in t]rib(us) prouincis Ga[lli]is iiaslabi

Spon recherche de Lyon (ed. a. 1857) p. 35 Luguduni extra ecclesiam S. Romani
2 *denos* scripsi: *oenos* Sponius 4 tres prouincias Galliae agnouit Renier *tra(n)slabi* prop. Leo

1596

G(aio) Ars. Marciano optimo iuueni et pientissimo, offi-
cio inter conuicanos suos functo aedil(itatis).
hunc mihi inique inimica manus abtulit coniugem carum
et parentibus infelicissimis post ceteros unicum natum.
Atis Maria coniugi amantissimo et merentissimo.

CIL. XII 2611 descr. Mommsen, Orelli 259 Genauae Heluetiorum

1597

D. M. | Fla(uiu)s Antigon(u)s Papias | ciuis Grecus uixit
annos | plus minus IX,
quemad|modum accommodatam | fatis animam reuocauit. |
Septimia Don . . .

Cagnat in breuiario epigr. Revue archéol. 1893 p. 398 nr. 123 ex actis societatis antiq. Londin. 1893 m. Ian. d. 12 in oppido Britannorum Carlisle

1598

Marin(us) Catinai(us) | exitum et memori|am fecit Sili-
cio | Donato, sodali bo|no, q(ui) uixit an. XXV | et d. IX,
e[t] cui non f|uit datu patria et | populum frui | neque
parente | uidere,
ouennoo | in[m]a[t]urus obit fato hec|iptistudus artis

CIL. II suppl. 6109 descr. Huebner Tarracone marmor post u. 12 fractum. litterae saeculi II non malae, 'omnes perspicuae et certae', ut lapicidam appareat male legisse exemplar sibi traditum et corrupisse

1 *Marin(ia) Catina* Huebner 6 s. *et. dixec. u. inone* | *ult daeu* sic lapis 8 s. *er. ui* | *neo. ue parenie* sic lapis. *parentem* intellegendum, *parentes* Huebn. 10 *quin hoc* proposuit Huebner dubitans, *qui innoc(uus)* ego, *qui inico* Hense. an *quennoq.* pro *quandoquidem?* 11 *inaurus* lapis. tum *nec ipsi studius artis* [*profuit* coniecit Huebner, *decept(us) studiis artis* ego prius. iam retineo numeros hexametri *inmaturus obit fato hic coeptistudus artis* et nomen exiens in *-studus* (cf. καινόσπουδος), a litteris proxumum est *Aegypti*

1599

D. M.
Arrius Callistus uix(it) XX per annis.

quen tumulant Arriae Chia et Crispinilla patronas.
b(ene) m(erenti) f(ecerunt).

Notizie d. scavi 1892 p. 186 Caralibus Sardiniae rep. in sepulcreto christiano tabula marmorea. uerba composita in modum carminis

2 s. sic soloece pro *annos* et *patronae* 4 christianus si esset titulus, legeremus *b(onae) m(emoriae)*, cf. ibidem p. 184 *bonae moriae homini bono Ireneo* et *b. m. homo bonus innox et incomparabilis Munatius Ireneus*

1600

Qui quondam | ad superos | Mossius [Phil]o[xen]us, |
nunc tenuis anima. |
inq[u]iri[t]is patrata? | hic sanus, hic situs. |
quae tu oro [iac]tu stipis | a[g]e sis | curaque.
[dic prec]or: | aeternu[m u]ale.

CIL. VIII suppl. 12118, auctor est Poinssot, explicuere IohSchmidt et Mommsen prope fluuium Merg el-Lfl in prou. Byzacena uersus 1 et 3 senarium iambicum faciunt, cetera quoque iambis fere sunt concepta

1 cognomen prorsus incertum 3 *inqiiriiis* fertur i. hic uixit, hic mortuus est 4 *ade sis* fertur: *adi sis* editores. recte si tradita est stipis notio, dicit iste nihil aliud quam quod ipse tulerit impetrari a deo posse petique debere 5 in Lugdunensi titulo (Allmer et Dissard III 163, 254) *haue in aeternum Q. Anchari aeternumq. Mariane uale*, quae acclamatio propius accedit ad Catullianam 101, 10

1601

. . Heluia Fortu|nata mater
a[e]|de pietatis con|summata de|dic(at).

CIL. VIII 5418 a prioribus Calamae

2 pro senario habet Studemund iure opinor *a de* fertur, *aede(m)* Wilmanns, *laude* Renier, adde sis *sede*

1602

Victoris Biarci patris | pietas et dolor |
Victori filio dul|cissimo qui uixit an. | IIIII m. IIIII d. XIII
et d(ecessit) k. Oct. an(no) p(rouinciae) | CCXCVIII.

CIL. VIII 8491 contulit Wilmanns Sitifi, anno 337

1 *Marci* senarium conficit legitimum. Nouariae CIL. V 6535 *fecit pater eius deorum ira oppressus ruinae suae memoriam: o nefas, o dolor, o iniqua scripta mortis memoria*

1603

Transgrediens paulum pe[de], qua[e]so, resiste uiator
atque lege quae sine fletu reticere nequibis.
hic enim positus loculo iaceo infelicissimus ipse
patre duouiro questor(e). cui non licuit nisi una die
kalendarum Ianuariarum praetextatum patre uidere,
exinde lecto receptus, post diem uigesimum funeri red-
ditus, transgressus uitae annos XVI m(enses) X d(ies)
X lugentem matrem pia cum sorore, fratrem patrem-
que cum luce reliqui.
haec maerens C. Caelius Donatus C. Caelio Sedato pater
filio fecit.

CIL. VIII 9642 ad ectypum Oppido Nouo Mauretaniae Caesariensis, quae colonia a Claudio facta II uiros magistratum habebat

1 *peiqua* fertur, 'fortasse R et Q contignatae', *paulumper* proposuerat editor *resisiste* lapis 2 immo *religere* aut *recitare*. iustus uersus *atq. legas fletu sine quae*

1604

Quae fuerunt praeteritae | uitae testimonia, nunc de-
cla|rantur hac scribtura postre|ma. haec sunt enim
mortis ⸢ solacia, ubi continetur nom[i]|nis uel generis
aeterna memo|ria.
Ennia hic sita est Fructu|osa karissima coniunx,
cer|tae pudicitiae bonoque obse⸢quio laudanda matrona. |
XV anno mariti nomen acce|pit, in quo amplius quam
XIII | uiuere non potuit.
quae non | ut meruit ita mortis sortem ⸢ retulit:
carminibus defi|xa iacuit per tempora mu[l]|ta,

ut eius spiritus ui | extorqueretur quam | naturae redderetur, ⌈
cuius admissi uel Ma|nes uel di caelestes [e]|runt sceleris uindices. |
Aelius haec posuit Procu|linus ipse maritus,
legio⌈nis tantae III Augustae | tribunus.

Renier inscr. Alg. 231, Henzen Or. 7408, CIL. VIII 2756 Lambaesi   immixti sunt paene integri hexametri ut *carminibus defixa iacet* et *Aelius haec posuit*, senarius *quae non ut meruit mortis sortem rettulit* uel 21 s.
11 *marite* siue *maritae* proposuit Mommsen   16 sic Renier: *muta* praetulit Wilmanns non recte   18 i. magis quam, cf. CIL. X 1760 *sed is mihi debuit facere quam senectae meae dolum* (i. dolorem) *relinquere*

1605

D. M. L. Propertius Mustacus
solus qui matri relictus
hic tenet aeternam sedem,
qui u(ixit) XXV per annos.

CIL. VIII 6360 descr. Cherbonneau   apud Mastarenses Numidiae. parentes nominari uidentur in 6359 Iulia Credula sacerdos Cererum annorum LXXV et L. Propertius Mustacus ann. LXX. ex hexametris sumpta aut ad eorum speciem formata uerba, 4 uno pede breuior uersus. anapaestos dimetros tres Studemund finxerat

1606

Dis M(anibus) s(acrum). |
tu quicumq. pius uel inbenig|nus
legens titum q. meo fles ae|tatim q. mae
quae aute non debui ⌈ talem q. lucem nec tales superos ⌈ linquere
qua rem q. dicis   fui enim | hobes caro sponso cuius
q. m|ores timida semprer q. castitatem | uius q. caritatem seruaui   quia ⌈ etenim is a me merebatur
qui me | tam caste diligebat   uixi ad q. sim|plici-

ter in cuius o pudorem ¦ nemo nec iactare ne q.
apud caro | marito inodiari potui
o q. cum ſ q. tu sancta femina, potueris | tam caste
uiuere scio enim pos¦se te care diligi si meo q.
rito cas|titati uiuas quia ego post meum q. | obi-
tum multorum annorum ſ memoria marito reli(nquo)
sed ago | superis gratias, quod dum q. eo | uiueri nil
uoluptatibus meis | negauit, quia et ipsa meruera. |
Seuera Aug(usti) serua pia uix. ann. XXſIIII m. VI die.
XI. h(ic) s(ita) e(st). | fecit merenti coniux.

CIL. VIII suppl. 13134 descr. IohSchmidt Carthagini in principio iustus legitur hendecasyllabus. menda tituli omnia reddidi, nihil mutaui aut addidi praeter 20 ubi *reli* lapis. *q* uel *o* Schmidtius sine regula insertam putabat ut quae nota alibi nescio ubi distinguendis paragraphis inseruiret, ego scriptorem barbarum aut Graeculum ita balbutiisse credo qui particulam tam pro copulatiua quam pro completiua et auctiua habuerit (cf. talia *Elpis cum suisque filiabus posuit* CIL. III suppl. 8696)

2 *inbenignus* nouum, idem ualere quod inclinans ad benignitatem non quit sed quod ἀφιλάγαθος, etiam si parum benignus es 3 titulumque meum fles aetatemq. me(am)? potest tamen *mae(stus)* substitui cf. 20, potest explicari *leges* ut Mommsenus uoluit 4 i. quae autem, ego tamen: scilicet anacoluthos oratio. *non-que* neque 6 et qua re? quaeris 7 *hobes* opes, diuitiae ac siquid carius est, ut *lector opes nostrae* apud Martialem. *hoboediens* fecit Schm. *cuius q.* οὗ καί 8 corrigendum *semper* 9 *huius*, nam castitas puellae erat 11 fortasse *ad que(m)*, apud quem uixi. *aduixi simpliciter* Schmidtius interpretatur 12 corrigendum uidetur *cuius q.* ἧς καί *iactare* absolute modo hostili, nemo male dicere potuit 14 *inodiari* nouum, adduci in odium *o qu(a)ecumque* 15 *potueris* optatiue 16 si non est in lapide, at debuit esse *scito* 17 ὡς καὶ ἐγώ i. castitatis 21 *dum q(um) eo uiuere(m)* puto, *dum e(g)o uiuerem* Schm.

1607

Memoriae | Nauigi, u(ixit) a. XIIII | ut dulcis flos filius |
breuiter frunitus a|nima, ut rosa, ut nar|cissus.
parentes | December pater et Peculiaris mater filio |

[p]io digno fecerunt | fle(n)tes. uultus tuos intuendo
solacio prestas.
habebis memoriam tra.

CIL. VIII suppl. 19606 descr. Barillon   Cirtae in cupula, periit. prima in medio scripta ad *parentes*, cetera circum circa, *habebis* eqs. in latere dextro
2 fertur *uarcissus*. Theuesti de puella annicula *quae dulcior uixit rosa* CIL. VIII suppl. 16572   4 i. solacium
5 *tra* immodice detruncatum, *ultra* an *eterna*?

1608

Qualis fuit, Aconia, muneris ut meus fatus esset breu[is].
cunti fuimus pares.

CIL. VIII 3319   Lambaesi in cippo sepulcrali. inscriptio integra est, Aconiam adloquitur mortuus

1609

D(is) M(anibus) s(acrum). memoriae aeternae C. Valeri Saturnini, qui uix(it)
annis nouiens denis, prope conuenientibus annis.
h(ic) s(itus) e(st): o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant).

CIL. VIII 8233   in colonia Mileuitana   poeta fit scriptor, ut pro certo ac uero numero quem supposuit fictum excuset (prope XC annis)

1610

D. M. s.
atro dolore percussus ab iniquissima Fortuna erepto
mihi horum solacio cohibui lacrimas, quas tempus
detulit, ciues, et titulos fixi.
nam duos una dies et pestis acerba abstulit hos pueros.
hi Clemens et Vincentia sunt coepto nobis flore subrepti.
his Geminius Clemens [a] mil(itiis), col(oniae) pat(ronus), cum Placentina coniuge filis fecit d(e)d(icauit).
Clemens uix(it) an. VI me. VI die. XXIII, Vincentia . . .

CIL. VIII 9048 descr. DeCaussade Auziae in basi sexangula

4 *detulit* et *titulos* Mommsen: *letuit* et *ficulos* exceptum est 5 commata dactylica, *pestis acerba* Vergilianum

1611

Vlpianus b(onae) m(emoriae) u(ir) [o]mnib(us) honorib(us) perfunctus hoc tegitur post fata sepulcro.
filius hunc iuxta Castrensianus iacet a dextro,
iuuenis miserabili fato patris die quadragesimo mortis ereptus luci.
Vlpiano Siddina dulcissimo coniugi fecit d(e)d(icauit)q(ue). uix(it) ann(is) LVI. curante Sulpiciano genero. (anno) pr(ouinciae) CCVII.

CIL. VIII 9077 Auziae. annus est Christi 246. *coniux optimus hoc tegitur post fata sepulcro, filius hunc iuxta iacet, heu miserabile, fato ereptus luci* sic iustos numeros produci licet

3 i. post patris mortem die XL

1612

D. M. s.

P. Caledius Rufus, Parcae quos tribuerent,
ter quinos bis singulos peregi annos,
ingenio non humili, quo gratus aput magistros fui,
qui dixi scribsi pincsi bene,
puer doctrinae aeque dedidi mentem,
nam bis septenos cum agerem annos,
notas graecas quis in comm[atib]us m . .
graeco . . . . fices . .
. . . . . placui me . .
. . . . us requie . .
placid . . . o quiesco . .
reddito natu[rae spiritu] . . ero nihil m . .
multa nimi[s . . in]iqu . . concupisc . .
aliu casum . . requies . . [P]usinicu . .

en duram . . . . .
quand[oquide]m . . uixerim, il[li
perpet[uo dolebunt crudeli] mortis meae uulnere.

CIL. VIII 724, suppl. 12135 descr. Wilmanns et Cagnat in prouincia Byzacena (el-Khima) inuenta ara litteris saeculi III

1 *tribuerunt* aut *tribuere* expectabam 8 *commatibus* Wilm., dubitaui sed *commentationib.* spatia non capiunt. illud si uerum est, stichometria respicitur qualis in Demosthene et Tullio fiebat rhetorica, fortasse *more graeco utuntur dicendi artifices* 15 *requies manet Pusinicum* secundum Schmidtium? 16 ita Cagnat, *indurata* Schmidt

1613

D(is) M(anibus).
Vmbria Matronica
Maturitas hominum fui,
A me seruitus longinqua
Timoris numini huius et
Religionis, cui ego annis
Octoginta seruiui, etiam
Nudo pede, caste et pudice et
Instanter uniuersae terrae
Ciuitates apparui et ideo
Ab ea sic merita pertuli,
ut benigne me | Terra reciperet. |
u(ixit) a. CXV. | h(ic) s(ita) e(st). o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant).

Renier inscr. Alg. 4182 (CIL. VIII 7604) in agro Cirtensi. adhaeret sinistra titulus hic *d. M. M. Mundicius Saturninus u(ixit) a. LXXXXV h. s. e. o. t. b. q.* uersus 3 iambicus dimeter, ceteri fere totidem syllabarum

3 cf. CIL. VIII 7384 ubi Ingenua *dulcissima mater, omnium hominum parens obnibus subuenie(n)s* dicitur eademque *tristem fecit nemine(m)*, Matronica tamen minus profectu aliorum quam suis annis nomen istud meruit. deam maturescentibus Romani praefecerant Matutam (August. ciu. d. IV 8 ubi supponunt Maturam) 4 *longinqua* non est procul a me remota sed diuturna. longa quam seruiui

numini (Terrae?) metuens ac religiosa seruitus erat

9 *instanter* quasi instando siue insistendo ciuitates, nam instare, insistere tam uiam quam uiae homo dicitur

1614

Sallustia Prim[ula.
Pr]imula prima fui T[i-
ty]ro generata puella.
iun]cta cum domini(i)s Si-
sen]niae Attici Barbari
ue]num data su Sall[ustio
C]aroso quem fata n
et sibi coniugiun
ser]uaui genui spiritu [reddidi?
uiiuno arc . . . i . . . a
it ouans ossa iin . . .

CIL. VIII suppl. 15333 ad exempla Wilmannsi et Schmidti atque ectypa Thubursici ara inserta muro litteris malis euanidisque: 'paucae a dextra sub muro latent, a sinistra perierunt'. quare secundum lapidem uersus discribere satius uisum est, praesertim cum carminis nullus excepto principio certus sit. potuit acrostichis esse *Primula*, immo fuisse eo demonstratur quod non refragantur nisi quorum nobis arbitrium eligendi datum est nomina propria, u. 8 in ectypo Schmidtius *ae sibi* legi posse ait

4 *facta cum dominis* quos libertos aut adeo seruos putat, *donum data* proposuit Schm. 7 sic Schm. *quem iiran* Wilm. expectamus *qui me man[u misit* 8 *coniugii uad* Wilm. *coniugio iun[xit* talia Schm. fretus ectypo. tum *domum seruaui* sim. supplendum est 9 fin. sic Schm., idem 11 *condid]it.* sententiam opinor talem *in uno arcam* laeta *et ouans ossa tenere* mea coniugisque

1615

D. M. s.
Bona suis moribus V
Rbana et sanctA
Erat cum suo Gaio L
Aiti. d[i]gna coniunx, tE

Adoro. memor[ia tu]A
Vtriusq. nostra, S
Et quaerendi tuaE
Memoriae rari sunt ti[T
V[li]. t[i]bi nostrae benae: [Hi
Laris ad te et in bonO
Iamus, multis annis C
Elebremus hoc noS
Redi[am]usque. pos te cA
Ra nisi tua bona fama
A] . . [i]nnoce[n . . .
R . . . uera it . o . . .
A puid . . lc . . . . .
Eras nobi[l]i . . . . .
. . . uerugiu . . . . iinon
. . . . atis i u a f
. . . . f
To . . . . sa
Paena . . . .
Vota sii . . . . . .
D tuam o ca[ra . . d
Isc[e]t et hos cs . . .
C]apita uersoru[m] . . ego
et saluto te, Brea dul
cissima, que [i]ntegrae
u[i]xs[isti, praeg]nans obit[um
nat]urae [red]didist[i
. . . . e
. . . . tor

CIL. VIII 2005 descr. Moll festinans et paucis post diebus ad comminutum lapidem frustra reuisit. permutatas in describendo *c* et *g*, *e* et *f* sim. non semper indicaui

Theueste parastichida efficere primas et postremas litteras non fugit Rossium et Mommsenum add. p. 939. certum est *Brea aue mulier*, tum Rossius proposuit *b[on]a f[rugi] pudi[ca*, ego *rarae* formae [*e*]*t pudic(itiae)* agnosco. in postremis inest *ualeas et hoc sa[crum hab]ea[s?* in imis, si ad ima trames decucurrit, fortasse *d*]*ole*[*nt*]*er*

4 dubites utrum *laete* an proprium mariti nomen. in fine *tL* traditur 6 s. *s it quaerindai* 8 s. *sunti* | *ut tsbi nostrae benae ii iaris.* fuit in fine 9 *h* cum *i* conligata numeraturque in telestichide *h.* tamquam conuiuantes adclamant mortuae 'bene', cf. CIL. VI 26554 *salui huc ad alogiam ueniatis hilares cum omnibus* 13 . . *usqusposteca ba* 14 post *eama* (i. fama) nihil apparet amplius: parastichis *cast-* flagitat 18 principium *fras* 27 *adita uersoru . . maeco* fertur. [*per*] | *capita uersoru*[*m no*]*m*[*en*] *co*[*nst a*]*t*, *saluto* Rossius. datur *relego et* 29 *oui pniegraf* exscriptum: *quae integra f*[*ide* Rossius 30 *uxst* . . . tum *nat*]*urae* [*tra*]*didist*[*i spiritum* Rossius sed cf. CIL. VIII 2557 uel 10892 ubi item moriens dicitur *obitum naturae reddere*

1616

M] . . . . [M
A] . . . . [A
R] . n . . . . [R
Ti . . . . [T
Inaiu . . multos sintiiusos semper ii . . . . [I
In ciuium felix duxit. et maiestas dei i[nuicti diuI
Na Martis fabricata manu constat: dei num[en ingeN
Vi uidit factum similem sibi suo cum [uoltV
In melius reformatum, fuit imago certa sig[nI
Cum uenerabilior uoltus sit: et omnia signa siC
Tanta opera perfecta ipsa religio demonstraT
Omnis quae fecit castra nitere sua PerpetuO
Cilonio fabricante. cuius amor crescit adhuC
In numerum maiorum, quia hoc p(a)rat at dius in[ferI
Laetam uitam habere et fama meliore se no[bis nihiL
Ostendit. uerum et uotum fecit libens anim[O
Nam Martensibus gymnasium uinumq. dedit: si[N

Inmerito, quia soluit donum numini, praesta[rI
Vt certe iussit et signum pe[rf]i[ci] suo num[eratV
Sic iioiim edidit of . . . . . ic . . rt . . . . . [S

CIL. VIII suppl. 14365 descr. Cagnat et SalReinach Veculae Afrorum acrostichida etiam Hirschfeld et Ioh. Schmidt agnouere, telestichida ego mus. rhen. 48 p. 89. στίχοι contignatis in lapide quibusdam signis litteras tot fere quot in Vergilio ac libris moris erant habent, tricenas senas aut paulo plures. artificio titulus superioribus cognatus est, dispar argumento. nam uiuo Martenses Cilonio gratias agunt bene merito de numine suo collegioque et municipio exornando. certe antecessit ille aetate Optatianum Porphyrium

5 *sinteiuxis* Schmidtius in ectypo legere sibi uisus est: *simulacris?* 6 *inomum* descr. Cagnat: *inclutum* proposuit Schm., fortasse *ingenium* exitum iam suppleuit Schm. 7 deus uerus suam uidit imaginem 12 pentameter *omnis* (deos scilicet) *quae fecit castra nitere sua* (aediculas nitidas habere), memineris autem Afros etiam *castram* dixisse. Mommsenus *omnisque* maluit 14 uidetur etiam maiora Cilonius uoluisse fabricari, *cuius amor tantum mihi crescit in horas* V. ecl. 10, 73 i. ad deos inferos, nam *inferus* aut *inferum* a posterioribus ὁ ἅιδης uocatus est 19 *peiii*.. Schm. legit proposuitque *perfecit, dedit*.. Cagnat *num*... descriptum est, itaque non fuit *nutu*. nouum feci nocabulum quod idem ualeret ac *sua inpensa. numini* dubitans Schm. 20 *sic dotem edidit officii?* hoc satis certum, quia *of.otcieiiiici* Cagnat transcripsit

1617

Castula puella ann(orum) XLVIII redd(idit spiritum)
VI idus Martias properans kastitatis sumere premia digna.
meruit inmarcibile(m) corona(m). perseuerantibus tribuet deus gratia(m). in pace.

CIL. VIII suppl. 17386, eph. epigr. V 824 in opere tessellato Thabracensi Afrorum. adsertum christianis dictis (τὸν ἀμαράντινον στέφανον I Petr. 5, 4) carmen tale *sumere iam properans pietatis praemia digna* (cf. 858, 6)

1618

Intus hoc | iacet iubenis | flore cultuque | corporis

praes|tantior, te nemo | sodalibus tuis | sublenior,
nic cessit a t|e coerat cr delatecum | d(e)o b b.

Notizie d. scavi 1891 p. 320 designauit Colonna Puteolis in silicea tabula litteris aeui christiani rubricatis
5 *praestantior* fortasse pro superlatiuo, quia *te nemo* aegre diuelli potest ab subsequentibus 7 *subl-* aut *subi-*imago: uidetur idem ualere quod *suauior* uel *submissior*
8 haec non intelleguntur, dubites an *cofrat* incisum sit. *nec cessit a te, quo frater delate cum deo uiuis?* christianum nomen honorque iuxta sanctos sepulti? 9 *d* in se habet inscriptam *o* aut eius simile signum, *b b* alias est *bonis bene*

1619

Hic quiescit ancilla dei, que de | sua omnia possedit domum ista, |
quem amice deflen(t) solaciumq. requirunt. |
pro hunc unum ora subolem, quem superis|titem re(li)quisti.
eterna requiem felicita|(ti)s causa man(e)bis.

Rossi inscr. christ. Rom. I 133, 288 in uilla Albania tabula grandis. continuatur *IIIIX kηlendas Otobris | Cucurbitinus et Abumdantius hic cimul* (i. simul) *quiescit | dd. nn. Gratiano V et Teodosio Aaugg.* anno 380, subsequitur coronae et columbarum effigies
1 *oue* pro *que* lapis 2 i. quam 3 *requisti* lapis
4 ita Rossius: *Felicitas* pro mortuae nomine Marinius cepit

1620

Indicium future pudicitie, Gerontia, sa|pientie lumen,
moribus eximiis decus | omnium merueras uibere seclo. |
genitoribus subito miseris rapta es e | flore iubente
post undeci annis | additis XXIII diebus.
eu miseranda | nobis dies pariter quam multa tu|listi
Stercorio et Dizaneti, qui | contra uotum hos titulos memori|amque locarunt.

CIL. V 1666 ex schedis fuit Aquileiae, superscriptum monogramma christianum. hexametri interpolati (3 fac *quis subito,* 6 *qui contra u. h. t. tumulumq. locarunt*)
3 i. iuuentae 5 i. heu

1621

Epytafium hunc qui intuis lector, |
bone recordacionis Agapi neguciatoris | membra quiescunt.
nam fuit iste stacio | miseris et portus eginis,
omneb(u)s apt(u)s fuit, praecipuae loca s(an)c(t)orum adse|due et elemosinam et oracionem | studuit.
uixit in pace ann(u)s LXXXV, ob(iit) | VIII kal. Aprilis LXI p(ost) c(ons.) Iustini indict. quarta.

Allmer et Dissard mus. de Lyon IV 143, 462 cum imagine, LeBlant inscr. christ. Gall. I 40, 17 Luguduni in tabula lapidea alba. annus indicatus est 601. *t* ante *io, ia* syllabas *c* litterae cessit ubique

1622

Membra fulgent hic urna
Anus religiose
Rite carne deuicta
In sobria, fama casta,
Arce celesti et aula,
sum tecta hic saxea caua.

Huebner inscr. Hisp. christ. 130 ex Morale qui saeculo X adsignat Cordubae acrostichon *Maria*
2 i. religiosae. syllabae ad numerum respondent, quamquam consonantiam spectanti deesse uidetur uelut *sancta* 4 in sobrietatem 5 *aula* coniungo cum *caelesti*, et quomodo in carmine Hisp. supra 721 *haec caua saxa - continet membra* legimus, ita *saxea caua* pro saxea cauerna clausurаue accipio

---

1623

rna poli . . . . M
andus ad . . . . E
F ca sacra fl . . . nu M
D Tyrrheno m . . . O
E rum quanta . . . R
S ancte tui sp . . pli I

V itisator genu V
O mpte tuis . . . . . S

Poulle in actis soc. arch. Constantinae XXVI 1892 p. 406, misit mihi Dessau Satafi Maurorum. ibidem inuentus titulus CIL. VIII 8391 *Libero patri de suo Memorius* cohaesisse cum sinistro lapidis fragmento dextrum istud ostendit, carmen Libero patri *f(ecit) de suo Memorius*

1 *templa superna*, 2 *uenerandus adisti*, 3 *mystica sacra: fluctu*, in fine *manum*? tangitur fortasse de Tyrrhenis nautis fabula (Ou. met. III 576) 6 ss. *sancte, tui spectans ueteris noua marmora templi, uitisator, genuit quem Iuppiter ipse, bimater, compte tuis hederis adsis faueasq. precanti*? ac potest etiam *splendor, spatiis, spargens uuas ad limina t.*

1624

. . ueste adu .
. ne]bride cinctu .
. . iti dracen[a .

Eph. epigr. III p. 301 n. 146, CIL. VI 30159 descr. Henzen et Iordan Romae in foro marmor, litterae minutae saeculi quarti. uidetur ad sacra carmen pertinuisse mystica 1 *nfste* Iord. uelut *aduena longa* 3 *ora cen* Iord. hoc *dracaena* est, illud *Trioditi*?

1625

deq[ue . .
non n . .
qui sac[ra .
4 sic uol . .
5 uera r . .
Roma . .
Itala . .
sed qu . .

CIL. XIV 2249 in monte Albano. carmen fuisse uidetur precantis sollemnia quibus conuenit *sic uoluere dei*

1626

. . leui nigrore nite[ntis
. . u]ario collecta t[uetur

CIL. VI 30258 descr. Huelsen in epistylio marmoreo rep. pone S. Cai ubi fuit domus Nummiorum, litteris elegantibus saec. IV uel V 1 marmoris?

1627

. . s honorem migro
. . udes et p . .

CIL. VIII suppl. 11091 Taparurae in prou. Byza-

cena opere musiuo. 'possunt fuisse hexametri' editor 2 *laudes et pax?* nam distinctio post secundam a *p* tertiamue litteram quae fuit adhuc cernitur

1628

Praecipitat f .
adiutus . .
3 frigoris . .
4 perdide[r .
rauca s .

Notizie d. scavi 1884 p. 346 descr. Lanciani, CIL. VI 30147 Romae rep. in Esquiliis marmorea tabella fracta ad dextram, stilo incisae litterae 1 potest legi *praecipitate*, num sepulcralis titulus est? 2 fortasse nomen proprium *Adiutus*, nisi praecessit *furor* aut *fluuius* 5 *amnis* | *rauca sonans* V. Aen. IX 125

1629

uero ex semine p
. . s . . sed naeus a
3 Alcmenae pueri mem[or
4 uocnatus syiiitioc
treis ann supe

CIL. III 562 ex Fourmonti schedis Athenis. carminis fortasse epitaphii reliquiae incertae 1 fertur medium inter *mero* et *uero* quiddam, *p*]*uero* Mommsen. tum *patris?* 2 *sed natus Athenis?* 3 *atcmenae puepi* fertur 4 *cognatus*, *prognatus?*

1630

Attalus ha[ec f]eci [rebus sple]ndore paratis
quas fudi ga . . . . sui tecta dicare
Vulcano qui . . . ius haec linqui . .
natis cum . . . . s olim canentes . .
mortali . . . . . uicogap . . . . .

CIL. VIII suppl. 13473 descr. Delattre Carthagine tabula marmorea duodecies fracta reperta inter christianas reliquias, tertium decimum fragmentum (initium u. 3) repertum editumque ab eodem (Mélanges d'archéol. Romae 1892 XII p. 271) Dessauii beneficio cognoui 2 uelut *gaudens ignis ui* 3 *linquere?* 4 *canente senecta?* 5 *cogar?*

1631

c de
rae g
l]onga s
as ter den
e inuitae d

kari comple[xa
ca potens mis[er
ne]c adest rebus lu[x
ue meis miserab[il
q. materq. miseri
bonus, flent pig[nora cara
e genas sine fine [dolentes
i fata obstanti[a
bis Tartara nig[ra
dign. de coniuge a
am cum gloria qua
dolor qu]em mulcendo rogi[tamus
ut deus hanc animam supera]s redducat ad aur[as.

CIL. X 5631 (IRN. 4431) ex Cayro marmoris optimi fragmentum inuentum Fabrateriae Nouae ibidem ubi Apidiae Iustinae a Frontone patre positus titulus CIL. X 5605 agitur *dign(a) de coniuge* quam flent maritus liberi parentes. litteras aliquot et uocabula adieci monstraturus sententias 4 aetas *ter denis* constitit annis 7 *Parca?* 11 *elent* fertur, em. Mommsen 12 *et lacrimis sparsere g.?* 13 ultima littera post *i* fertur recta similisque illius. si fata obstantia uellent, communia nobis Tartara essent 15 *adempta, amantis* tale 16 sedem illi mansuram cum gloria quaerit, haeret mihi corde dolor

1632

t . s . isto pietas in
. . maa . . florentis
ephebi ch . . m pims
4 . . suam . . . .
5 quem superi . a es
. docil . . . iac . . .
h...m post nf rapi.

CIL. III suppl. 8175 descr. Evans Vlpianae Dardanorum in arula, litterae de industria deletae dicuntur tres fuere hexametri huiusmodi *clausa isto pietas tumulo est florentis ephebi, qui matrem usque suam dilexit, quem superi annis et docilem factum et tenerum post hinc rapuere*

1633

p . co flamini . car
. uir pat . arelate
tuerat patri carissi
4 obus a n dum uitam
5 cruciatur.
ris mortal . e
ri ra quemar
8 in up oremque anim

9 o.q. ine crimine
t.r io marmor.
equiesco sep
12 ce super.s e
13 is.uot s con
buente summa po
rea us o usque ani

CIL. XII 712 descr. Herzog in museo Arelatensi, frustra quaesiuit Hirschfeld prima Herzog sic expediuit *Veratio*] . . *flamini c*(*oloniae*) *Ar*(*elat.*) [*quaest. duum*] *uir*(*o*) [*colonia Iul.*] *Pat*(*erna*) *Arelate* . . *Verat*[*ia*] *patri carissi*[*mo*, carmen ut nimis truncatum non attrectauit perpauca intelleguntur, 7 *terraque marique*? 9 *sine crimine uitae*, 10 *marmoreo requiesco sepulcro*, 12 *quod superest*? cum uotis *tribuente deo, sic summa potestas*?

1634

Imi . . . . i uirgo . . | ạc̣to . patre crea[ta] |
. atc̣ii . . ạ nupt[a] | . . c̣ịpa . . . . i . . |
huic l . . . i ạịc̣ . ram | huic ac̣rụ . . . ecun . ụ |
concọrdes amb[o] se|dis parilis [trib]uer[unt.

CIL. VIII suppl. 18965 ad ectypum Thibili in lapide fracto supra et dextra litteris corruptis praescriptum . . . *eicla* (*et Cla.* pro *Claudia* conicit IohSchmidt) *Rusti* . . | *u*(*ixit*) *a. XVII m. V: a* . . ., subscriptum ut de una *h*(*ic*) *s. e*(*st*). bini lapidis uersus metricos singulos implent 1 *immiti* et 2 *fato*? *actore* coni. Schm. 2 primae an essent *arte* dubitauit Schm. *pa* Schm. *pat* fortasse recte Bernelle excepit, *patroni*? 3 *locum, huic aram, huic agrum sua pecunia* coni. Schm. melius erat *atq. aram*, neque *agrum* probabile per se est et ultimum expectatur *secundus, nec unus* tale 4 *ambo* pater et maritus. tum Schmidtius cum Mommseno *se*[*de*] *dispari l*[*oca*]*uer*[*unt*. is ipse *disparil....uer* enotauit, Bernelle *disparitis...uer*. malo *sed disparilis*

1635

te h
ecta
re]lictus
isti in e
5 i diceret oss
ium hominem
te]stimonium rei
8 xisti fidelis te a
9 intrasti in cu
iu]dex Romae sine
cisti fidelis sp
12 annos nihil est
profectus cum a
or subtequae eu
ntes in officio qua
16 bi claros uene[rand

17 intrasti coh(ort)
a]ment ubique tuu[m

19 non comparo ua[nis
n sancta fides

CIL. VI 30214 ex Donio fuit apud marmorarium ad S. Mariae in Montibus elogium uiro inlustri scriptum Rossius putauit, dactylorum reliquias Huelsen. postrema 18 ss. poetica, priora oratoria interdum mollius structa (*qui diceret ossa* dactylica sane sed imperfecta et cincta his *in eum nefarium hominem t. rei publicae causa dixisti*) 7 *rei publicae* R. 9 *curiam* R. 11 *fecisti?* 13 *Augusto* R. 15 *agentes?* 18 *proclament* R. *nomen* corrigit H.

1636

. .
.
.
.
.
.
o
iu
isa
omiia
pera
iiii
du?rum?
i]n[fe]rri
m l . a
isii iniu.
ca iremi.
imopariti
i a i m p a r
iuauit ii cii
usa? anni[s] uixit
inrinum . . ibpsi
niius. . . ii . iista
m?io o u ii mica fi
ciuo iiiiisiio . . i
miiii ii

nii nul i
it[e]mpore ce[rto
ci rarior
irpia mouii
dum miii ac iii
u . fontis mag
ni in qua o
mo . ocn n
cuii inim
m leuis urg[et
orna[t]i partibu[s
siiiret sicus muciulab
a.aiiiicnio uni
amii et iungi parenti
ie coniuge car[o
uia prima soror[um?
nes ista parente[s
mas aperire tica.i
nt in terra fauilla[
p]ietate meorum
oi mihi fata deder[e
miiiiratum his uersibus u[
ius adornauit tumul[um
uitam attribuit mi[hi
multum tibi opto salut[is
bene quiescere flor[e.

CIL. VIII suppl. 14455 descr. Cagnat, dextram partem

inferiorem ex ectypis aliqua tenus correxit Schmidt in regione Vagensi Afrorum. supra corona fracta uisitur et post euanidos uersus praescriptum [*d. M.*] *s.* uidentur hexametri in lapide suum quisque uersum obtinuisse, ut a principio et in medio haut multum perierit speremusque titulum aliquando lectum iri melius, dextra apparent exitus ut *pia mouit, fontis imago, culpaeq. inimica* 14 *iunge parente*[*s* Schmidt, rectius *iungi* Cagnat, si recte intellego ad sinistram excepta *iiirri* (nam potest 13 *monimento uni*) 19 *iam pariter?* 21 *uixi tot quot mihi* 22 *inscripsit - gratum - umbrae?* sed *iiii rarum* legit Schm. 23 *funus adornauit tumulumque?* 24 an in fine nihil deest? *fato, qui sic aeternam uitam attribuit mi* 25 s. ad sententiam *nunc tu quisque legis - adfuso mihi si dederis bene quescere flore*

1637

M(anibus) C. s(acrum)
L. Pontius Ex-
tricatus sibi
suisque fe-
cit
admodum i . . . . .
is . . . x adulta
. . ui uita breuem
. . bit ii nis die . .
. . . . . am secura
. . . . . it nomen
ci . . . . . . rstes
hi . . . . r
inta . . . .
kara mnni . . .

CIL. VIII suppl. 17261 dederat Reboud prope Calamam Thagastem uersus cippus sepulcralis 6 - 15 hexametri aut dactylicae φράσεις conscriptae de Pontii filiola, ut opinor, *C(ara)* in hunc modum: *admodum infelix et uix adulta obiuit, uita breue implebit X anis dieb..., iam secura quiescit, nomen certe superstes hic tibi semper in titulo, mea Kara, manebit*

1638

dis M]anibus
. . e coniugis
carissi]mae et Mercuri
qui decepit] me Chronius
. . . i felicissimus feci
. . m discordi maritum
. . tia Clotho ha[e]c ser
. nas ualet mihi cara pe
. inos paruolum hic an
n]os binos ter[q. quate]rnos
e]t duo menses
. . s infelix nundu
dep]onere luctum co
. . conplect . . . u
. . . et prima me
. . . . equ . .

CIL. VI 22413 descr. Henzen in museo Vaticano marmorea tabula confracta si excipis dextram. carmen in-

cipit u. 6 5 puto *i(n)felicissimus* 6 reddidit miserum *discordi maritum* sententia *Clotho* 7 *ha[e]c* aut *ha[n]c*. utrum *ser* lapis haberet an *ter* parum certum uisum est, *seros praegnas?* 8 *pe[r an]nos?* 10 *ter [te]rnos* non explet hiatum 12 *condimus?* 13 *coeperam?* 14 *ple* in *conplect* minus certum

1639

Amissum mater cru[deli uolnere natum
planctibus assidu[is queritur . .
occidit ac saeuo sic . . . .
nunc karo [f]ecit . . . .

CIL. VI 30150 ex Donio. AL. Burmanni IV 294, Meyeri 1491 fuit in S. Clementis 1 *cruciatur questa Seuerum* prius proposui 3 *sic* mater corruit ictu 4 post *nunc* dimidiatae litterae, prima talis quam *m* magis legas. *fecit* titulum miseranda sepulcri

1640

Tu qui praeteri[ens titulum nunc] | perlegis istum, |
ut discas bene ui[uere . . .] | ace c . . co . . . tiss . . .

CIL. VIII suppl. 19052 dederat Bernelle Thibili Numidiae praescriptum *M. Sittius M[artia]lis uiuo sib[i mo]nimentum [fecit], uix(it) annis C...*, plures uersus in fine periere, unius particulas litterarum uidit auctor praeter eas quas expressimus 2 *age* IohSchmidt. parum credibile *mortem age corde petisse*

1641

Diis fretus, uitae intrepidus mei . . .
fatorum inmetuens rerumque i . . .
uictorem statui nostrorum cu . . .
conser . . . m suoii . . . . .

CIL. VI 30120 ex Zarattini Castellini schedis fragmentum repertum inter Caelium et Palatinum, *u* bis picta rotundior 1 *mente integer? intemeratus?* 2 *inmetuens* nouum uerbum fictum ut *inmerens* uelut *ignarus in urbe* 4 uictorem statui *cum* uoluisset se *conseruorum, subito* τὸ μηδέν?

1642

. rat . . . . littera . .
ip]se legens tumulum c[redas ossa ae]gra tul[isse

o]ptans ut celebres i . . . dor . . .
h]anc laudem felici an[imae . . .

CIL. VI 30137 descr. Pellegrini et Bormann marmor prope circum Maxentii inuentum 1 *f]rat-* aut *mat-* incertum tale ult. *maesta?* 3 *laeto stridore choreae?* 4 uelut *sub Tartara reddant*

1643

ipse pa[ter lacrimans] | sculpsi puero [monumentum] |,
qui miser in piscina p[eriit]. |
uixit annis III mens. VI

CIL. IX 6318 ad ectypum Teati Marrucinorum columella fracta 1 *p. infelicissimus* Mommsen 2 *p* extrema incerta, potest *interiit* et completo disticho *calida*

1644

Q]uis gemitum mortis ue[lit . . .
aut cui tot lacrimas . . .
coniugis . . . . . .

CIL. VI 30158 ex Donio qui duos praeterea uersus euanidos neque uero ubi fragmentum fuerit indicauit 1 exaudire nefandum 2 referam quas funere nostrae

1645

Hoc ia]ceo tumulo car[o dilecta marito
. . . coni]unx quae nomin[or .
. . . . . noui uirgo castum | . .
. . . . a sine crimine uitae |
. . . . mis]erata parenti
sed | . . . . e
contigit et c| . . . .
m]ortales du[m
dies et |
ue u|

CIL. VI 30152 descr. Detlefsen in museo Lateranensi marmor 5 an *insperata?*

1646

. . . . . . s |
. . . . ge]rmana | marito
. . . . . .

dummodo [n]e ex | . . um
consuerunt | . . s]epultos
mittas | . . ni cum flore | . . .

CIL. VI 19036 descr. Bormann Romae extra muros rep. marmor. infra restant haec *uixit ann... I m. XI d. XXII* | [*in fronte p..*] *in agr.* | [*p..* carminis uersus disposui qui modo longiores modo breuiores fuere uersibus scalpturae 4 *ne* suppleo, *se* Henzenus. finxi *dummodo ne extra hortos, animum qui ducere nostrum consuerunt, cineres componas rite sepultos, mittasque inferias omni cum flore quotannis*

1647

. . . la mores
eueni| . . sua]uis amoris
ut n . . que priorem
sed | . . dulce feror| . .

CIL. VI 30154 descr. Vaglieri rep. in Tiberi 1 *sedula?* 2 euenit mihi coniux? 4 *dulce feror* fortasse principium hexametri

1648

d . .
qui li . .
ex poi . .
quisq. pot . .
tanquam a
6 quis credat subi[to
sic nos ruitu[ros
quod casu . .
rec . .
o . .

Notizie d. scavi 1882 p. 67, CIL. VI 30136 prope urbem uia Appia 1 *dis M.* opinor, carminis initium a 2 fuisse uidetur (*qui legis?* 3 potuit esse *ex popul-* uel *port-*). bini lapidis uersus singulos carminis aequasse, 6 7 pleni numeri fiunt addito *fato*, ut Ouidius ex P. IV 3, 36 *et subito casu* inquit *quae ualuere ruunt*, 9 *recent-?*

1649

Im]matura dies fa[ti
eripu]it iuuenem q[ui
et c]astos semper
4 s primum ti
ta pau
am s
i

Notizie d. scavi 1889 p. 67 descr. Gatti, CIL. VI 30145 descr. Huelsen rep. in Subura grande marmor aeui infimi litteris bonis 3 *mores seruauit* Heuse

1650

ina sistam e uersu
. . tamin pl . .
3 sexaginta mi[h]i
4 per ann[os
uxor perpetue f..

CIL. VI 16613 ex Passionei exemplis duobus, Henzenus enim non uidit nisi primos tituli uersus *dis Mani* ... | *C. Cupi* ... | *termin* ... | *Octauia* ... | *Poll* ... neque in his tantum quantum Pass. legit Roma translatum Forum Semproni. carmen fuisse patet in quo restitui tamen paene nihil queat, corruptissimum exordium est, puta *infaustam e uersu nostro cognoscite taedam* 2 ita unum exemplum (*tamen plus?*), in altero totum hoc omissum est et duorum inter 1 et 3 hiatus uersuum notatus 3 *mihi* Henzenus: *m. IIII* Pass. bis. hexameter fuit unus *sexaginta mihi uita est producta per annos* 5 *perpetuae* Pass. semel. potest fuisse *perpetuae famae*

1651

O miser . .
ereptam e . .
3 hic iaen
4 faemina
quasius
ter denos

CIL. VI 30164 ex Suaresio ad portam Latinam simul cum hoc fragmento transcripta *Plani* .. | *et* | [*ue*]*rnae s*[*uae* et ..*luppus* | ..*uni* 3 *iacet i*[*n?* 5 *qua si usquam* aut *quas iustis* semper deflebo querellis

1652

. i e .
u]el Tityi lagr . .
3 nihil esse int . .
4 credite mor[t . .
qualis ego A. L . .
dico Cornel . .

CIL. XIV 867 uidit Dessau Ostiae marmor litteris paruis et incertis, in conexo fragmine cernitur *Cornel* . . | *uiuit* . . 1 captiosum *iecur*, 2 *lacrim-* (*lacerum pectus* Leo), 4 *mortales?* nisi tamen quomodo nomina propria 5 s. ita etiam superiora in unum uersum coniungi oportet *lacrimosum Nil esse in terris mage credite morte maritae*

1653

O du[lcis
sanct . .
3 quor . .
4 nam . .
nec st . .
sed tua . .

Notizie d. scavi 1882 p. 222 descr. Lanciani, CIL. VI 30142 Romae uia sacra rep. fragmentum marmoris sepulcralis 1 ita Lanc., potuit *durum* fatum 5 *studiis?* 6 semper fama manebit

1654

Cum mortem
spes et abit i
quod nolo
et mis[e]rum
unt uici i n
ulum quae
id co

Ephemeris epigr. III p. 309 n. 188 descr. Droysen Romae in basilica Iulia. 5 s. aut lecti sunt perperam aut male et facti uersus et incisi 2 potuit *abit iam* 4 primum *it* fertur

1655

quae i
et mea f
sed uox
ergo tu
at quan[t
..uene

CIL. VI 30141 descr. Gatti in aedibus Rossii 5 *atouan* marmor 6 uelut *et uenerand-*

1656

fratris amor
raptus hic repi
oscula dum

Renier inscr. Alg. 4002, CIL. VIII 9526 contulit Wilmanns Caesareae Mauret. nunc in museo Algeriensi fragmentum marmoreum. fallit species integrae sententiae *fratris amor raptus, oscula dum rapui* (*repi* ad *rapio* ut *cepi* ad *capio?*) cum plenus sit in fragmento urnae CIL. VIII 9525 titulus *omnis dulcedo et pietas hic finita est* 2 *repi* Wilm. *rep* Ren. fortasse ad hunc modum *fr. amor* periit tristi mihi funere *raptus: hic repetens* matrem pius *oscula dum* petit

1657

s liṃ
h]ora diem
n]ullus erit
i]nfernis h
timui m

CIL. VIII suppl. 19908 ad ectypum Rusicade in marmore 1 *slim* an *slib* ex eis quae Dessau delineauit incertum 5 cf. 487, 7 *set timuit mortem*

1658

Luce renobatus a . . .

CIL. X 8142 Stabiis 'hexametri exordium' Mommsen, fortasse christiani, *aeterna?*

1659

. . . . cara patri[que
hic est in lo[culo? . . .
non in toto . . . .
inq[ue . . . . .

CIL. III suppl. 8226 descr. Domaszewski prope Scupos col. Moesiae superioris 1 uelut *matri cara* 2 aut *in longum* condita aeuom 3 orbe tam egregia puella fuit?

1660

. . Ph]erenico
. . ces]sisse(t) habenis

CIL. VI 30364, 4 ex schedis prope circum maximum, fortasse de aurigae elogio aliquid, 1 fertur *cerenico*

1661

. . co]ntendere c . .
. . agitator ha . .

Notizie d. scavi 1895 p. 424 descr. Borsari in area Dianae Nemorensis in tabella marmorea ansata. subscriptum . . . *nini*. ex ansa una eiusdem tituli restat fragmentum nexas *ti* aut *it* litteras exhibens 1 *cursu, contra*? 2 *habenas*? nisi tamen distichon fuit exiens in *habet* sim.

1662

. p]robitate fideque
. cas]tum seruare cubile
3 . . alto de corde maritus
4 . pos]tremo carmine testis
. po]tens et nobilis hortu.

CIL. VI 30127 ex Amadutio Romae in Caelio
2 V. Aen. VIII 412 3 scilicet flens, gemens 5 i. ortu

1663

. . m tradita | [d]ona |
2 . . pudore | [p]uellas |
3 . . . f]acultas |
. . n]omenque | . .

CIL. VI 30144 descr. Henzen marmoreum fragmentum ex urbe Parisios asportatum. longorum uersuum extremae particulae seorsum subscriptae erant 1 uelut *Musarum*, 2 uicitque, 4 manebit

1664

. . nda iucath . .
2 . . ntia coniux
3 . . st rapta marito
. . d maxima fl . .

5 . . nus abstulit m . .
. . rnato soluen . . .
7 . . tum enibus o . .
8 . . nio u . .
. . sum . .

CIL. VI 30519, 3 fuit in S. Pauli basilica 1 *iugata?* 3 exitus plenus, *marito* . . fertur 5 ss. litterulae partim male lectae, *abstulit an[te, luminibusq.* aut *tumentibus*

1665

. mat]ri data se[des
. g]rata quie[scit
. . donauerat . .
4 . tra]diderant . .
5 . su]peros tam[en . .
. f]lectere te
. u]irtute pu
. . per i

CIL. XIV 3870 descr. Dessau Tiburi in marmore litteris paruis 7 *pu* non tam certum ut de *pudore* aut *puellis* recipi possit fides

1666

. . p]ro uoto tha[lamoque
. . parant, si Clotho [dedisset
. . ca]ram sopo[r altus

CIL. III suppl. 8847 descr. et explanauit Hirschfeld, nisi quod u. 1 *Thaliae* artificemque scaenicam suspicatus est Salonis 2 *ciotho* lapis

1667

. . ca]rum dulcemque maritum

CIL. VI 30160 descr. Henzen in sarcophago artis pessimae in uilla Borghesia. 'fortasse christiana' Huelsen

1668

. . s]atorum
. . f]unus acerbum
3 . . a sororum
4 . . os
. . mi

Notizie d. scavi 1888 p. 705 n. 296, acta arch. Rom. munic. 1888 p. 464 n. 90 uia Flaminia in coemeterio S. Valentini rep. inter christiana fragmentum marmoreum. uidentur hexametrorum exodia 1 uelut *gente satorum* 2 perpetua locutio, CIL. V 2013 filius quinquennis *aceruo funere lapsus* 3 *fila s.?*

1669

. . . sie satis letum c . . .
. la]crimis fletuque ge[mendum
. . . russ iste fuit parib[us
4 . . . r in cunctis si uo[ta
5 . . nit Lachesis, iacet . .
. . um castam duce . .
. . us carus cunc[tis . .

CIL. VI 30140 descr. Gatti in Velabro fragmentum marmoreum, litterae minutissimae 1 puto *triste satis l. cognosce uiator* 3 *carus si* Leo 4 *prior?* in postremo quasi *uoa* aut *uom* fertur. uota tulissent? 5 prima dimidiata, sed quoniam *uetuit?* 6 mortuus uxorem *cum castam ducere* uellet?

1670

. . . . . tes
. . . patre uidisse
3 . . . . lacertis
4 . . . . t ipse
. . dalas amici
. . . e mira

CIL. VI ad 2379 p. 656 fide Montfauconii qui exarata haec esse scripsit in auersa parte marmoris laterculum militum praetorianorum exhibentis prope urbem Romam inuenti peiorum uidentur esse clausulae hexametrorum. secuntur duo uersus breuiores ... *to* | ... *uos* tum notatio uitae ... *XX m. III d. V* | ... *Octob.* 2 cf. 1598, 10 uel 1603, 4 3 *inq. patris blandis haerens ceruice lacertis* Ou. met. I 485 5 nomen peregrinum ut *Balas*?

1671

. . r Musạrum carmine ple[nus
per]egre comes esse cui
. . exoptans laetus ageb[at
4. a]dflixit morti acerba i
5 . . em iudicauit in aeuom
ann]os septe et dece nat[us
. . exitiale parentu[m
. . . tus uinculo . .

CIL. VI 30126 descr. Rossi ad S. Laurentii extra muros marmoris fragmentum 1 *puer?* 2 deest syllaba *cui tunc*, aut legendum *cupiuit* sim. 4 pro *acerbae?* 7 *fatum, astrum?* 8 *solutus?*

1672

ạla
e trad
ustria t
sin]e fine dol
5 ia fata
6 esse super
quaerit an
cum coe
m]oriẹ
ụn

CIL. VI 30601, 2 descr. Bormann Romae in aedibus

archaeologorum Germanicis fragmentum fortasse christianae aetatis   5 clausula integra (*tristia f.*), ceteris paucae syllabae uidentur deesse (uelut 3 *industria tanta*, 6 *superstes*)

1673

. . o positum m . .
. . us fatis cito [raptus
3 . . felicibus usu[s
4 . pi]etate beatus
. . rebat inu . .

CIL. III suppl. 11821 (ad 5679) descr. Hirschfeld Lauriaci in Norico. clausulae heroicae ut *in tumulo positum modo corpus*   5 prima littera *r* aut *p* distincta puncto ab *e*. potuit tale *quem mersum Stygiis populus maerebat in undis* uel de uirtutibus *iunctasq. gerebat in unum*

1674

. . s est
. fo]rtuna bonor[um
3 . ind]ignusque rea[tu
4 . . ius carita[te
. . dum sit tu . .

CIL. XII 2157 uidit Hirschfeld   Viennae   3 suppl. Leo, 4 *egregius?* 5 *tumulatus?*

1675

. . pra]emia . .
. . par]ua aetat[e . .
. . . senectae.

CIL. III suppl. 9061 descr. Hirschfeld   Salonis in tabula sepulcrali cui subscriptum *parentes*   1 fin. *a* an *o* incertum, deest *uitae* uel *digna*   3 post *senectae* folii extat nota finem carminis distinguens

1676

. . lis
. . tos
. . iae
4 . gran]dior aeuo
5 . . mes
. . e famam
. . t

CIL. VIII 1073   inuentum Carthagine fragmentum nunc in mus. Britannico   3 lege *-tae* uel *-nae*

1677

. is
2 . sac]ra munera leti
3 . . ca]rmina disce
. . . paratum

5 . . iun]gere uerba   7 . o]rbatum
. . . nte baeato   . . legente

Renier inscr. Alg. 4197 (CIL. VIII 7855) Cirtae cippi fragmentum 1 tu qui trans*is* atq. uides quae contulimus, sim.

1678

. . . . cae? . .
. . tibi sacra feren[tes
. is decorat[e

CIL. VIII suppl. 13372 Carthagine marmoris fragmentum, sepulcralis opinor 1 incerta quaedam elementa 3 *donis d. supremis*? V. Aen. IX 25

1679

. . h]ospes
. . issi
. . du..

CIL. VIII suppl. 18404 descr. Delamare Lambaesi, exitus uersuum 3 *du* obscurae, et ante eas et post recta linea designata est, uelut *miserandum*

1680

A . . . us amico

B . . bona multos quoque . .

CIL. VIII suppl. 19077 auctore Bernellio Thibili Numidarum cippi fragmenta duo, A *gratus* uel *amicus*, B fortunaq. *bona multos quoq.* iuuit amicos

1681

. . rtis lingua mea . .   3 . . quam est qui r . . .
2 . consiste et gene[r . .   . . iutui . . .

CIL. XIV 3871 descr. Dessau Tiburi in marmore superest ex carmine sepulcrali (*consiste*) ut uidetur dactylico 1 *artis* Massimo excepit, integrumne principium *artis l. mea et carmen si quid tenet, hospes, consiste?* 4 litterulae ante *t* minus certae

1682

. . carmena
. cr]ebros . .
. . sa . .

CIL. III suppl. 9639 descr. Hirschfeld dubitans num christiana sit inscriptio id quod ait Bulič   Salonis   si christiana fuit, *carmena* licet scriptum putare pro *carmina.* alioqui fingas *hoc ferale tibi nunc scripsi carmen, amice Victor gaudia qui mecum crebrosq. dolores expertus*

1683

. . dextera e . . x n . .
. . carmina redd . .
3 . . t]res quater pie n . .
4 . . . i . andaque . o . .
. . s et faciet fa . . .

CIL. VIII suppl. 11292 'ex ectypo non satis bono', litterae multae ambiguae   in agro Capsensi prou. Byzacenae   1 primo succedit *f[at]a* sim.   3 *plen[os* annos coni. Schmidt   4 *.a.idacue* editur: *bl]anda, miranda* tale opinor   5 *facift* editur, omnibus faciet fama memoratam?

1684

. . sep]ulcrum . .
. . . m parui tu[mul
3 . . . meri hic .
4 . . c nigra d[omus?
. . . an . .

CIL. III suppl. 9607 descr. Hirschfeld   Salonis. carmen uelut *quisq. meum p. tumulum spectabis Homeri*

1685

. . suc . .
a m
i nec la[crim?
4 actam de
5 dasset mor
a uiro felix n
f]ata dedissent nu
o dulcis coniux

CIL. VI 30138 ex Suaresii schedis   marmor rep. ad Caelium uel Palatinum   5 uelut *mandasset moriens*
6 *cara uiro felix nisi mortem f. dedissent, nunc uale?*

1686

. . . eti . .
. c m me liquerat an[n
3 . resoluta dies . .
4 . ibus nam forte . .
. quam uiuam ii . .
u]ixi ego iuncta [marito

CIL. VI 30146 ex Amatio   rep. uia Ardeatina
2 sextus cum *decimo me* an *cum me?*

1687

. . . n . . .
2 . . ta mercede . .
3 . . a sit fides . .
. . . forte . .

Notizie d. scavi 1878 p. 368   in Auentino

1688

. . miseri i . .
. . a mariti q .
. . est potiii . .
. . is sib. indol . .
5 . . tib. urnat pr . .
6 . . tus geminus . .
. . uit respicit . .
. . o nomine na . .
. . is miseran . .
10 . . te o erfi . .

CIL. III suppl. 9634 descr. Hirschfeld Salonis tabula fracta inscripta malis litteris 5 *-tibus ornat?* 8 *nati?* 9 *miserand-?* 10 *teoeppi* alius legerat

1689

. . me]rito ob . .
quod mihi tu ipsa m
sensum facile dedi incautus
4 quibus ipse set meritis semp[er
5 re solebam. en iacet mea
uel uos o Manes mihi
. . Pe]tronius . .

CIL. VI 30153 descr. Mommsen, Maffei mus. Ver. 174, 1 fragmentum ex urbe uidetur delatum Veronam. lapidis uersiculos retinui inlaesos plerosque ab sinistra, inter 3 et 4 nihil desideres 5 uelut mentem *reuocare*, tum *mea* uita, uelim simul ipse iacere, *uel uos o M. mihi* reddite quam rapuistis

1690

i . . . . . . amor
iona . . . . . amm
nadi dissi
4 ma mota . . .
dreue . . . .
quoniam ai
7 is crudata d . .
8 hunc tumulu[m
cum coniug[e
honestum . . .
os annos
is adiunxi[sti?
me]ns. . . . n. . .

CIL. VIII suppl. 11315 (auctorem sequor Ismaelem ben Bachtarzi) in agro Cillitano prou. Byzacenae in lapide fracto a dextra, 'fortasse etiam ab sinistra', reliquiae fallaces. carmen uidetur fuisse, 6 *quoniam aeuo* | *es frudata, dat hunc tumulum cum coniuge honestum*, ubi *fraudat* IohSchmidt (alibi legitur *cruda aetate raptus*, suppl. 11433) 1 ss. *amore pio . . dignissima?* 5 *breue?* 8 *tunc* editur, *iuiuc* Ismael

1691

. . s coni . .
2 . u]enturam u . .
3 . . crudelis non . .
. . arin lacrimis et s . .

. . cet indignos morte s .
. . quae mundus tenet . .
. . a post te sinnilic . .

CIL. IX 5285 rettulit Lancellotti inter Asculum et Cupram Piceni. ambitum et uitia carminis arguit uersus 5 (*sedibus ille locet - supernis*) 4 uelut *querar in l.* 7 pro *signific-?*

1692

Gai . . ic . .
nurusq. . . .
coniug . .
reliquist[i dolorem?
gemino fa[to?
nobis ab an . .
masoimo . . .
genet[i]ui . .
ois . .

CIL. III suppl. 9922 ad ectypum Burni Dalmatiae carmen uisum est Hirschfeldio esse supplenti quae adscripta uides

1693

si]mplex d
ui rapu[it
u]no cont[enta marito
. . o qu . .

CIL. VI 26600 descr. Henzen conlocauitque iuxta Simpliciae titulum rep. intra portam Salariam marmor 1 *dolus* afuit omnis, an *doct-?* 2 *ui* potius quam *qui, cui* 3 *cont[ubern-* Henzenus

1694

. . multa quam . .
. . superos uni . .
. . i . .

CIL. II 5062 Gadibus supra apparuit ...*s an. VIIII,* carmen tamen uide ne scriptum sit de coniuge, *nobilis haec multa quam mors rapuit pietate, dum fuit ad superos, uni dilecta marito*

1695

. . placui uixi
. . libutum est
. . ortoris ut
. . em essem
. . o Nummia
. . picis sacriti
. . igno

CIL. VI 23152 uidit Marangonius Romae fuit in uia Salaria 'fortasse uersuum reliquiae' Henzenus, dactylicorum ut *casta uiro placui, uixi pia grataque cunctis dum*

lubitum est? 3 *Tortoris* an praeter metrum *uxor toris?* 6 *in spica es* supra 1559, 6 paenultima incerta *t* an *f* 7 munere *digno?*

1696

uno m
uter pati fata m
s]ubito raptum m
4 ersas dantes fu
5 si fatorum uén
on haec acciper
Iulius Tau

Schmitter bull. épigr. de la Gaule IV 1884 p. 232, dedit mihi Dessau Caesareae Maur. lapis undique mutilus. fortasse disticha fuere, 4 uelut spes *mersas dantes funere* praecipites 5 s. quodsi fatorum uenisset iustior ordo, non haec acciperet natus, daret ipse parenti? hinc Leo in 2 *pater p. f. magis uoluisset*

1697

. . . ueniat . . . .
2 . . properae nimis . .
3 . . ho quem tes . .
. . . piae n . . .

CIL. X 7739 descr. Nissen Caralibus Sardiniae 1 litterae dimidiatae parum certae 2 horae? 3 Orcho quem testor?

1698

. . tis sordent . .
. . iteru . .

Notizie d. scavi 1895 p. 246 descr. Gatti Romae inter Lateranum et uiam Labicanam rep. fragmentum arcae

1699

etai
ra uigebant
3 i uic sunt
4 c]lara cui
Pri]migena Flori
d m c

CIL. VI 30674 ex Suaresio loco incerto 1 s. laeta iuuentae *membra?* 3 *huic?* 5 *mi* interpretatus sum quae fertur *m* cum nota quadam conexa. in nomina haec carmen uidetur exiisse (6 *dis Manib.?*)

1700

. . qu]oque ṭe . .
. . us en mariạ . .
3 . . ọ desine ḷ . .
4 . . . er quoq . .
. . . rụ . .

CIL. IX 4941, transcripsi ex schedis Nisseni Trebulae Mutuescae in horto marmor inscriptum litteris Romanae aetatis 2 uix potest fuisse *marit-* 3 *luctu?*

1701

. i . .
. et illam . .
3 . us Parcae u .
4 . cisfd . .
. . uix . . .

CIL. X 7968 descr. Schmidt in Sardinia in museo Sassaritano *et illam* hexametri exitus, carminis igitur uersus non aequati uersibus lapidis? 4 *cis fr* aut *ci sed* 5 elementa supersunt incerta

1702

inn]ocuis fratruum dibus
2 s]imilis Paulinae s
3 ra]puit mors ultima
uixere t

CIL. VI 23864 descr. Henzen addiditque in u. 1 et 3 syllabas in uilla Pamfilia marmor, litterae bonae uelut *Manibus inn. f. d. sacer Anthi et fato s. P. stat lapis iste, quos inmaturos r. m. u. rerum iamq. breui mersit post quam uixere tenebris*

1703

. . us tri[stis] cinis . .
2 . . plura recepis . .
3 . . annis ablatum .
. . die et funere .

CIL. II 1103 uidit Huebner Ilipae in Baetica in tabella marmorea exigua 1 uelut *collectus tristis cinis hic pietate parentum* 2 *plura* Brauo, *plure* Huebner enotarat: praemia *plura recepissent* uitae nisi fata inmaturum *annis ablatum* iam rapuissent? 4 *abstulit atra dies et funere mersit acerbo* Verg.

1704

. . i]nfelix simp[lex . .
2 . . prima infan[tia
3 . . ia luce mo
. . cei et pat[er

CIL. V 302 descr. Mommsen Polae 1 an *Simp-*? 3 *morari*, an *mortua?*

1705

. . a .
. ipsos a .
3 . s multos .
4 . s]uper octo .
. s si legeris .
. legeris moeni .

Renier inscr. Alg. 4194 CIL. VIII 7856 Cirtae carminis puto fragmentum sepulcralis (tot uixit menses *annos super octo*), non ob aedificata moenia dicati 6 *egeris moer* Ren.

1706

. . qu]od te conor . . .

CIL. X 3989 descr. Mommsen Capuae. praecedit uersus item mutilus ...*p]lostrarius P. Vmei*... nunc quod te conor laudare, fidem mihi nullus praestiterat tantam?

1707

. . uae form . .
. h]umo com . .
. l]apidi situs . .

misit mihi Bormann a. 1894 Silistriae rep. fragmentum lapidis calcarii. sequitur ... *Val]ens* (*centurio*) *l*(*eg.*) *XI Cl*(*audiae*) *co*[*mmanipulari* ut B. suppleuit 1 *conspicuae formae?* 2 ex *h* relicta est hastula, *commisit?*

1708

. . conueniens . .
2 . . is alii sibiqu[e . .
3 . . . pulis sed in . .
. . . . dissi . .

Revue épigr. du midi 1888 p. 353, 702 ad ectypum Viennae in columnae fragmento sepulcralis 2 aut *sibi quaerunt* 3 *discipulis*?

1709

. . uii . . .
. maesta fors . .
3 . is pietas uirt[ut . .
4 . t claris . .
. s]uper . .

CIL. XI 1391 descr. Bormann rep. Lunae peruenit Romam 3 talis *huic fuit insignis p. uirtusque probata*

1710

. . is ante .
2 . . s ire dom[um . .
3 . perp]etuum . .
. . . ri pa . .

CIL. XI 546 a Arimini ibidem Bormannus hoc frustulum exscripsit ...*luacerẹmeạ*... | ...*u*]*erba sepuḷt*[*ị*

1711

. . a laudat . .
. . et ut uo . .
. . Aureliu . .
. . ta sincer . .
5 . . tas oper . .
6 . . iniunc . .
. . ue bon . .
. pri]ncipiis . .
. . torum . .
. . t supe . .

CIL. X 1849 descr. Mommsen Puteolis, nunc Neapoli 2 *uoluere* parentes sim.

1712

co
]eropria
nus aui et ueto
4 efert quaestu f
5 it cauea praet
jam conc
ii c

CIL. VI 30681, 2 ex schedis Amati 2 *propria?* 3 potest *auie tue*

1713

. . tumulis
. . V]enustus
. . em cura
4 . . estae
. . i portu gr.
. disp]ensator
7 . . m]erito uictus
8 . . t domino
. . r]atione
. sump]tibus e propris
. titulu]mque paraui
12 . . has suppre
mas] . tor qui
. . olui de

CIL. XIV 207 descr. Dessau Ostiae 'uidentur fuisse uersus dactylici' editor, singuli binis pluribusue marmoris uersiculis comprehensi, uelut 1 s. *his iacet exanimis tumulis post fata V.*, 10 s. *sumptib. e propriis arcam titulumq. paraui* 4 uitae *modestae* uel *honestae* 5 *Augusti portu?* 13 fortasse *genitor qui - uolui decorare* sepulcro

1714

. . t . . .
. . feci . l . .
3 . .s]ic percutis . .
4 . . aeo raptus . .
. . attasti uuln[er .
. do]lor est quo . .

CIL. VI 30194 descr. Ricci ad S. Petri in uinculis ubi curia athletarum fuit inuentum marmor omni parte mutilum, litterae saeculi IV 2 *fecit* aut *tecti* 3 aut *hic* 4 uelut flumine *Lethaeo* 5 mendose scalptum aut exceptum, desideres *temptasti*, uita *satiasti* sim.

1715

. . s uir s . .
. . necuit . .
3 . . cti tem . .
4 . . eloquio . .
. po]terit titu[l . .
. . i in libris . .

CIL. VI 8621 descr. Henzen qui dactylicos fuisse uideri uersus adnotauit et praeterea 3 *exacti temporis* suppleuit

Romae fragmentum marmoreum effossum in agro Verano ex subscriptione relictum est *sc(rin). ex mag(istro) memo[riae* 1 litterae parum certae, fortasse *hic positus uir sanctus* quem *necuit* morbus sim. 5 s. nomen et hic titulus poterit seruare, maior at ingenii in libris tua gloria fertur

1716

. . am prisca fidei . .
2 . . i sorte labor ci . .
3 . . erum penetrat s . .
. . . . . tt . . . .

CIL. X 7738 uidit Mommsen Caralibus Sardiniae 1 *prisca fides* Verg. 3 ad superum p. sedes

1717

. . r ingress[us
. . f]aciles et n
3 . . diuini prai
4 . eo placidas a
. maliqu[e . .

CIL. VI 30148 descr. IohSchmidt et Huelsen, detritum et imminutum 30565, 7 a descr. Muenzer marmor rep. in campo Verano iam in museo Capitolino, litterae elegantes 'sed fortasse non antiquae' 3 *diui ne* Muenzer 4 extr. *a* aut *m[ortis sedes* 5 . . *m malis* . . M.

1718

. . nc ii . .
. . et iun .
3 . . bi sit ei . .
4 . . arite . .
. . tendit . .

CIL. XI 1898 descr. Gamurrini Arreti fragmen marmoreum 4 *marite? pariter?* 5 *in aethera tendit?* at *t* prior non est certa

1719

agui
tiamoi
annoru
4 officia exe[qu
5 siderum moti
ti posse ad spe
pidetriment
enip

Bulletin de corr. hellénique 1893 p. 24 descr. Bérard prope Tegeam Arcadiae in marmore praeter sinistram omni ex parte fracto litterae paruae male incisae num carminis reliquiae? dactylis refragatur 5 (aptum *sidereum*) nec poetica est uox *detrimenti* 2 quasi graecum fertur παμοι

1720

. . iunxit . .
2 . nus fecit q . .
3 . . acta posita in . .
. . i]niqui deincep[s . .

CIL. X 5313 descr. Brunn Casini fortasse carminis reliquiae, etsi *deinceps* euitarunt poetae 1 elementa ambigua, legere possis *Munati*, ludere *iunxit* amore et *funus fecit*, 3 uelut dure aetate *exacta posita in* tellure, ut *iniqui deinceps* in tuto fati non sentiat iram

1721

. . i Cassi . .
. d]olere c . .
. . sst quan .

CIL. X 5784 ex schedis Mattei Cereatis Marianis iambos *noli dolere genitor euentum meum, moriendumst, quando sic uoluit fatum meum* proposuit Cholodniak, sane illos quidem incertos, nam licet fingere *teque dolere, caput carum, certumst mihi semper, nam mirust quanto tu me es amplexus amore*

1722

. . aes . . . 4 teneo melius redatum uic
lauderet qui paru..os pa toria . . . . . . lugum
3 his tegimen ut esset...hunc

CIL. VIII suppl. 18914 dederat Bernelle Thibili Numidiae. hexametrorum reliquiae, *laude reliqui, tegmen ut esset*, ultumus nulla defectus syllaba *hunc teneo melius meritum uictoria locum* an *meliore datum* ut in christiano sepulcro? 5 *lucum* coni. IohSchmidt

1723

. . ia]cit hic an[cillae | mun]ere fun[cta, |
iam sedem ca]elestem in[iit | uitae g]enuinae.

CIL. VI 30565, 14 descr. Muenzer in museo Capitolino reconcinnaui uerba

1724

Sancti] Caesarii sequens uestigia sacer
. . . issa cultibus aula
. . . sorte beatus
. . . . praeclarus
. . . . maligni
. . . . a

CIL. XII 968 ex Peirescio fuit in sarcophago eruto

ex S. Caesarii coemeterio Arelatensi. sequebantur tres uersus, duo exeuntes in ..*eo* et ..*III*, tertius hic ..*ei obiit sub d. XVIII*... 1 *Sacer* an *sacerdos*? 2 *submissa* sim.

1725

. . . iria . a . . . . . .
. . . os penetrat uox missa meatus,
. . . us agit. quis nunc percurrere fando
possit] . . dis primum quae gesseret heros?
non dare se s]tudiis uirtus siit ut labor ille
. . . . . . sa coronae
co . . . .
il . . . .
per . . . .
ut c . . . .
os . . . .

CIL. XII 1696 contulit Hirschfeld, LeBlant inscr. christ. Gall. II n. 478 b Deae Augustae Vocontiorum tabula duobus ordinibus perscripta, quorum sinistrum uersus 2-6 tenent, dextrum principia uersuum 7-11 dextri ordinis litteris acrostichidas effici Hirschf. putat [? *prae*]*cipuo* ... *olet s*[*anctus? He*]*ro*[*s*, quamquam in 10 *c* potius uidetur esse tertia quam *o* 4 adhuc *uiridis*? i. gesserit

1726

Continet hic tumul[us
quem leget exanim
non tam nec caris s
nec putes hunc fors
indigno spreuit sem[per
conloquium . . . uer
secretum elans . . nu
quod uellllis uoluit no
hoc tibi post obitum
ut numquam talem

Marini act. fratr. Aru. p. 506 Romae in aede S. Laurentii in pauimento adfert Marinius titulum quem christianum esse declarat inter exempla *uellis* scripturae. at hic quae littera triplicatur in u. 8, non simplex esse debuit (*uelis*) sed duplex (*uelles*) conl. 492, 14 *et uellet quod uellem, nollet quoq. ac si ego nollem*

1727

Hic Siluina sita insons...
ae probata uiro dic . . . [q
uae ter denos uiuen . .
decimo q. anno il . . . .
aeque nono die mar...[p
ositaq. hoc tumulo X...[n
ec sobolem patri par . .
m pater respiciens . . .

9 uitae merito hoc mus . . . [co
rpus hoc uaso situm in . . .
ua ad sanctum martyre[m . .

CIL. XII 961 fuit Arelate fragmentum marmoreum litteris malis, ut ait auctor lapidis ordines uerborum reddidi, nam metricos distribuere non licet. at numeros ille aucupatus est et saltem incohauit 5 *marit-*, non *Mart-* 9 *munus?*

1728

Flebilis hoc m . .
Topius ille Bonosu[s . .
ui[te] sit multum, plus e[st in morte

CIL. III 1639 descr. Mommsen Aquileiae in baptisterio. supra ficta est columba et ut uidetur christiani ductus monogrammatis 1 multis uir conditus est monumento? 3 *uiiisit muitum* excepit, *uixsit mecum* coniecit M. fac ultumum *salutis, beati*

1729

Maxima quae mater Sperantia n . .

CIL. III suppl. 9602, acta arch. epigr. Austriaca XVI (1893) p. 155, 8 descr. Sticotti Salonis ad basilicam in margine fracti sarcophagi 1 *matre sperabit iam* priores. fac *nos aluisti, nomine uixit*

1730

O m . . . . .
nullo . . . . .
3 heu simi[l . . . .
4 accipe lucti[fic . . . .
haec tibi mans[it . . .
hic requiesc[is . . . .

CIL. X 8413 descr. de la Blanchère Terracinae in ecclesia cathedrali, praefixum crucis signum qui descripsit, eiusdem tituli posse esse partem putauit quae ibidem extat inscriptionem X 8412 . . . *debuit ann* | . . . *soluere qu . . . suit temp.* | . . . *me tecum rursus conso*[*ciatum iri: uixit*] *ann. pl. m . . . de* [*posita*] . . . *ann. VIIII* [*post cons. Basili* (anno 550?) sed non apti sunt lapis lapidi neque hexametri huic generi orationis

1731

Iam teg]eris tumulo . .
et domu]s hospitium . .
3 aeter]namque iacen . .
4 i]am non in Claudi t . .
haec etenim mundu . . .
corporis ut uitam . . . .

7 et bene mundana es[t . .
quae poterat d(omi)no . .

Notizie d. scavi 1889 p. 15 descr. Gatti Romae ad Suburanum cliuum rep. magna tabula marmorea subscriptum *d]eposita in pace Donata Ae . . .*

1732

Sidereos Catalie
luce sub aeria
uicit sola fide
4 religio pietas s
5 dexit ouans prit
haec dum idas
bis denis gemini t
sanctorum gre[mio

CIL. V 6744 ex schedis Vercellis in ecclesia S. Eusebii. subscriptum *c s d. XVI kal. Mart.* hemistichia altera perierunt uelut 1 *coetus aditura piorum*, 2 *caste sancteque moratast* 5 *dixit ouans pret[io* caeli? 6 *dum id as[sequitur?* 7 annorum uitae numerus, *gemini transactis orbibus anni* sanctis sociatur

1733

Lucis fine carens
hoc tumolo cael
3 sacra capud flo[r
4 sponsa et disci[pul
adtriuit tener
..libusque cro[c

CIL. XII 2158 uidit Hirschfeld Viennae 5 tenerum corpus? 6 uelut *textilibusq.*

1734

. . . prin]cepsq . .
. . sa uitiis tener . .
3 d]esistant igitur fler[e . .
4 n]ec non et famuli fida . .
n]ec mens in tenebris . .

CIL. XII 2362 uidit Allmer in ecclesia pagi S. Laurentii finitimi Viennensibus. ex subscriptis restat . . *VI kal* . . . 2 *i* aut *n* ante *sa* legitur, uelut *infensa* 3 *flere* Allmer: *eler* . . marmor 5 *Christo deuota latebit* talis sententia fuit

1735

funere c
offecio t

Hettner mon. lap. Treu. 382 Treueris marmoris margo sinister 1 *crudeli?* 2 *tristi?*

1736

. . ihec
. . ci
. orta
parua a
5 gemma sa[cerdotum
6 mente deu[ota
lustra t[ulit
oc]to di[esq.
icta
10 ria

Kraus inscr. christ. Rhen. 231 tab. X 19, Hettner mon. Treu. 440 qui hexametros fuisse significauit in lapide ita dispositos *gemma sacerdotum* [*pietate et*] *mente deuota*, saeculi quarti aut quinti Treueris tabulae marmoreae fragmenta 3 *mortalia membra* prop. Hettner 4 *p* minime certa 5 cf. supra 688, 8

1737

Fatigas subito . . .
ueraque nobis . . .
3 seruantur lacri[m . .
4 cineres ut tuos . . .
in caelo coium . . .
a]duenies subito . .

CIL. XIV 3527 ad ectypum Castelmadamae in Sabinis, litteris malis 1 te planctu *ueraq. nobis* uulnera das quod *seruantur* 5 *coiung-* an *columb-*? sic 3 *iacri* incisum est

1738

. n]omen corpusque decorum
2 . ente matre defuncta est
3 . crudeli funere maestus
. rum uirgo . . eci . .

Notizie d. scavi 1891 p. 32, acta arch. R. municip. 1891 p. 78 descr. Gatti Romae prope agrum Veranum uia Tiburtina inter christiana 2 uelut *lugente* *deeuncta* marmor 4 ab hiatu prima littera *p* aut *r*, in postremis *e* aut *f*, *i* aut *l*. in sedes sanctorum *uirgo* [*r*]*ec*[*essit*, recepta est sim.

1739

. . lege seue[ra
. . em foede[r
3 . mo]rte reliq[uit?
4 . . quattuor
. . iine fama
. . . act . .

Notizie d. scavi 1888 p. 570 Romae uia Nomentana in marmore fracto. christianum epitaphium Gatti dixit
1 *legese ui* fertur 2 *foedere certo*? 4 bisyllabum uidetur *quattor* 5 *sine crimine* sim.

1740

. . relinquere uulnere . .
3 . p]romissam pertingere u[itam
4 . . im manibus Cristo be . .
. in]termittas pro paren[te..

CIL. III 2668 Salonis, antegressus est uersus in quo *in* supra *relinquere* scriptum atque aliarum obscura uestigia litterarum deprehendit Mommsen 2 post *uulnere* tres feruntur litterae, prima ex obliquis, altera ex rectis, tertia *m* aut *a*, uniuersae *uitam?* 4 *benedicto* sim. 5 illum ne tu intermittas pro patre precari

1741

. . nec] ina[n]i pondere mentis
. p]rimordia sensus
3 . . rtans gratia laudem
4 . p]ietas prudentia uultus
am]or probitasque pudorque.

CIL. XII 2161, LeBlant inscr. christ. Gall. II n. 457b Viennae dextra parte tabulae nouorum uersuum principia leguntur *se* . . . | *uect* . . . | *cuius l* . . . qui num concepti fuerint numeris non liquet 3 *confortans* CIL. potest *exsertans*

1742

. . pietasque pudorque
2 . . t tempore lucis
3 . u]iduitatis ho[nestae
. tran . . .

Kraus inscr. christ. Rhen. 306, Hettner mon. lap. Treu. 385 Treueris marmor album 1 confert Hettner n. 1741, 5 adde 483, 1 *doctrina pudorq.* 4 *t* et *n* incertae, potuit etiam *frau-* esse

1743

. . P]lacidiam placatus suscipe
. . . ae fide pietateque potens
. . o]bsequiis est famulata tuis
. . t]rigensimis ni fallimur
5 . . . uiduitatis fructibus rifert[a
6 . . sortita es tertium martirio
. . qui distat ordene gra[d]um
. . exactis annis sex[aginta?
. . et die . . . mesis fest . . .

CIL. XII 1798 descr. Allmer Arras in pago sito inter Valentiam et Viennam 1 *lacidiā*, 2 *pietateq̄e* incisum est *suscipe Christe* proponitur in CIL. 2 *quae?* 3 pentameter ut uidetur 4 clausula fortasse haec *ni fallimur annis*

1744

. . mentum
. . ape conplectens deducta per ann(o)s

. . a sortiri perennis
. s]ua regulae subdedit colla iugo
. . horis tradidit mansura pudici
. . ceteras moribus cumta pueli
. . anuit casto in pectore dapes
. u]ocatur felix in rigna subire
. . sp(iritu)m sine fine beatum
. . um uelle si scias esse uocatum.

CIL. XII 975 ex Peirescio fuit Arelate. subscriptum ..*mbriarum* mensis ut opinor indicium quo uirgo deposita est 5 nec *thoris tradidit?* 6 'sic distincte' Peir. pro *cunta(s) puell(as)* an *compta?* 7 *tenuit* aut *aluit* expectes

1745

. . cius Chr(ist)i ancci .
. . . . .
. . . s]idera earum
. . . . meritis illuc
. . intrauit ouans
6 . . anna .
7 . . . . .
. . euu eclesiae doctor
. . . genis feliciter aeuo
. . aetate fuit diues omnes
. . eum dignitate requiris
12 . . prema demonstrat.

CIL. XII 5787 ex ms. Burlei fuit apud Aquas Sextias 1 *antistes?* 3 puto *carum* 8 omne per *aeuu?* 9 uelut *omnigenis* *felliciter* ms. 11 si nomen *cum dignitate requiris,* uersuum littera *prima demonstrat.* et 12 quidem sic iam Mommsenus interpretatus est

1746

. . t ill . . [pie]tate plen(u)s
2 .m]eritis est mercatus ho[nores
3 .ae uiuens post morte . .
sem]perque uidebit.

CIL. XII 2159 Viennae infra haec supersunt ..*d]epositio qui* .. | ..*d]ecimo k. S[ept*.. 1 *repletus* debuit scribi 2 cf. *mercauit* 1335, 11

1747

. coni[ug . .
2 i concluserat . .
3 i teneri gnat . .
us iste per [aeuum.

CIL. V 1622 descr. Mommsen Aquileiae. subscriptum ...*kal. April. po[st consulatum Ta]tiani et Sy[mmachi uu. cc.* anno 392 dubito num christianus sit titulus, optat mulier ut uiuat se *longius iste* gnatus

1748

anno X
hanc marmore saxo

CIL. XII 5791 in agro Arelatensi rep. christiani tituli fragmentum

1749

ur
nos sed
s reddas
m anos s
o natum c
6 na recepit pii
7 uita fratres nec m
rel]ictos speranti fa
os comitata paren[ti
10 nnti III k. Sep. pu
ns positus est
tius iu[uen

CIL. VIII 9313 Tipasae Mauret. opere musiuo, uersus 2 3 extant, reliqui perierunt 7 fortasse post functos *uita fr. nec m[orte rel]ictos*, ut non multa desint 9 *sanctos c. parentes* Rossius uix recte 10 'consulum significatio talis *Puseo et Iohanne cons.* (a. 467) abhorret ab huius saeculi titulis Africanis' Mommsen

1750

qua deum me
rem facinus m
tas haec oc

CIL. III suppl. 9640 uidit Hirschfeld Salonis inter christiana 1 *si qua deum merita*, nec mouet *aequa d. mens?*

1751

. acior . .
2 . m repperi[t . .
3 . t rite fui . .
. . . acuis . .

CIL. VIII suppl. 14032 descr. IohSchmidt Carthagine inter christiana 1 incertas litteras compleui 4 *placuisse* Schmidtius proposuit

1752

. o nasci pot . .
2 . us rerum uici .
3 . l]egem fieri qu . .
. fiio . .

Notizie d. scavi 1888 p. 457 n. 116 g prope urbem uia Flaminia inter christiana marmora repertum 4 litterae ad imum fractae, potest *pilo* legi aut simile

1753

alia quaedam christianorum carminum ramenta tam anguste quam corradendo olim exsignaui transcripta adpono Romana Rossi inscr. christ. R. I 199, 455 anno 397 *Vr]bica suabis semperq. [pudica*, tum *uerborum uera [locuta* 239, 563 *d]ulcisq. uitam ... e]go te aeterna tellu[re ... q. redemptus uulner[e Christi?* 268, 626 *tu]mulo lo ... laeliediu ... meritisqu ... c]um uiuis soci[atus ... demum celest[ia regna ... ea mutum cui ... inscanderin ... sedes atq. aurea ... et rectum inte ... don(i)mmensu* 495, 1080 anno 543 *qualia dictat amor* cf. supra 937 523, 1144 *rape... omni ... ma]gnis et no[min* Lupi epitaph. Seuerae p. 104 *ae]thercam iustis ... n]unc nobile corpus ... re]cens hominum* Lugdunensia Monfalcon hist. Lugd. 108, 556 n. 1 *anne m... nobilis qui claro* n. 2 *u]eneraris mente trihu[mpans? ... que funde precis ... summo dignus hono[re* n. 3 *Latiae pollens [modulamine linguae? ... deras ... nulla ... doc ... nunc praecipuu erat tantae indo[lis ... si ... teneram firma ... le ... discent* 107, 541 *Hic Nonnuse iaces c ... sanctorumq. chori ... pernoctans hymnis ti ... parua tibi seruan[s ... sanctorum ... qui*

1754

. . . i marmore Baias
. . gere quaeris aquis
3 . . . certat Amore
4 . . . e nocet ignis aquas
. . . o regalis origo
. . populo

Bulletin d. travaux hist. arch. 1894 p. 234 n. 10 descr. Gauckler, mecum communicauit Dessau Tunete rep. oriundum e ruderibus Carthaginis fragmentum tituli balneis destinati cf. supra 1524. suppleas *ecce nouas uario structas tibi marmore B., si corpus calidis tingere q. a. feruidus hic aestus cum blando certat A. - nec nocet ignis aquas*, 5 s. fortasse fontis esse dicitur Caesareo *dono regalis origo*, in commune data utilitas *populo*

1755

principi . . .
2 serua . .
3 temporib[us . . .
urbs c . . .

CIL. XII 2163 Viennae principia uidentur distichorum nescio an laudantium opus principis

1756

A i max
mina magnae
ret acta [p]uer
m figeretu[r
penetraret a
uo lacrimosus ạ
pectore ques[t
m flenda ḍ
uḍ

B fecisti patriam [tu] quo[que
infelix nimium, sociatus c[oniugis umbris
quam tibi nec fati s[ors superesse dedit.

Romae ad S. Agnetis marmoreae tabulae fragmenta duo nunc dissita locis, olim ut periti iudicarunt continentia quae cum ab antiquis tum a Rossio et Kiesslingio descripta mihi Dessau et Huelsen tradiderunt sub B scriptum est *Flauius Merobaudes orator* [*qui uixit annis LX*] | *minus duobus mensibus et diebus q*[*uattuor, hic in som*]*n*]*o requiescit, mortuus est V ka*[*l*. . . circa annum 450, statua claro oratori posita est in foro Vlpio cum elogio luculento CIL. VI 1724 anno 435, cf. Niebuhr Merob. rel. p. VII

A 2 ss. *doctrinae carmina magnae, quis Latii Martis disceret acta puer, unde animo simul eloquium figeretur honestum et patriae tenerum cor penetraret amor?* nimis pauca supersunt quam ut praestari possit sententia 4 *fig* syllaba circumscripta est cancellis quippe cum peccet in metrum 6 s. uelut *uiuo lacrimosus amore - toto pectore questus eat* 8 clades natorum *flenda domusque?* B 1 *flere diu, magna queri?*

1757

Si i . . . uḷṭumus imo
. . . meum
. . mercanṭe[m] . . . undis
. . a]ḍ sedes Stygi[as abe]untem
. . Felix gratu[m sic rettulit] i[m]is

CIL. XI 1881 contulit Bormann Arreti duo sarcophagi fragmenta, quorum in uno legitur *C. Memmius Felix* | *condiscipulo et amico* | *optime de se merito*, in altero *Restituto* et tripertitae carminis reliquiae. distichon elegiacum hexametri uidentur excepisse, sequitur fissura 1 *ultumus* coniecit Borm. qui *uiiumus* ex lapide transcripserat, *uic umus* priores. uelut *si* iuuat in tumulo Manes honor *ultumus imo*, hoc quoque sume libens munus amice *meum* 3 *mercanie* descr. B. potest *rebus m. magna secundis*, potest *Lethaeis m. condidit undis* si in mari flu-

uione periisse Arretinum minus credis (CIL. II 1162 *bene habet | peruen undas*) 5 fingo *umbris sed F.*

1758

Hoc iacet in tumulo . .
quem rapuit fa[tum .
ter cui bis quino[s . .
tres super hi[s menses
hic coluit super[os . .
6 flectere qui . . . .
7 et summ]a pietat[e . .
ui]xit et ha . . .
. . mor ui . . .
. . us ai . . .
. . iug . . . .
12 . . i . . . .

CIL. XIV 3869 ex ms. Tiburi. alternorum uersiculorum ἐπείσθεσις metrum elegiacum testari uidetur 3 *Lachesis concesserat annos* pariter Hense et Leo 5 *coluti* ms. cf. 1665, 5 s. explet Leo *formaq. opibusq. iuuantis, flectere qui fati non ualuere diem, et s. p. colens et amore parentes uixit et hanc senibus reddidit usq. uicem* 9 *amor?* 11 *coniug-?*

1759

Si quae i . .
2 disce se[mel .
3 nam mo . .
. . . .

CIL. XIV 1825 descr. Dessau Ostiae initia distichorum, 2 *m* litterae umbra restitit, 3 *modo* fuit aut *mors*

1760

Hic obitus a . . .
infelix feci qui car[ui genito

CIL. X 5979 descr. Stevenson Signiae lapis integer quocum qui fuit continens desideratur. praescriptum *Basilius . . . | uixsit ann . . .* 1 *ante patrem cubat, pater* et 2 *carui optimo filio* adiunxit Mommsen. in illo potest *matri luctum patriq. reliquit* aut etiam *annis adiit florentib. Orcum*

1761

Bi[s] pieta[t . . . ho]nesti
iustitiam . . . . s
3 commu[nis . . uenera]nda
4 non m . . . mq. tui
octa[u . .
. .

CIL. VIII suppl. 1431 Carthagine marmorea trium distichorum signa incipientium desinentium, de sexto uersu nihil restat. praefixum est signum crucis

1762

. . alio . .
qui ca . .
3 en quid ag[o .
4 attonit[us . .
uixisti limen . .
hoc solam[en . .

CIL. XII add. p. 809 n. 5744 Foro Iulii in tabula marmorea christiani tituli fragmentum 1 *Non alio?* pergit Leo *poteram confringi certius ictu, qui careo nato* 3 dictio Vergili et Persi. addit Leo *senio confectus, uulnere tanto* 5 s. *limen quasi qui intrabunt paradisi, hoc s. erit* Leo

1763

antistesque d[ei
p]raemia coniu
3 haec tulit
4 aureaque et
quis fu

edidit Cagnat bulletin d. travaux hist. arch. 1892 p. 307 descriptum a Gaucklero, ante descripserat Purgold, mihi misit Dessau Caesareae Mauretaniae 2 sic Purg. *conu* G. *coniunctus* sanctis fidei ac pietatis?

1764

quandoquidem citius fata do[l . .

Notizie d. scavi 1888 p. 453 n. 72 ad urbem uia Flaminia rep. marmoris fragmentum inter christiana sequitur *hic positus est Lascius schola*[*sticus*] *qui uixit annos XVIIII men. un. d...* pentametrum puto clausulam carminis epitaphii, *fata dolere ferunt, dolosa tulit* sim.

1765

Hic longa uita requiescit Ca]ndidus acta
defunctumque suo terra sinu] retinet.
huic uiuo non parua fuit res] parta labor[e,
iam paruas sedes ossa tenent h]ominis.

CIL. X 6054 b ex editis rep. in antiqua turri Minturnensi. quale potuerit esse carmen exemplo declaraui 1 nomen aliud fuit, fertur enim *nidus*, aut male transcriptum hoc pro *nibus* (his finibus sim.)

1766

. . . . . . uita senilis
. . . . optumus] ille fuit
. . . fata inuida que]m rapuere
cum peteret meritis uincere] me cupide
. . . feci monumenta] patronus
quoi non libertus gratior] extiterat.

CIL. XI 5412, periit Asisii. praescriptum *C. Quintius Fortunatus ann. XX, Agathemerus liberto*, subscriptum *C. Quintius* [*Agathemerus*] *medicus* [*ocularius*] *VI uir* [*Aug.*] *patronus Fortunati* 1 fortasse laudatur Fortunati *mens, non uita senilis*

1767

. . s hic cinis est positus
. . . ca]rissimus coniux

CIL. VI 30634, 2 ex schedis quondam Romae. 1 pentametri exitus (*sedib. et placidis*), 2 fortasse hexametri more uetere facti

1768

.Par]carum crimina functus
. . cer enim statuit
. . frater doliturus in aeum
4 . . munera digna dare
5 . . melius monumenta dedisset
.tris]ti fungitur officio
. . nati uiuax sit imago
. . a]tque colant superi.

CIL. VI 30106 ad ectypum marmoreum fragmentum quod penes antiquarium fuit Romanum praecedit ...*s-sen[us] uixit an XIX* 2 *Teucer, pulcer, acer* tale 7 *cognati?* 8 quam Manes uisant

1769

. . rquaer . .
. pro]spera m[e]n[tis
3 . et pietas
4 . a]scenderat a[nnum
. la patrem

CIL. VI 30143 descr. IohSchmidt rep. in Esquilino uidetur subscriptum ..*u(ixit) ann*... 2 *speram* et cum spatiolo *m* dimidiam Schm. an *a]spera multa?* 4 extr. *at* fertur 5 *ci* aut *ti* similiaue ante *la* uestigia. *natam condo pater, debuit illa p.* Leo

1770

. . m]ens clara recessit
. epigr]amma dedit
. . g]ratus honestus

Gruter 972, 1 Boissieu inscr. de Lyon 529, 2 Luguduni fuit. praecessit ... *Au]gusti l(ib.) l(ib.) aquar.* | *m(ater) p(osuit?)* 2 patronus tumulum *atque epigr. dedit,* hoc probabilius puto quam *mamma*

1771

. . po]nderis istic
. . um
. . so]ciata iugali
4 . . toris
. . norum
. . ta proauis
7 . . tos
8 . .
. . ata uirilem
. e trahis
. . mine nomen est
12 . ror
. . honorem
. .

CIL. XII 2162 ex Allmero aliisque Viennae tabula marmorea 3 *uinclo* addit Hense ex V. Aen. IV 16 4 *toris* prima littera ex *t* et *f* conligata, *thoris* an *-e foris*? 8 et 14 pentametri breuiores 11 *est* superest ad hexametrum ibidem 1982 cippum Viennensem sex habuisse disticha concludas ex proiectura uersuum 1 *quoi* . . . et 3 *nem* . . . et alternis insequentium, at in exitu ut 1 *uiuis* ita 2 *uiue* apparuit

1772

. . te
2 . . iudicii
3 . . tum
. . uiolare

CIL. V 5439 contulit Mommsen Comi praecessere nomina ... *C*]*erdo* | ... *a*, haec secuntur, fortasse disticha duo (*ne uiolare uelis*)

1773

oqui properante . .
. . genitis haec . .

CIL. X 3232 descr. Mommsen Neapoli. distichorum frustula 1 *oqui* coniuncte. appellari uidetur uiator *pr. gradu*, ut Leo proponit *quae uolo pauca loqui pr. hinc accipe gressu* 2 uelut de frustra *genitis haec* lege uerba patris

1774

. . lunt exsigu . .
. . i pré amore di . .

CIL. VI 14472 ex schedis Marinii fuit in basilica Vaticana, litteris bonis. et illa quidem longiusculis scripta sunt, secuntur scripta minutis . . . *Q. Cascelio Alumno et* . . | . . *M. Vlpius Philocalus lib*(*ertis*) *lib*(*ertabus*) *posteri*[*sq. eorum.* de illis Henzenus recte 'uidentur fuisse uersus', num distichi (*si mea busta colunt exsiguamque domum*)?

1775

. . . en uiuite qui legit
is] . . is cineris pro fu
. . . ẹ manu luge n

CIL. VI 30553, 21 'recens ut uidetur incisa' Huelsen in museo Vaticano 1 *enuiuii equi* exscripsit H. praecessit uelut *carmina nostra tamen* 2 parum probabile *et lacrimis c. profusis*, magis *pro funere*

1776

a
phone
3 ur in ma
4 anis turba futura ṃ
sitae sunt ạ

CIL. VI 30556, 19 descr. Detlefsen in museo Lateranensi 2 *Persephone?* 4 *Manis t. futura meos?* 5 subscripta pede soluto?

1777

. . nni iuue[n . .
. . fulgea[t . .
. . auis . .
4 . . uires tu . .

5 . . tempo[r . .
. . ut ueni . . .
. . rs poter . . .
. . anno . . .

CIL. X 5856 descr. Mommsen Ferentini sinistra dextraque ac fortasse ima parte mutilum carmen, metra in lapide fuisse continuata uidentur sed interuallis distincta u. 2 3 5 3 Scipio apud Silium *multa fulgebat imagine auorum.* ita si plenum est *auis* uerbum, disticha agnoscimus 7 *non haec mors poterit perdere iniqua bona* coni. Leo Ferentini item inuentum est hoc fragmentum dextra et ima mancum CIL. X 5859 *effigies* . . | *se seueri* . . | *precor st* (haec *t* tam magna ut conicere liceat *sit*). fortasse eiusdem est cum superioribus reliquiis monumenti, lusi *effigies Anni iuuenis se ait esse Seueri, fulgeat aere decus parque precor sit auis*

1778

. . . ae me decepit
2 . . uoluit tempus incer

3 . . itare tui fleuimus
. . la]crimis sparsi

Notizie d. scavi 1892 p. 116 descr. Gatti, CIL. VI 30250 apud urbem iuxta castra praetoria rep. fragmentum marmoris mutili ex omni parte praeter dextram carmen si elegiacum fuit siue heroicum, *tempus* u. 2 uitiose insertum est 1 incertum *decepit* an *decet i.*

1779

. . ucto bis . .
2 . . c prodigus . .

3 . . ui tu seu . .
. . i patria . .

CIL. III suppl. 6695 ad ectypum Beryto Parisios delatum fragmentum fortasse distichorum duorum (*uita breuis puero non fructo bis tribus annis, ossa tamen pius ac prodigus urget amor: fata dole nati parui tu seu genitoris, producantque tibi patria uota diem*)

1780

. . a quidem iu
2 . . na peremit

3 . . atris con
. . . ua rogis

GTéglás in actis arch. epigr. Vindob. 1893 (XVI) p. 254 in Dacia non procul ab Sarmizegetusa (Mikházae). sequitur . . . *et Aur. Iuli . . . hs. uix. ann. . . . iula mater*

fuit distichon, ambos saeua *quidem iuuenes* mors *una peremit*, cura tamen *matris condidit aequa rogis*

1781

iẹṛḍi . . .
superest in i . . i ṛụ[mor]ẹ uaco
hic her. abi . . cons ✱III

CIL. III suppl. 10214 descr. Domaszewski Putinci in col. Bassiana 2 'fuit igitur *et*] *ru*[*mor*]*e uaco*' Dom. malus ut uidetur pentameter, *nil superest in humo?* 3 *her*(*edes*) *ab i*[*mo fec.*] *cons*(*tat*) *denarium tribus milib.* interpretatur Mommsen (*III* tractu superno notatum est), *ab III ad V idus Iun. distribuent in Cons. denarios ternos* Dom.

1782

. a]eternu . .
2 . . o tardius . .
3 . . ustus aetat . .
. . a tempor . . .

CIL. VI 5510 descr. Henzen Romae in columbario. fortasse distichorum reliquiae 3 *haustus? gustus?*

1783

t]umulum est
ma luce
et quam
potuit
5 one pro
6 res nas[c
ssenum
sse ma
esse

CIL. VI 30617, 1 descr. Rossi aliique fuit apud lapicidam Romanum, est in thermis Diocletiani ab altera parte legitur ... *Caesa*[*ris*] ... *podari* ... *uixit an* ...
2 *alma* Hense 4 *uincere non potuit?* 7 *bis s.?*

1784

. . optimae
et mem]oriae eius
3 . . umdisiinam
4 . . famadimit
. . nomen
. . n erit

CIL. XII 477 ex Ruffio fuit Massiliae fractus titulus sepulcralis exiens in uersus, agnosco *cum fama dimittere nomen - non erit*, fallit species pentametrorum

---

1785

poetarum uersus aliunde notos lapideis ac metallicis monumentis seorsum inscriptos hos conlegi

plurimi eorum Pompeis adliti sunt infixique muris uel publicorum aedificiorum uel priuatorum

CIL. IV 3135 *Romulus in caelo* Enniani principium uersus ann. 119 V., cf. *Romulus* 3193a et alias

ibidem 3072 *Aeneadum genetrix* Lucreti prooemium, cf. *Aeneadum* 3139 et in actis inst. arch. Rom. 1874 p. 269

1527 *rusticus est Corydon*, 1524 *rusticus* Vergilianum ecl. 2, 56

1982 add. p. 214 totus uersus ecl. 8, 70 (*Olyxis*) quem Petronius quoque sat. 134 paene ad uerbum expressit

2361 3337 1282 3198 eph. epigr. I p. 177 Notizie d. scavi 1888 p. 517 Aeneidis primordium *arma uirumque cano Tro* aut paullo minus syllabarum

in actis inst. arch. Rom. 1890 p. 31 n. 64 inter gladiatorias inscriptiones minatio Vergiliana *quos ego sed* Aen. I 135

CIL. IV 3303 totus uersus Aen. I 234 (*certe hinc* paries recte, non inuerso ordine, eph. epigr. I p. 53)

ibidem 2213 1672 *conticuere*, in actis inst. arch. R. 1893 p. 57 n. 10 *contiquere omnes* Aeneidis libri secundi exordium

CIL. IV 1841 totus uersus Aen. II 148

Not. d. scavi 1888 p. 521 *Aeneia nutrix*, 1891 p. 267 *Aeneia* Aen. VII 1

CIL. IV 1237 Aen. IX 269 admodum deprauatus

ibidem 2310k add. p. 216 Aen. IX 404 (*prese* et *labore* pro *praesens* et *labori*)

in actis inst. arch. R. 1875 p. 191 *nunc est ira recens* eqs. distichon Properti II 5, 9 s. (recte paries *afuerit*)

CIL. IV 1950 distichon Properti III 16, 13 s. (*Scythiae* murus pro *Scythicis*, *feriat* pro *noceat*)

ibidem 1894 distichon Properti IV 5, 47 s.

1893 praepositum Propertiano Ouidianum de ianitore et amante distichon amor. I 8, 77 s.

3149 *militat omnes* principium esse elegiae Ouidi am. I 9 Zangemeister statuit probabiliter

Not. d. scavi 1891 p. 268 in pictura Phaedrae et Hippolyti quod subscriptum est nutricis figurae *non ego socia* repetitumque uidetur in ueste nutricis *no eco* (ita Mau act.

inst. arch. R. 1894 p. 46), id Sogliano ad Ouidi uersum rettulit her. 4, 17 *non ego nequitia socialia foedera rumpam*

CIL. IV 2210 *pedicare uolo* congruit cum Priapeo carmine 38, 3, illi subscripta uerba item dactylica *uidimus hoc* et *uictrix Victoria*

addo quas praeterea ex parietariis inscriptionibus Pompeianis excerpsi particulas carminum

CIL. IV add. p. 219 ad n. 2353 hemistichium apparet *Cam[p]ani saluete uiri: Aulus Olo suo salutem*

ibidem 1993 *si quis erit uariae m*

3061 *uirum uendere nolo meom*, 3062 *uirum uendere*

139 qui titulus dudum periit complexu hexametri continetur *hic duo cumilirini muentes rustica turba*, hanc dictionem Ouidius adhibuit et Martialis, uereor ne *cunniligi*

1781 in aditu basilicae uersum priorem *me]a uita, meae deliciae, ludamus parumper* alter excipit non omnino explanatus sed ni fallor accensendus hexametris *hunc lectum [lapid]um [plumis ae]quom esse put[emus*

3301 *felices omnes frustraque uocantur, quem | sufferre potest nemo*, ita enim Mau me docuit esse legendum

in actis inst. arch. R. 1895 p. 222 *quisquis in alterius | fortunis incubas*

et reliquias commemorasse tabularum 24, 1 extr. et 52, 10 et 18, 3 proderit fortasse aliis

1786

cetera monumenta circumspicienti maxume Vergili studium occurrit quod lapidariam musam detinuit et proritauit omnino

in cochleari argenteo aeui christiani deuecto ex Lampsacenis ad museum Britannicum, Gerhardi indicis archaeol. a. 1848 p. 110*, inscriptus est eclogae 2 uersus 17 *o formose puer, nimium ne crede colori*

in cochleari musei CPolitani, actorum inst. arch. Athen. 1881 VI p. 265, ecl. 10, 69 *omnia uincit amor, et nos cedamus amori*

in tegula Italicae reperta CIL. II 4967, 31 principium Aeneidis ad usque *Lauinaque* continuatum, in tabula marmorea Ostiensi CIL. XIV 2034 *arma uirumque ca.* quam-

quam suffecit loci spatium, tamen sic in medio uocabulo desitum est

in gemma magicis signis ornata, Mommsen inscr. Helnet. 354, 1, *si qa fata sinant* Aen. I 18

in monumento clarissimo ignobilis negotiatricis carnariae et altiliariae Romanae CIL. VI 9685 *dum montibus umbre lustrabunt, | conuexa polus dum sidera pascet, semper honos nomenq. | tuum laudesque manebunt* Aen. I 607 ss. qui uersus etiam in christiana inscriptione Fabretti 191, 445 et in Rustici ad Eucherium epistula AL. Riesi uol. II p. XXXV repetuntur. istam quoque inscriptionem uir mulieri, *Fl. Paregorius inimitabili coniugi fecit* quinque uersibus inclusam *in freta dum fluuii current, dum montibus umbrae lustrabunt, conbexa polus dum sidera pascent, semper amor decusque tuum laudesque manebunt, o dulcis coniux, teneris erepta sub annis extinxisti hic meque simul matremque patremque* (cf. etiam Aen. IV 682)

in pariete quodam Romano, ut Iordan in Bursiani annali antiq. 1873 p. 784 rettulit, *colo calathisque Mineruae* Aen. VII 805 cf. supra 471, 8

in tegula apud Rauracos inuenta, Mommsen inscr. Helu. 273, *O]ceanum interea | [sur]gens Arora reliquid* cum sequentis uersus minutiis Aen. XI 1 s.

in tegula Pannonica CIL. III suppl. 10717 *protinus Ae|neas procedere | longius iras* uerba confusa ex Aen. V 485 *protinus Aeneas celeri certare sagitta inuitat* et 461 *tum pater Aeneas procedere longius iras - haud passus*

in sepulcro semiruto praeconis Blerani Not. d. scavi 1882 p. 110, 9 *aude hospes* Aen. VIII 364, reliqua autem *...turam quei | ...se]mper* dissident a Vergilio

Tibulli IV 13, 12 esse monui pridem quod ex musei Neapolitani lapide Mommsen IRN. 6374 ediderat *in solis tu mihi turba locis*, eum lapidem nunc Mommsenus insculptum narrat aetate recentiore CIL. X 378*

Priapea carmina Tibulli 1 et libri Priapeorum 14 uide supra 861 et 1505

Ouidi distichon trist. I 11, 11 s. iambis praepositum legitur supra 89, alia eiusdem 936 et 1242

Lucani exordium libri VII *segnior Ocean(o) | quam lux aeterna u|ocabat, luctificus | Titan numquam | magis aethera* tabula Treueris inuenta habet tunc incisum cum lapis mollior uitium fecerat pertunsus, saluo eo lapicida uti coeperat ex aduerso ut inscriberet uotum *Leno Mar*[*ti*] *Sulpicius* . ., Hettner mon. lap. Treuer. 42, 60. male *lux* tabula, *lex* Lucanus porro pergens *aethera contra egit equos*

Martialis pentameter II 59, 4 supra est 1492

Statianum denique centonem separatim subiungo

1787

. . en . . nosq . . iec . . .
qualia p]allente[s d]eclinant l(i)lia culm[os
pubent]esq. rosae primos moriuntur ad [austros
aut ubi] uer(na) nouis expirat purpura pra[tis
. . m]ortis erat pallentis imago o . .
. . . . . l]ibante pietatis . .
. . . . magnum dat . .
. . . . paren[t . .

Gsell in actis acad. inscr. Gall. 1892 XX p. 250 et plenius curatiusque in Recherches arch. Alg. Paris. 1893 p. 272, inde Cagnat Revue arch. 1894 Iun. p. 423 in finibus Sitifensium Maurorum (Ras-el-Oued)

2 hos tres uersus Statii esse cognouit expleuitque ex siluis III 3, 128 ss. Gsellius 5 deest *talis*, *mortis imago* Vergiliana et Ouidiana est clausula, hic sequitur uelut *obituro*

ADDENDA

1788

D(is) M(anibus) s(acrum). | C. Aemilio Ianu[a]|rio iuniori signo | agentis memoria | [l]itterarum Amandio
ob | sorte e[t] fortuna impro|ba,
qui cum per annos | bis octonos uita gerit,
o | non ut meruit pesti ui|ta functus est,
inofesus | cum ministeria tria, | Fortunata Augendus | Augenda. ei conscius | [a]eter. |
h(ic) e(st), b(ene) q(uiescat).

CIL. VIII suppl. 18792 ad ectypum apud Nattabutes Numidiae. comparem Gabiniae Matronae titulum supra 110 matri huius Aemilii dicatum esse probabilis est IohSchmidtii coniectura

2 *agentis memoria*(*m*) *litterarum* interpositum esse signi definiendi causa eumque Africana amplificatione pro scribente ac litterato uocatum statuit Mommsen. *signo Agentis* aut *Agenti*[*u*]*s*, *memoria l. amando* Schmidt, librorum amabilium editorem indicari, in *amandio* non certam esse *i*, incipere senarium ab *amando*. eius sequerer scripturam, cupidum litterarum iuuenem interpretarer, nisi obstaret quod ipse propter ectypun exhibuit *amandio* 4 staret uersus si *sedecim* scripsissent 6 i. inoffensus 7 *et conscius aether* V. Aen. IV 167. et hic potest *et* legi, quia *i* et *t* non satis discernuntur, incisum est *pesii* et *minisieria*

1789

. a placuit
. haue
. us superorum
. mem]oriae
. ius
. Diaconus eius
. sancta casta
. eta est uale



Lucani exordium libri VII *segnior Ocean*(*o*) | *quam lux aeterna u*|*ocabat, luctificus* | *Titan numquam* | *magis aethera* tabula Treueris inuenta habet tunc incisum cum lapis mollior uitium fecerat pertunsus, saluo eo lapicida uti coeperat ex aduerso ut inscriberet uotum *Leno Mar*[*ti*] *Sulpicius* . ., Hettner mon. lap. Treuer. 42, 60. male *lux* tabula, *lex* Lucanus porro pergens *aethera contra egit equos*

Martialis pentameter II 59, 4 supra est 1492

Statianum denique centonem separatim subiungo

1787

. . en . . nosq . . iec . . .
qualia p]allente[s d]eclinant l(i)lia culm[os
pubent]esq. rosae primos moriuntur ad [austros
aut ubi] uer(na) nouis expirat purpura pra[tis
. . m]ortis erat pallentis imago o . .
. . . . . l]ibante pietatis . .
. . . . magnum dat . .
. . . . paren[t . .

Gsell in actis acad. inscr. Gall. 1892 XX p. 250 et plenius curatiusque in Recherches arch. Alg. Paris. 1893 p. 272, inde Cagnat Revue arch. 1894 Iun. p. 423 in finibus Sitifensium Maurorum (Ras-el-Oued)

2 hos tres uersus Statii esse cognouit expleuitque ex siluis III 3, 128 ss. Gsellius 5 deest *talis*, *mortis imago* Vergiliana et Ouidiana est clausula, hic sequitur uelut *obituro*

1794

Hoc spes e]t uitae nostrae | [m]on(umentum) aspice,
nati mei | signum miserandum | ter spice.
quot decu(it ut) parent(i) face(ret) | filius,
it mors acerb(a) fecit | ut face(ret) mater filio.

descr. Bormann editurus CIL. XI 5784 in columella rudi eruta ex agro Sentinati. superius aliquanto inscriptum est ... *io Pisenae f(il)*.

1 *fuit uitae n.* [*h*]*on*(*or*) proposuit Bormannus 2 *ter* cum *miserandum* copulo, B. cum *spice* 3 *decu*(*s*) B. quomodo in 170 perscriptum est. poteram *decuerat* 4 metro conueniebat *faceret parens*

1795

prope Suasam Vmbrorum extat titulus scriptus Anneo Sp. f. Maxsimo et Viscenis libertino uiro et ingenuo filio annorum XII, cui adiuncti sunt iambi. descripsit ut potuit Bormann editurus CIL. XI 6180 et ectypa mihi misit, nec tamen contigit ut expediremus, ne illa quidem uerba quae usitatissimam monumentis filiorum sententiam reddiderunt. quattuor uersibus carmen constat, 'fortasse singuli uersus continebant binos senarios'. 1 exit in *ui....ei legi feruens funeri* (reliquiae non admittunt *ui*[*ator*] *et lege*), 2 initio habet *off*]*iciu,* ad finem *mater suo qu*[*o*]*iu*[*s*] *pietas filii,* 3 ...*na* [*q*]*uo*[*t p*]*a*[*rent*]*ibus* [/]*ouit* [*f*]*acere filium,* non legitur *dequit,* uiolentia opus est ad *u*]*oluit, ae*]*qui*[*us* Bormannus diffidens ipse, 4 qui uersus breuior est et dispansis ad finem litteris ...*acerba le*[*g*]*e facere* [*fili*]*o mater suo, lege* ueri similius quam *le*[*t*]*i* uisum est, non est *fecit,* ab initio ...*f*]*acere al..* ac deinde *faceret filio* Bormannus legit. equidem ne hoc quidem carmen sine labe peractum arbitror. claudit titulum finium sepulcri notatio

1796

t(u) m(ihi) | d(ebueras) f(acere), n(unc feci) ego tibi.

CIL. VI 27866 praecedit titulus Tycheni a parentibus factus *karissimae, t m* eqs. sed pro *f* lapis habet *e*. cf. 172 ss.

1797

precor, praeteriens d[i]cito t(erram) l(euem).

CIL. II 3296 descr. Huebner Castulone certe iambicus exitus, licet uerum sit quod H. praesectum credit *te*]

precor. uidentur autem etiam suprema numeris concepta haec . . *atrique iom* . . | *ci*]*ppum deserta miser*[*a* | *p*]*atitur ipsa quoque* |, trochaicis aut aliquo cum uitio elegiacis, a *quoque* ad *precor* nomina propria leguntur *An*]*nulla f*(*ilia*) *an. XVIII.* | [*C*]*orn. Firmilla mater*, | [*S*]*iluanus pater.* [*Fir*]*ma an. XXVI* |

1798

inter parietarias aedium Palatinarum facetias est imago picta asini molam uersantis et inscriptio a Garruccio graff. Pomp. tab. 25, 2 sic relata

labora, aselle, quomodo ego laboraui, et proderit tibi

quam in iambicorum uersuum numerum adscribendam fuisse Vdalricus de Wilamowitz mihi significauit, quoniam suae ipse memoriae non istam mandarat lectionem sed hanc *et bene erit tibi.* octonarios siqui in inscriptionibus extant (cf. 209 et 211), successisse sub manus puto non id agentibus

tabula musei Vaticani marmorea litteris bonis cantat

Bacchum | *et Sylenum* | *sobrios* | *uides:* | *sic cocum* | *decet*

CIL. VI 49. iambica cola attendit Dessau, *cocum decet* quia cultrum habet cocus Plautinus clamat aul. 417

1799

Quisque huic | tutulo manus | intulerit, sale et | aqua desideret.

CIL. VI 29945 descr. Rossi in museo Lateranensi tabula marmorea septenariusne fuit in quo corriperetur *manus*? unica haec est imprecatio, saepius tales inuenies *si quis titulo manus intulerit, non illunc recipiat tellus* CIL. VI 20459, *quisquis huic sepulchro nocere conatus fuerit, Manes eius eum exagitent* ibid. 29471, *d. M. molestari noli, sic tuis non molestetur alter* ibid. 29579, *Sol tibi commendo qui manus intulit ei* Or. 4791. christiana mulier anno 528 *coniurat per diem tremendi iudicii, ne quis hoc aliquando audeat uiolare sepulcrum* CIL. X 178

1800

Munere te hoc dono, Latonia sancta uirago:
cornigeram cepi uirtute et laude potitus
exuuieisque eius templum tuum decoraui.

edetur CIL. XI 5262, receptum est AL. Burmanni I 62, Meyeri 608. ego ut Orellius 1463 fraudem suspicabar aut recentioris ingenii lusum, exitum quidem uersus 3 etiamnunc fictum dico (cf. Ardeatini templi carmen Plin. XXXV

115). nam talia qui faciebant circa Hadrianum, cauere canem condidicerant et pede non lapsare. *templum tuum decoraui* Ryequius testis primus dedit, *te ipsam templumque decoro* ceteri, debuere saltem *templum sanctum decoraui* Hispelli in aedicula Dianae, sub ara insculptum uenatorem narrant

2 *corniyeram* quis absolute ceruam dixerit ignoro

1801

Martyris hic locus est Vitalis nomine uero,
quem seruata fides et Christi passio notat.
solus hic e nostris uictricia dona reportans
aeternam caelo meruit perferre coronam.
hunc precor ut lucis promissae gaudia carpam
et quae uirgo praecans poscit Caluentia, praestet,
corporis intacto puri decorata pudore
plusque datura fide decoris, quam quod pia patri
exhibet officia et puro uenera[tur a]more,
utque probante deo maneat per [sae]cla fideli[s
praemia laeta sibi concesso munere sume[ns.
sanctis laetus ego Spes haec munuscula [dono.

CIL. XI 4966, Rossi bull. arch. crist. 1871 p. 95 fuit marmor in aede parochiali agri Spoletini, exigua particula uersuum 7 et sequentium restat. praescriptum fertur α Χρ. ω *Spes episcopus dei seruus sancto Vitali martiri a se primum inuento altaris honorem fecit*, subscriptum *sancti Vitalis martyris passionis n[a]talis die XVI [k. Mart.* Caluentia filia esse uidetur Spei, huius episcopi Spoleti depositio facta est (CIL. XI 4967), ineunte saeculo V?

2 noue dictum quasi deuotat, an deprauatum ex *notat?*

1802

Post fla]mmas cinere[squ]e suos noua surgere foenix
scit: nu]nc ut pulcra r[e]nouetur fabrica mole
tu, Quinti]ne, facis, cui la[u]dem nobile corpus
ac uir]es peperere suae quibus omnia polles,
regia] Romuleo genitum quem stem(m)ate p[atru]m
praefectu]m Mauris claro [p]ermisit [honore,

pic]turis thermis [decorantem moenia signis.
que]m gaudet sibimet [populus reparasse lauacra.

descr. Poulle et Gsell dedit mihi Dessau, CIL. VIII suppl. 20263 Satafi Maurorum lapis diffractus inuentus inter rudera thermarum, sinisteriori parti subscriptum (*anno*) *pr*(*ouinciae*) *CCCXX* . . a. Chr. 359 aut posteriore, ante a. 388

2 *scit? uolt?* nam ab 1 incepisse carmen uidetur 3 . . *ne* aut *nte* lapis

1803

a]rmipotens Liby[c]um defendit Honoriu[s agrum

Huelsen in actis inst. arch. Rom. 1895 p. 56 ita reconcinnauit fragmenta marmoris in foro Romano reperta rettulitque ad titulum CIL. VI 1187 quem *Arcadio et Honorio fratribus senatus populusque R. uindicata rebellione* Gildonica *et Africae restitutione laetus* posuit conlato Claudiano de VI cons. Honorii 372 s. (Roma loquitur *pugnae monumenta dicabam defensam titulo Libyam testata perenni*). in exitu *agrum* uel *aruum* scribi uoluit, noluit *aequor* aut *hostem*

1804

tollens] qui Gothicas nuper tua signa per hor[as

CIL. VI 31421 ex Donio Romae in campo in coronide lapidea oblonga. 'pertinebat fortasse ad Claudium Gothicum' CIL. suppleui, *horas* oras

1805

A Funditus hanc statuit Marcianus l . . .
serius in regnum missus post . . .
de qua . .

B . . laiaimlinall
a . li . . melius quem laps[a per] orbem

edidit HSkorpil in actis arch. epigr. Vindobon. 1894 (XVII) p. 223 ex apographo incolae loci prope Deultum Moesiae in pago Aitos. scriptura deterior, *c* triangula, *o* quadrata

1 *Mareianus* exceptum est memoratusque in adnotatione imp. Marcianus a. 450-457 ex Thracia oriundus. *limine portam?* 3 litterae incertae 4 talium litterarum reliquiae infumae cernuntur 5 *laps* | *orbem* fertur

1806

. . . . . mo]enia muros |
se]d d(omi)n(u)s mundi custo|[dia]t hostia portae.

Acta arch. epigr. Vindobon. 1894 (XVII) p. 209 descr. Skorpil in sepulcreto oppidi propinqui Marcianopolitis (Alačkoei), scriptura deterior (*e* corrotundata)

1 *et uirtus hominum defendat* prop. Hartel, cetera suppl. Bormann

1807

Haec quoqu[e pr]aefectus cons|truxit moen[ia] Thomas,
sed decus his | aliud melioris roboris addens |
Tiberiam dixit de nomine | Caesaris urbem.

CIL. VIII 2245, suppl. 17671, accessit dexterior pars nuper reperta Revue archéol. 1895 XXVII p. 389 n. 115, descr. Villefosse et Cagnat Masculae Numidarum (Krenschela)

uersibus praepositum et subiunctum est signum crucis, sequitur *domino Chr(ist)o | aiubante s(uos) pos(uit) cofirmante i(m)pr. d(omino) i(nuictiss.) Tiberio | Aug. Genna-d[i]o m(a)g(istro) m(i)l. Arpag(io) duci Bigor tr(i)b(u)n(u)s*

'Gennadius secundum Iohannem Biclarensem a. 578 magister militum in Africam missus est a Tiberio, a. 580 re bene gesta reuocatus' CIL.

1808

Hic ubi tam claris laudantur moenia tectis,
culmina quod nitent sanctaque altaria cernis,
non opus est procerum, set tanti gloria facti
Alexandri rectoris ouat per saecula nomen.
cuius honorificos fama ostendente labores
iustos in pulcrham sedem gaudent locasse priores,
quos diuturna quies fallebat posse uideri.
nunc luce praefulgent subnixi altare decoro
collectamque suam gaudent florere coronam,
animo quod sollers impleuit custos honestus.
undiq. uisendi studio crhistiana aetas circumfusa uenit
liminaque sancta pedibus contingere laeta,
omnis sacra canens, sacramento manus porrigere gaudens.

Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 91 descr. Saint-Gérand Tipasae Mauret. in pauimento basilicae

3 clausula Verg. Aen. XII 322 VII 232 4 *rectoris* episcopi, cf. epitaphium Alexandri huius 1837 et Damasiana carmina. clausula Verg. eadem 275 7 i. sensim fecerat ut ne possent uideri 11 ex V. Aen. II 63 *undiq. uisendi studio Troiana iuuentus circumfusa ruit* 13 pia interpolatione suppositum pro *sacra et persoluere g.* sim. cf. V. Aen. II 239

1809

. . . . . . deuotam,
quae tibi, martyr, ego rependo munera laudis.
hoc opus est nostrum, haec omnis cura laboris,
ut dignam meritis [habeas sedemque decoram.
haec populis c[unctis constabit] gloria facti,
haec, Quirine, tuas [laudes celebrando] probabi.

AntdeWaal in trimestribus scriptis Rom. 1894 suppl. III p. 100 qui inuenerat cum sedem ss. Petri et Pauli sepulcralem ad catacumbas ruderando inuestigabat, Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 148 adtestante Stevensonio, Ihm Damasi epigr. 76a in tectorio cryptae quam carmen S. Quirino ut uidetur episcopo Sisciano dicatam esse docet, litteris grandibus rubricatis saeculi quarti quintiue

1 *mentemque* addit Rossius 3 clausula Damasiana 19, 7 4 *det hanc tibi Roma quietem* Waalius, *dent sancta haec limina sedem* Rossius 5 *cunctis* suppl. W., addidi *constabit, clarescet* R. 6 post *tuas* lineam transuersam sibi apparuisse W. narrat per quam *z* effici posse et Zosimum papam a. 417, *laudes* . . R. ego prius suppleram *tuas uirtutes fama probabit*, nunc cum non posse non legi *probabi* adseuerent itaque de se auctor locutus sit, *celebrando* uel *referendo* addendum censui. quamquam auctor nescimus mas an femina fuerit, *uires experta*

1810

Hic ego me memini quendam futuisse | puellam. |
cunno non dico curiose.

LCorrera in actis arch. munic. Rom. 1895 p. 198 n. 294 in parietinis thermarum Titi. ibidem (p. 197 n. 275) incisum legitur *Flacco consule* (a. 174?) cum nominibus signisque ad cursum equestrem spectantibus. alter uersus coeptus ad modum pentametri

1 sicut ueteres *quemquam mulierem* dixere 2 *curiose potius loqui quam latine* Quint. VIII 1, 2 (cf. Priap. 3, 9 *latine dicere*)

1811

. . . . . . somnus claudit ocellos

LCorrera in actis arch. munic. Rom. 1895 p. 196 n. 269 in Palatini cella subterranea inscriptum parieti. inspice 943, aut bis idem scriptum murus obtulit aut facinus factum est indignum

somnus lassos submisit ocellos Ouidius, *premeret mihi somnus ocellos* et *nox claudet o.* Propertius

1812

in laterculo Romano priusquam coctus est stilo infossa est inscriptio quam HenrDressel mihi delineatam misit

. . nis histo pudorem
. ue]nerem nolito
. . . . opus . . sid s

in 1 *esto* legi posse Dresselius existimat, correpta *o* (*nolito rogare* sim.) posterius Hadriano tempus arguit

in tegula Pannonica CIL. III p. 962, 4 partim legebam partim in tenebris scintillulam quaerens fingebam *S*]*aturne* | ... *disc*]*ipulus nil* | *era* [*mihi dant*]*ur n*(*on*) *ul*[*la*] | *auru*[*mque*] *care*[*mus*] | *Satu*[*rnum c*]*olit*

in lamella aurea Vindobonensi CIL. III 6016, 3 *ter:* | *fugia* | *amor* pro ut de usu pristino iudicabitur, aut nomen significari proprium putabimus ac deinde *fugia*(*tis*) *amor*(*em*), aut si pro amuleto fuit bratteola, *ter* praecantatum hoc *fugiat* siue *fugias amor*, φεῦγε μισούμενε ἀπὸ τοῦ φοροῦντος

1813

Hoc castae in tumulo iacet aetas prima puellae,
orbati dolor infelix utriusque parentis,
coniugis aeternum lacrimoso crimen amore
et cito desertae subolis miserabile fatum.
da, quicumque legis, fletus et parce sepulcro.

edetur CIL. XI 5335 ex ueteribus, editum est Mur. 1776, 3. AL. Burmanni IV 115, Meyeri 1244 Meuaniae Rycquius, Hispello plerique basim adsignant. praescriptum *d. M. Restitutae*

4 *desectae* alii *lacrimabile* unus Rycquius

5 idem exitus 857, 7 eadem sententia quam saepissime oc-

currit (CIL. VI 24022 *parce precor tumul[o* quasi principium carminis pater infantis titulo subiecit)

1814

Moribus hic simplex situs | est Titus Aelius Faustus, |
Annis in lucem duo de | triginta moratus, |
Cui dederant pinguem | populis praebere liquorem |
Antoninus, item Commodus, | simul induperantes. |
Rara uiro uita et species, | rarissima fama, |
I]nuida sed rapuit semper | Fortuna probatos. |
Vt signum imuenias, quod | erat dum uita maneret, |
Selige litterulas primas | e uersibus octo.

Notizie d. scavi 1896 p. 165 descr. Gatti uia Latina ab urbe longe V m. p. repertus cippus marmoreus exiguus, litterae pulcrae, prima cuiusque hexametri sinistrorsum protenta. dispensatorem ab oleo mulsoque Macarium fecerant Marcus et Commodus ante a. 180

3 Iuu. 14, 270 *pingue de litore Cretae passum*, plurimi *pingue oleum*, *pingui Pallade* sim. 4 metri necessitas priscam dictionem exegit, eadem sede Iuu. 10, 138 et Venantius uit. Mart. IV 350 *induperator* 7 *imu-* ut pridem *comuouise* aut ut tunc *imb-*

1815

. . . Trophimi Aug. lib. |
reliquiae pueri quondam | Phrygii pastoris. |
uix(it) annis duodecies senis, | nam tertius apstulit illum.

CIL. VI 27657 ex schedis in urna Romana. postremum uersum excipiebant 'nonnulla indecenter sculpta', unde 2 siue Paris intellegitur quem Vergilius et Octauiae scriptor Phrygium pastorem uocant siue Ganymedes quem Statius Phrygium uenatorem, ad amores ac formam spectare credo. pastorem qui Romae senex obierit natum in Phrygia et inde triennem in urbem abductum Mommsenus cogitat. uixit annis LXX duobus, hinc *tertius* sublatis nomenclatione et *uix.a.* par uile hexametrorum, hunc Leo ad exemplum redigit tale *uixit VI annis nam septimus*

1816

Sophron hic situs est aetatis paruae, [animisque
Saturnina soror salue carissima nostris.

CIL. VI 26623 descr. Rossi in Caelimontio marmor ornatum. praescriptum *Sophron uix(it) annum et m* . . . | *Saturnina soror eius uix* . . ., subscriptum *Xanthus et Amilla filis*

1 hexametrum fuisse certum est, licet *oculis* aliudue praeferas, hendecasyllabus dicitur CIL.

1817

Mutatae | Vistiliae hic | ossa sepulta | quiescunt.

CIL. VI 29053 descr. Dressel columbarii tabella. crede hexametrum ob cognomen praepositum, etsi labat pes tertius, cf. 501, 1 al.

1818

Hi]c situs Euphrosynu[s qui uixit semper honeste
anni]s octo et triginta, c[arus mihi coniux
no]n minus autumnis [uiginti . .
cu]ius festinauit [fatum male rumpere uitam.

CIL. VI 26538 ex Donio fuit in S. Pauli fragmentum, supra . . *S*]*extia Secundill*[*a* . . carmen ex *autumnis* maxime colligo, supplendo praeiit Henzen

1819

. . . tegit]ur primaeua iuuentus
. . . . princeps, curiae decus idem
annis qui uixit ter den]is m. III d. VII flamine primo
. . . . nimio splendore uigeb[at.

CIL. VI 29750 descr. Rossi in hortos Campanae adlata peregre tabella marmorea

3 seclude menses et dies 4 uelut *fortunae uectus*

1820

Hic ego Siculina, | minus bima, crudeli | funere operta
ante dedi matri et | patri luctum | quam bracchia | circum
darem, | quam grata fuerim | matri aut patri.

CIL. VI 26544 descr. Henzen extra portam Salariam haud facilis lectu lapis, quoniam Henzenus quae ipse ac Mommsenus exscripserant ad Giorgii exemplum recorrigere coactus est

1 *sicumna* et *funereo iuxta* H. legerat 2 hexameter

sublato *et patri*, Vergili clausula, distinctum *circum* a *darem* 3 paene senarius, *grata* pro beneficiis

1821

D]ulcis nimis prole[s, o | s]pes, solacia nostr[a, |
q]ui tantum miseris tr[ibuit | p]arentibus ignem,
hic pr[aeceps | ia]cet fatis er[e]ptus nefa[ndis |
. . . mens(es) dec[em | . .

CIL. XI 4154 contulit et suppleuit Bormann Narniae fragmentum marmoreum

3 *pr* potuit esse nomini proprio principium 4 uitae tempus narratum erat, nam *s* in *mens* transfixa compendium litterarum indicat

1822

Hic Maxima iacet nunc Vi|dia funeri acerbo
rapta pat|ri et matri raptamque serori. |
duo et quaternos uite conpleuerat | annos.
hec iacet in tenebras | quae uixit annis VI mensibus IIII | dies VII ora secunda.
hunc titu|lum posuerunt parentes karissi|mi.

CIL. XI 5796 ex schedis. AL. Burmanni IV 293, Meyeri 1490 Sentini. praescriptum *d. M.*

1 i. funere (430, 2) 2 *raptaque sorori* corrigit Donius 3 uide os ut sibi distorsit iste ne excideret uersus formula 4 *hic* alii

1823

Tu dum esses | ad superos, nemo mihi fuit form|onsior ulla.
quae prostrata iaces | indigna circumdata terra,
quae | caruisti, uiam luci secuta es.
sic me|rito tales uersus descripserim in te |
non studio sed mente data et cogente | dolore.
haec mihi Titiane primum | in conubio iuncta est,
haec prima doloris | dulcior in me fuit ut mente repellat,
et subito m|estum rapta reliquit in aeuum.
quem frui | non licuit annis per ultimo fato.

acerua a | matre rapta es ut paruulus agnus,
sic ut | ille miser raptus uouitur aris,
et me tam | puerum cito fecisti dolentem.
paren|tes miseri meum patiuntur in aeuo do|lorem.
ut rosa uere nouo grata est | in tempore paruo,
sic fuit infelix haec | mihi gratissima coniunx.

accepi a Bormanno edituro CIL. XI 6080, integram seruauit Vbaldus, perpaulum extat (dextumum marmoris fragmentum a 2 *pro s*[*trata iac*]*es* ad 6 *Titiane primum*) designatum a Bormanno Vrbini. praecessit *d. M. b*(*ene*) *m*(*erenti*) *C. Arrius Victorinus maritus Vttedie Titiane*, successit *uixit anis XVII mesibus VIII dieb...* | *felix lapid*[*em praeteri?*

3 omisisse quadratarium puto *caruisti uitam et uiam luci*(*s*) 6 *primumum* lapis 7 *meiterepellat* fertur, *mei te rep.* diuidit B. neque hoc expedire possum nec placet *me itere p.*: prius fuit dulcis ita ut dolores repelleret 9 i. quam 10 *acnus* et 14 s. *crat-* traditur 12 *puerum* satis ineptum, num ex alieno carmine translatum? 13 *mecum?* 14 cf. 967 al.

1824

. . . |ulistratius ger|mani l[oc]o relicto | parente,
quibus ut | meritis pietate re|pletis
cum lacrim|is posuit aeternale | duobus,
L. Herenneno | L. f. Maximo qui uixit | annos XXV
et L. Heren|neno L. f. Seruando | [qui] uixit ann...

CIL. XI 4872 descr. Bormann Spoleti

1 primum uerbum non iam extat. *ex*]*ulis fratris g. loco* coni. Bormannus, *d*[*om*]*o* ne spatio quidem aptum 2 *repletus* Bracceschi, haec syllaba periit 3 domum aeternalem Africani tituli frequentant

1825

CIL. XI 4246 titulus olim Interamnas prima habuit haec *hos ego uersicu*[*los*] *feci Atinatia Verecunda que Prutia sum ... tur ...* ubi *Bruttia sum uocitata* proposuit Bormann. sequitur *cael ... num ...* ut idem opinatur *caelesti numine*, inferius *cobans ... t*[*ell*]*ure sub imo*, hoc utique ex carmine sumptum, post *florum Manibusque ... mult*]*osque per annos ..... memoriam ..... celebretis*, infimum *iubeo ita fieri*. tam

male lectus est titulus et interpolatus, loquitur enim *aream ... meam subditam nemoribus montibusque bigeminis Interamne*, ut plura ac numerorum specie carentia perscribere fastidiam

1826

annos] | dece menses sep[te dies]|que sedece plenos
[tu]|lit, mater cabo fecit [fil]|iu minserino
Vrbica C[ur]|tia cum suo piente mar[ito] | c. s.

CIL. X 3148 descr. Mommsen suppleuitque rep. Puteolis. barbari hexametri

2 *cauum* i. sepulcrum interpretatur M. aut nomen proprium puto aut peccatum pro *caro* i. miserino, quod uerbum Lucilio restitui oportet ex libris Nonii p. 74 *ardum* 3 c(*arissimo*) s(*ibi*) proponit M.

1827

Dat] | pater hoc natís i[nsons] | miser ecce su[premum.

Notizie d. scavi 1896 p. 256 descr. Vivanet prope Sulcos repertum iam in museo Caralitano praescripta *Antonia L. l.* | *... ulla annic*[*ula*] | *L. Antonius L.* [*l.*] *...*|*lus uix. ann ...* | *L. Antonius L. l. P ...* | *sibi et suis feci*[*t ...*, tum *pater* primum in nouo uersu positum ita quasi ab ipso initium fuerit carminis

1 *ii ...* exceptum est, alioqui *et p. hoc n. tribuit* praetulissem *su*[*m* Vivanet, cf. CIL. II 1753 *memor amicitiae hoc munus supremum dat* al.

1828

Reddere p[atrono cum] | munera facta [uolebam], |
perueni in tene[bras] | Ditisq. ad Tartara [praeceps] |
e [l]uce ereptus tri[stis | per funera mortis.

LLindenschmit in Westdeutsche Zeitschrift XIII 1894 p. 300 Mogontiaci in parietinis urbanae portae rep. fragmentum praeiuit carmen Zangemeister qui pentametrum fecit 1 *r. patrono munera facta mihi*

1829

Liber et exuctus cura, germane, subisti
Infera desertus uita, disiunctus in aeuom
Blanda luce cares fugiens tristesque labores,

Exceptus tellure patris Plutonis in aula.
Rebus sollicitus fueras, dum uita maneret,
Adfectus curis miseris necdum memor Orchi.
Laeserunt Parcae disiuncti sanguine caro,
Inuidia saeuo uoluit nos sternere luctu.
Sola quies retinet tumulo tellure manentem.
condidimus cineres latebris et odoribus ossa.
uixisti triginta annos duo mensibus et sex.
nam iuuenem pater et properantem mater habetis.
ergo uelut deus esse uelis mihi dexter in aeuom.
pro meritis Peregrinus carmine frater adornat.
Lucius Vmmidius situs est hic. perlegat hospes.

Cagnat bull. des travaux hist. 1891 p. 539, mihi dedit Dessau Hadrumeti

1 corrigendum *exutus*, *exactus* prop. Cagnat 2 primo scripsisse *infer* lapicida uidetur, post innexuisse *a* 3 *cares* fortasse est carens 4 i. terra patria bustoque paterno 9 *telluris tumulus* Culex 396 12 prius mortui parentes 14 dubites an *peregrinus* 15 *perlegat* quo etiam cognomen comperiat

1830

Vel uos quos pietas duxit munerare parentes,
Iam requiem sumimus, ubi nos fortuna remisit.
Talia quis faciat nisi uos quos amor adegit?
Accipiant cuncti uestros ornasse parentes.
Laetit(ia)m suminus eod(em) matrisquae senectus.
Iter agens salue: uersus cum leger(is) istos,
Si a capita explores, ingenium nomenque probabis.

hoc carmen pro duobus quae supra posui 515 et 570 substituatur secundum exemplum factum ab erudito Gallo anno 1847 editumque in Mélanges d'archéol. Romae XI (1891) p. 434 quod mecum communicauit Dessau Auziae in tabella quasi ansata, ansae sinistrae inscriptum *d. M. s.*, carmini subscriptum *Mummiclea Kamerina marito et Aelii Vitalis Kamerinus Sergianus et Saturninus Vitali patri et Saturninae auiae dignissimis (anno) pr(ouinciae) CCLXXVI*

anno Christi 315 uersus 1-4 sinistram tabellae partem obtinent, 5 (diuisus bifariam *ma|trisq.*) 6 7 dextram

1 *uel* quid uelit difficile dictu est, nisi quod acrostichidi inseruit. cogitauitne scriptor *audite uel alius uel uos* an primitus hunc uersum tertio adgregauit? 5 prima littera graecae lambda figuram habet, tum *aetitm* fertur (colligatae *t* et *i* fuere, *a* et *m*) *eod* laesum quidem superne sed satis certum, haud simile ueri *ego*, mater ergo Kamerina 7 *capita* pro capite ut uidetur cf. capitatus capitaneus al.

1831

C]oniu(x) car[a] mihi mul[tos] dilecta [pe]r annos,
l]uctibus i[n] tantis q[u]o(d) solum [r]eddere po[s]sum,
han[c] tibi funes[t]am solidum de marm[o]re fecit,
quod nomen hoc caste pariter cum corpore serues.

CIL. VIII suppl. 18823 ad ectypum Aquis Thibilitanis Numidiae praescriptum [*d. M.*] *s. Iulia* [*Mi*]*nucia*, post *serues* adscriptum *u(ixit) a. XXXI*, in dextra parte cippi *d. M. s. se uiuo Ventidius Libulli*[*n*]*us sibi et c*[*o*]*niugi sue rarissime et inco*[*m*]*parabil*[*i*] *memor*[*i*]*am feci, c*[*u*]*m quo sine ullo deli*[*c*]*to a(nnis) u(ixit) VIIII, et ips*[*e*] *u . a* . . . tum *q. f. o* . . .

1 cf. 635 et 636 3 scilicet memoriam, ut IohSchmidt adnotauit. idem recte *solido, feci, seruet* requirit, nunc extremo uersu marmor ipsum compellari. contra in prosa *feci* pro *fecit* legimus

1832

ae pect . . m . . ii
ornatus II uir pleb[is] peṛ . .
nalis populi firmatus am[ore
um propria laetatus namqu[e
et casta proprio de nomine . .
ẹḷ[e]gi[t] medicinaeq. arte beatu[s
r praelatus arte perenn[e
felici semper cum coniug[e . .
nostrae uitae memor[andus
turni. memorandus sa
sẹ i çes o q̣

Gsell Recherches archéol. Alg. p. 195, pariter descripsit sed magis curtata Vars Recueil de Constantine XXVIII 1894 p. 349, utriusque exemplum mihi commodauit Dessau Dianae in Numidia

1 dimidiatae litterae atque incertae 2 *peregrinus?* potuit tamen *plebiq. peraequus, plebis per honorem* 3 *nalis* Vars, *salis* Gsell, puto *et quinquennalis* 4 *sede Larum pr.?* deinde *namq. pudicam moribus et c. proprio de n. Laetam uxorem elegit?* 6 pr. *fi..ci* fere sic Gsell, om. Vars 7 *aequales inter?* 8 *licis semper* V. fortasse recte, annos felices uixit 10 fuitne *diuturnis* producta *u? saecul-?* inque d. memorandus saepius annis?

1833

Vltimus hic honor est [titulos inscribere] | saxis,
quos prestare [potest inopes mo]||do cura parentis.
Nice [nata mihi tu]||mulo requiescit in isto,
[quae quoniam] | caelo deuota mente re[cessit,
hic ad]||seruari quaerit cert[e pater ossa, |
quae sepelit] multo cu[m fletu funera questus.

Thédenat Mém. des antiquaires de France LIII (1892) p. 227, mihi misit Dessau, suppleui in pago Sion-Vaudémont sito ab urbe Nancy ad meridiem

2 similis sententia fuit istis *Irene fratri posuit, uel aureum t(itulum) li[bens* CIL. VI 15265 5 aut *nomen seruari q. c. hic sibi semper dulce pater*

1834

Causa meae mortis partus fatu[mque malignum.
set tu desine flere, mihi kariss[ime coniux,
et] fil(i) nostri serua com[munis amorem.
nam meus ad caeli] transiuit spi[ritus astra.

Poulle in actis soc. arch. Constantinensis XXVI 1892 p. 403, mihi misit Dessau apud Satafenses Mauros (Ain Kebira) praescriptum *d. M. s. Rusticeia Matrona u(ixit) a. XXV,* infra restat *...maritae [b. m. f.*

3 ex Verg. Aen. II 789 *et nati serua c. a.*

1835

Suscipit eximium sublimis regia caeli |
Basilium meritis etiam post uita uiuentem, |

qui digna deo sic duxit tempora uitae
iustiti|a probitate fide praeclarus et actu,
sexaginta | duos felix bene clauserit annos.

Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 93 descr. Saint-Gérand Tipasae in Mauretania in basilicae pauimento de musiuo
1 confert Hense Verg. Aen. VII 210 *regia caeli accipit*
5 *ut* deesse uideri adnotat Rossius. alioqui oportuit *clauserat*

1836

Hic iacet egregia meritis et gratia morum
heu memoranda bonis Astania dignissima caelo,
nobilis et atauis clarissima femina magnis,
concors blanda decens, regumen fidele suorum.
haec bona familiis, mater pia, sedula coniux
hic corpus posuit, sedem dicauit in astris.

Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 93 descr. Saint-Gérand Tipasae in basilicae pauimento de musiuo
1 *cratia* et 4 *recumen* musiuarius

1837

Alexander episcopu[s l]egibus ipsis et altaribus natus,
aetatibus honoribusque in aeclesia catholica functus,
castitatis custos, karitati pacique dicatus,
cuius doctrina floret innumera plebs Tipasensis,
pauperum amator, aelemosinae deditus omnis,
cui numquam defuere unde opus caeleste fecisset:
huius anima refrigerat, corpus hic in pace quiescit
resurrectionem expectans futuram de mortuis primam,
consors ut fiat sanctis in possessione regni caelestis.

Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 90 descr. Saint-Gérand Tipasae in pauimento basilicae ubi epigramma 1808. duo primi uersus syllabas habent uicenas, tres proxumi senas denas, quattuor postremi duodeuicenas. similiter libratos aequatosque syllabarum numeros in Viuentioli epitaphio deprehendi Lugdunensi (ad 1433) et ex inferioribus VI saeculo carminibus CCaesar de aetate tit. christ. p. 35 enotauit, hic autem Alexander Viuentiolum sextumque saeculum multis annis uidetur antecessisse

5 *omnis* totus 7 pro meritis homines mortui ut Tertullianus ait cruciatui destinantur aut refrigerio, hinc christianis maxime primi aeui fidelibus tam refrigerium quam pax optatur diciturque non modo *spiritum tuum deus refrigeret* sed etiam *refrigeretis* (Rossi ibid. p. 72) a titulorum scriptoribus aeque ac librorum (Commodian. p. 237 Domb.)

8 *primam* cf. apocal. Ioh. 20, 5

1838

Vir potens meritis nosterque sacerdus
In hoc iacet Viuentiolus tumulo.
Vox organi, uerbi praeco, decus fratrum,
Ecclesiae et populis speculum fuit,
Nullum linquens officii gradum diuinum
Cuem non promeruit, tulitque de mundo
I] . . . . .
O] . . . . .
Lugduni inter sanctorum festa sit tibi
Et iste festus celeberrimusque dies.

Probata duorum fratrum requiescunt corpora,
Antestes summi pares meritis coheredesque Christi.
Pastor bone, omnium diadema episcoporum,
Annue precibus nostris inuocatusque memento.

Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 94 ex ms. fuit Luguduni, subscriptum *IV idus Iulii* addere in calce uisum est ne cui non in promptu foret quod commemoraui in 1433 et 1837, simul et tollo errorem meum, Lugdunensis enim hic episcopus erat amicus Auiti Viennensis a quo memoriam de eo accepimus aliquam. primi tres uersus duodenis syllabis constant, insequentes ternis denis, ultimi senis denis

6 *quem* traditur: *c* ut restituerem acrostichis suasit, de qua scriptura cf. 1621, eadem opera numerum syllabarum repleui. *promeruerit* Severti apographon 7 unius uersus lacuna fertur, duos deesse acrostichis ostendit. *tulit* annos tot 9 *Lugdune* opinor, nam *Lugdunus* ab Ammiano aliisque uocatur 11 syllabae sunt quindecim, desideres *hic requiescunt.* frater Viuentioli hic alter antistes ignotus 12 septem et decem syllabae

1839

Respice quam parbus cubat hic sine felle | palumbus [du]m luce est ista frunitus.

Rossi museo Pio-Lateranense tabula 23, Caesar obss. ad aetatem tit. christ. spectant. p. 75 sent. IV insequitur *Vrbico f(ilio) Lacistius | et Campana fecerunt, d(e)p(ositus) in pace | VI non. Mai.*

1 cf. 787, 3 *sine felle columbam,* Rossi inscr. christ. R. I 937 circa a. 500 *palumbus sine fel* (Caesar p. 59) 2 *dum* feci, *VII m(enses)* Caesar. ad hexametrum deest nomen ut *Symphorianus* aut *amabilis infans* sim.

1840

Accipite, sancti, uobis [fr]atre(m) dignumq. minestrum X

CIL. XI 4968 ex ms. fuit Spoleti Christi notae continuatur *Tullium Anatolium Artemium c(lariss.) p(uerum)* ann. VI depositum anno Chr. 384

fratrem Rossius bull. arch. crist. 1878 p. 157: *A tre* ms.

1841

Accipe, P[h]oebe, pre[cor], | Tiryn[t]hia munera | pro me:
haec tibi quae | potui fortia dona dedi. |
h]ic orbem domuit, tu pacem, | Phoebe, dedisti:
utraque | res uotis annuat ista | meis.

dedit mihi Bormann exceptum e charta quam ipsi miserat Dobrusky, tractasse iuuenem eruditum Rostovzeff Rossice scripto commentario referendumque censuisse ad imp. Commodum ex eodem Bormanno audiui Philippopoli uidetur repertum in fano Apollinis ex quo simul graecum carmen uatis gloriosi heroicum prodiit ... καὶ] γάρ μοι δῶρον ἐχαρείσατο [μαντοσυνάων] ὥσπερ Θεστορίδη Κάλχα πόρε Φοῖβο[ς Ἀπόλλων] ὄρνειθας καθορᾶν καὶ ἀτρεκέα μαν[τεύεσθαι, omitto Polydamantis Phrygii et Halithersi Ithacensis memoriam, το]ύνεκα σ[οί], Παιάν, χαριέστατα δῶρ' ἀνέθηκα, ὄφρα τις ὀψιγόνων [ἐκ γῆς] ἀπίης ἐσαθρήσας γνώσῃ τ[ῆδ' ὅτι ἐγὼν οἰωνοπ]όλων ὄχ' ἄριστος κτλ. quae hic deprehendis uitia, talibus latini uersus immunes sunt, quos hominem fecisse splendida militia exornatum conicias

1 i. Herculis arma uel signum armati *prome* unum in lapide uerbum 4 belli uictoria et pax, sed ipsa locutio *res annuat* non longe abest a barbarie

1842

S(an)c(t)orum ueneranda cohors sedet ordine [longo
diuinae legis mystica dicta docens.
hos inter residens Agapetus iure sacerdos
codicibus pulchrum condidit arte locum.
gratia par cunctis, s(an)c(tu)s labor omnibus unus,
dissona uerba quidem, sed tamen una fides.

Rossi inscr. christ. Rom. II 28, 55 ex codice Einsidlensi ubi praescriptum est *in bibliotheca S. Gregorii quae est in monast. Clitauri* i. cliui Scauri in quo paterna domus tam Agapeti fuit quam Gregorii magni, uide Rossium ibid. p. 16. Agapetus a. 535 in sede apostolica successit Iohanni II eique epitaphium scripsit supra 1377

1 *longo* suppl. Rossius

1843

Nassius hic situs sum L(uci) | l(ibertus) Amandus
paruolus | aeterna conditus in requie.

ectypon misit mihi Bormann, hic edet CIL. XI 5882 Iguuii lapis calcarius, litterae saeculi I aut II, post *Amandus* uacat paululum

1844

Inf]austo, leuis umbra, tuo mihi flebilis hora
sorte tua certe tempus in omne fuit.

CIL. XI 4431 descr. Palmieri Ameriae subscriptum laeua *uiuit: C. Alfio C. l. Mysogeni*, dextra *Alfiae C. l. Saluiae*, maritus ergo deflet Saluiam

1 non infortunio, nam sine fide ex Plinio XVI 169 adfertur *infausto Atheniensium*, sed mihi infortunato 2 in effigie lapidis quam Bormannus mihi commodauit tantum ..*orte* extat, ut possis *morte*. at *s* Palm. uidetur uidisse

1845

Chreste nutric[i fecimus] | hunc tum[ulum]. |
occidit haec Liby[cis comitans] | nos grandis a[b oris] |
per freta per terr[as sedula] | dum sequ[itur]. |
corpus habet tellu[s et pallida] | membra, sed illinc

CIL. XI 4991 descr. Rossi ad ripam Naris supra

Ferentillum marmorea tabula, litterae optimae. singula supra et infra abscissa putes metra (post 4 *exiit aethereus spiritus astra petens*), resarserunt pleraque Bormann et Hartel 3 confert Leo Tibullum I 3, 56

1846

Pontia sidereis aspirans uultibus olim
hic iacet: aetherio semine lapsa fuit.
omnes honos, omnis cesit tibi gratia formae,
mens quoque cum uultus digna nitore fuit.
tradita uirgo toris decimum non pertulit annu
coniugii, infelix unica prole perit.
quantus amor, mentis probitas quam grata marito,
quam casti mores, quantus et ipse pudor,
nil tibi quod foedum, uitium nec moribus ullum,
dum satis obsequeris, famula dicta uiri.
denique te, memet fatis odioque grauatum
dum sequeris, uidit Corsica cum lacrimis,
tu Treuiros pergens cursu subuecta rotarum,
coniugis heu cultrix, dura satis pateris.
te pater infestus genero cum tollere uellet,
temtasti laqueum si faceret genitor.
cedite iam ueterum laudes omnesque maritae,
tempora nulla dabunt talia quae faciat.
uir tuus ingenti gemitu fletuque rigatus
hos feci uersus pauca tamen memorans.

CIL. XI 4631 descr. Eroli ectypumque misit Henzeno in aede rustica S. Iuuenalis prope Macerinum Vmbriae in tabula marmoris liuidi quae media Christum ostendit cum libro et αω iam euanescentem, utraque parte denos carminis uersus, ora sinistra mulierem stolatam diadematam cui subscriptum est ... *iam*, ora dextra uirum ueste longa indutum ac diademate cui subscriptum *hic legit autores mu[ltos?*, sic enim Eroli, *auctores* nec amplius quidquam Muratori 1926, 1. aeui fere Ausoniani

3 i. omnis, cessit 6 *unica* ablatiuum habeo, contra *a* producitur in *famula* 10 12 ut quondam Pomptillam

1551, 1 16 tenebricosius dicta ob industriam, quasi temptasti si te pater temptaret

1847

H]ic cito rapta iacet natis quos ad ubera |]liquit
adque uiro pariter quem | cito destituit.
triste ministerium | gemini soluere parentis,
funere | de tamto quos coquit ipse dolor.

edetur CIL. XI 4969, transcripsi de pictura lineari missa mihi a Bormanno, aliquot litterae iam perierunt quas legerant priores. peius edideram supra 1349 Spoleti tabula diffissa, subscriptum *depositio Exuperiae die quintum | kal. Iuliarum consule Constantio | u. c. III: quae uixit annis XXVI et mensibus IIII, exinde cum marito | annis X mensibus V* anno 420

1 *rapta iacet natis quos mater ad ubera l.* AL. ut correxit Mineruius 3 Vergili hemistichium prius in sepulcris repetitum identidem

1848

Hic auiam neptemque locus post fata recepit,
quasque dies olim fecerat unanimes.
euolat ad superos mentis quoque gratia simplex,
sepulcrum dupplex corpora nunc sociat.
alterius prestant uotis: sic lumine uero
tunc iacuere simul Nisus et Eurialus.

CIL. XI 4978 ex schedis Spoleti. subscriptum *Probatia auia d(e)p(osita) XIIII kal. Nouemb., Concordia nepus d(e)p. prid. kal. Sept.*

5 i. altera alterius. respicitur Vergili in Aen. IX narratio, 446 *fortunati ambo* (Sen. ep. 21, 5)

1849

Quamuis saeua tuos properans mors ruperit annos
nec rata sint uitae tempora longa tuae,
sunt tibi pro rapido tamen haec solacia leto,
quod clara generis nobilitate uales,
floret celsa domus, suboles clarique nepotes,
non est in casu mors metuenda tibi,

nec te sollicitat saeuissima cura minorum,
  et seruat castos uxor amata toros
linquens te] propter, Iohannes, gaudia uitae,
  sique deo placeat,] iam caritura die.

CIL. XI 4976 ex schedis (in quibus 3 *solatia laeto*) Spoleti

1 comparauit Rossius cum 1375, 1 *quamuis, nate, tuos mors inuida ruperit a.* et hunc quoque titulum saeculo VI adsignauit 2 *data* puto *sunt* traditur 9 s. *noli quapropter - plangere perpetuo iam* Rossius ac Mommsenus supplerant

1850

Mens percussa g]erit geminum uno tempore uulnus,
  et semper rem]eans fit sine fine dolor.
paruolus ille dedit lac]rimas, mox poscit et alter
  iam senior rar]a sed bonitate pater.

Rossi bull. arch. crist. 1894 p. 77 cum imagine ex agro Romano direptum marmor ad S. Nicolai in Genazzano aedem pauiendam dextro angulo imo inscriptum *Fl. Amala Amalafrida Theodenanda c(larissima) f(emina)* de stirpe regia Gothorum ceteroqui ignota, nec magis liquet utrum ipsa cum altero tecta fuerit isto marmore (*nata prior cogit lacrimas*) an tegendos curarit. saeculi sexti, litterae perpulcrae, suppleui

2 *atq. iterum remeans*, item 1 *gerit* et 3 *lacrimas* praeiuit Rossius

1851

commatica quae uocaui augerentur numero ad immensum, si poetica quotquot sunt et quantulacumque inscriptionum commata producere uellem, quae res noui negoti est. aliquot tamen exempla ideo adiungere placuit quod etiam neglecta carminum ratione satis memorabiles titulos existimabam

CIL. II 3367 in sepulcro uiri primarii Aurgitani et uxoris *futu[ra] fiunt [fato, nunc uiuo li]benter, et quotiens poto, totiens propino [mihi ipse*

ibidem 2146 Obulcone *heredibus mando etiam cinere ut m[era uina ferant,] uolitet meus ebrius papilio, ipsa ossa tegant he[rbae et flores, hic ut] si quis titulum ad mei nominis astiterit, dicat [quod non rapuit] auidus ignis, quod corpore resoluto se uertit in fa[uillam, bene quiescere*

cum non credam casu obtigisse seriem tot anapaestorum uerborumque distractionem, dimetris interuenire monometros et desinere feci in iambos. de papilione cf. 1063

CIL. V 563 Venetiis uel Tergeste *Constantius munerarius gladiatoribus suis propter fauorem muneris munus sepulcrum dedit. Decorato retiario qui peremit Caeruleum et peremptus decidit: ambos extincxit rudis, utrosque protegit rogus. Decoratus secutor pugnarum VIIII, Valeriae uxsori dolore primum reliquit*

CIL. XII 874 Arelate *iacet sub hoc signino dulcissima Secundilla, | que rapta parentibus reliquit dolorem, | ut tan dulcis erat tanquam aromata, | desiderando semper mellea uita. | que uixit annis III men. VI die. XVI.* | Ἀρωμάτι, ταῦτα signum nempe puellae Aromation fuerat, *mellea uita* ut in Lugdunensi monumento Allmer III p. 284 *cuius Filemati anima et speciens simul et aetas dulcius melle fuit*

CIL. VI 6049 in columbario Esquilino *heic situs sum Lemiso, | quem numquam nisi mors | feiniuit labore* i. ἔπαυσε πόνου, latinis poetis accepta *finiuit morte dolores, non potuit nisi mors finire laborem* ibid. 26338 coniuges *hos ab animo potuit disiungere nemo nisi finitio fati*, corrige serui soloecismos et herous renascitur ibid. 1819 scriba quaestorius de se praedicat *uixi iudicio sine iudice*, praue interpretantur 'operam dedi litibus ipse sine lite', consule Propertium IV 11, 48

Rossi inscr. christ. R. I 108, 211 anno 369 *Felix sanctae fidei uocitus et in pace, | cuius tantus amor et caritas retenetur ab amicis in aeuo, | qui cum esset, fuit solacius misericors omnibus notus. | Acrippina fecit dulcissimo suo marito | cum quem uixit sine lesione animi annos III et m. X. | fuit in saeculum, quod uixit, annos XXXII*

1852

Prestitit hic po
iura. post cons
uiginti gemino
4 reddidit exple
5 quintum in
cluserat an
uius iste perizuk

CIL. V 882 descr. Mommsen Belignae rep. extat Aquileiae. integer esse lapis uisus est, adnexum igitur olim habuisse alterum, uersus 7 alia manu adiectus uelut *prestitit hic populo praetor sanctissima iura, post consul factus dominis praesesq. per annos uiginti gemino mercedem functus honore reddidit expleuitque hic tardae fata senectae*

1853

ṛos in
te dignum
meretis c
4 his ergo d
5 sa specte
o nostr
tus

CIL. V 3866 descr. Mommsen Veronae in basi fracta 2 s. *te dignum modo pro meretis celebramus honore* sim.

1854

ares gem
2 obrepit m
3 hic nihil es
ad summum

CIL. V 3872 descr. Mommsen Veronae 1 uelut *siq. cares gemitu*, 2 *mors?*

1855

. . mes st . .
2 . . ritis re . .
3 . . iet sens . .
. . morum . .

ectypum accepi a Bormanno, delineauit Milani in monumentis ant. quae Lyncei edunt VI p. 46, 48 Florentiae eruderatum tabellae fragmentum sepulcralis (*ut lacrimes, sta nunc?*)

1856

. . ann]orum oc
2 to dierum]que uiginti
3 . . . pe]rennis sedi
quieuit

Rossi bull. arch. crist. 1873 p. 57 qui duos hexametros agnouit et ista suppleuit in secundo corrigens *perenni sede q.* ex coemeterio uiae Salariae

1857

Hoc paruo teg[itur . .
qui fuit us[q.] fide l .
paenituit uitae . .
4 credere ne co . .
5 a domino celi . .
nec tamen id m . .
eiiius que pe . . .

CIL. XI 4332 ex schedis fuit Interamnae subscriptum *depositus in pa*[*ce* . . . | *d. n. Anthemio* [*Aug. II cons.*] | *qui uixit annos* . . . annus est 468, adposita crux ad 1 et 6, apud Castellium sinistrorsum proiecta principia 1 3 6 1 adice *tumulo* 2 *fuifus fide* Cast. *fuit us . . . fide* Donius, extremum *l*[*egis?* 7 *eipius* Mazzancolli

1858

Spoleti extantia christianorum carminum frustula Bormanni opera ac uoluntate cognoui CIL. XI 4979 . . . *hoc*

oculu . . . chcrum . . . m noueri . . . rius sacri . . ., supplet Rossius *si quis ad hoc oculum conuertit forte sepulchrum - nouerit esse* huic tabulae adplicare licet per sententiam, non uidetur licere per marmoris rationes 4977 *nouerit*] *esse Iohannis . . . prius sacris*] *altaribus hesit* 4983 *. . . ulliue . . . aet*]*hera n . . . t*]*angeba*[*t . . . m fert hic . . .* 4981 *. . . uobis de no*[*mine . . . c*]*um merit*[*is . . . atus eras la . . . sub tali n . . .* 4982 *coniugis . . . la*]*crimis d . . . t perpetu . . . tumulusqu*[*e . . . m. VI recess*[*it . . .* 4980 *. . . tur* | *. . . ille finem* | *. . . cl*]*austra resoluit* | *. . . ce uiuit* | *. . . s*]*euerus* | *. . . p*]*robus* | *. . . uit* | *. . . ium* | *. . . sep*]*ulcra* | *. . . itate*

CORRIGENDA

non insero nisi quae ad fidem libri sustentandam necessaria arbitror. miserunt quidam uiri comi erga me amicoque animo ipsi quae animaduerterant et obseruarant, exempla poetarum latinorum carminibus epigraphicis adhibita aut congruentia uerbis sententiisue coaceruarunt CHosius in museo Rhenano a. 1895 L p. 286 ss. et CWeyman in actis gymnas. Bauar. 1895 XXXI fasc. 9, sepulcrales titulos IohCholodniak congestos edere coepit typorumque mihi specimina tradidit in quibus et a me emendata carmina retractauit et aliis suam operam nauauit restituendis meae inscius. haec ego cui ueterem librum absoluere cordi est, illi excutienda relinquo quisquis nouum est exorsurus

carmen 22 in lapide ita incisum esse inque septem uersiculos discriptum ait Huelsen, ut iambicos auctor uoluisse uideatur dimetros, sane hos quidem maculosos *Argiue uictor Hercules,* | *donum hoc tibi urbanus praetor* | *Veldumnianus Iunius*

41 extr. *scribit qui nouit* legit Mau, non *scripsit*

43 falsum esse numerum 3063 monuit me Havet cumque scheda mea perisset corrigere non potui, nescio igitur num 2386 (p. 150) in mente habuerim, pro quo app. p. 220 *rerum quidam* substitutum est

46 *rogamus Delos* eqs. duo tituli sunt, alter *inclinabiliter*, add. 3034 c tab. 51, 4, Mau in actis inst. arch. Rom. 1888 p. 148

68 descripsere etiam Nissen et Bormann CIL. VI 30105, quindeciens *i* longa exhibetur nec nisi in syllaba longa, *uixi* sim.

83, 3 *offeci nulli* coniecit FrSchoell

93 ex libro Manutii editum est CIL. VI 24659, uersu 2 *lucem redidi,* 3 *licitumst misero . .,* 4 *gratiam* (*crumulam* Aligherius), 7 *et sua . . | . . omnibus dare . .*

95, 4 addo *commuratur* VI 26215, *comurat* 27593, *commurere* XIV 850

96 est CIL. VI 28941, trimetros habet puros exceptis nominibus propriis

104 'ab eodem exemplo' omnes traxerunt, CIL. XI 6246. uersu 5 *Phocaensium* Marcanova qui solus in 2 *hoce* scribit, *-ium* omnes. Alciatus 4 *speciem elegantem*, 5 *Phocensium iste ciuis* dedit 'fortasse proprio exemplo' usus ut Bormannus putat, ego uereor ne suo ingenio

108 CIL. VI 28753 nunc in museo extat Parisiensi descriptumque sua manu mihi misit Froehner, acrostichis proiectis in sinistram litteris indicatur, uersu 4 *infra* et quod grauius est, 6 *numquam serbabit dolum* lapis. nempe confusa sunt *numquam fecit dolum* et *semper seruauit fidem*

111, 52 et 56 cum Taciti Agric. 6 *uixeruntque mira concordia per mutuam caritatem et in uicem se anteponendo* comparat WEHeitland Cantabrigiensis

146 *L. Senti L. l. Cocceti* ita testantur qui descripsere Henzen et Mommsen CIL. VI 26203

172 in ara Romanae originis quae extat Florentiae, CIL. VI 26901. uersus 6 ss. pars habet intuenti dextra

177 *M. Vipsanius Sex. f. Latinus* eqs. Romae CIL. VI 29011. addo 24845 de Postimia Saluilla an. XV *quod face[re parentibus dec]uit filiam, mors interpellau[it, fec]erunt miseri parentes fili[ae*

178 strictissime *ego tibi, mi qui?* Notizie d. scavi 1894 p. 252

179 adde CIL. VI 25489 *si quod sapiunt inferi, haue: ualete superi*

192 inter falsa numeratur quae codices saeculi XV tradiderint CIL. VI 53*. et certe quidem ficta sunt quae illi praeposuerunt *et apparabant escam et imponebant in purpureo nido*

194 contulit Bormann CIL. XI 4126. uersu 3 *a te felix* lapis. in eo quem subnotaui titulo *neque honorem ullum unquam gerat* CIL. VI 29942

218, 4 multo audacius quam *aetatem uirginem* dixerunt *ollae uirgines* CIL. VI 25192, *monumentum uirginem* ibid. 24633

233 *tu pupa* legendum esse Mau et Zangemeister consentiunt

247 ex sarcophago nunc Atestino olim Romano CIL. VI 29952 *lege et crede* ueteres enotarunt, *rege* sibi apparuisse testatur Mommsen, *respice* coniecit Furlanetto. quam ad-

iunxi sarcophagi inscriptionem, ea adhaeret epitaphio Geminiae Agathes carmini 562

277, 1 *deiectam* coniecit Heitland

292 in epistylio marmoreo magnis litteris inscriptum est, graeca adiuncta Marinius perhibet . . . δε]ῖξεν Βίκτωρ ἀρχὸς ἑώι[ας, CIL. VI 29769

301, 3 *iubuante* tum *iuuante* codex Paris. ut testatur Ihm qui Damasi epigrammata eisque aequalia interim denuo recensuit p. 88: in his quae ita correcta sunt non repeto

323 *fulxit* e Leidensi commentario notarum Tironianarum tab. 72, 5 adfert GuilSchmitz

356 consulto factos numeros Mau negat, quia inclinatum alterum alteri uerbo subiaceat, cf. acta inst. arch. Rom. 1894 p. 43

359 *quisquis amare uetat, quisquis custodit amantis* coniecisse Bursianum dixi ad 945

380 diligenter descripsit Bormann CIL. XI 5944. uersu 1 *st*[*a*]*tuit* cippus, 2 *r*[*ed*]*dunt* (hoc primus legit Mancini). subiectum carmini est *s. t. t. l.*

386 descr. Galeatae Bormann CIL. XI 6606. uersu 2 *satas s. genetrice*, 5 *solacia liquit amanti* lapis, in praescriptis *Refanus*

389, 5 *na* et interutrasque adiectam *m* lapis CIL. VI 27278

409 iterum recensebitur CIL. XI 4188. duo extant exempla, unum in 2 *cluit* praebet, utrumque 7 *pater ac mater*, hoc igitur restituendum, in 8 unum *actum est*, alterum *hac lucst*, *factumst* coniecit Bormann. neque de distinctione uersuum neque de orthographicis constat

413, 1 *primordia uersiculorum* perbene Froehner, acrostichida esse Iuliani

419, 7 potest *t*[*er*]*minus olim*

434 CIL. XI 6435 maxima pars periit, uersuum 1-5 pars maior denuo inuenta Ferrariae extat 1 *qui* et *semita* lapis, 3 *mensesq. duo duo*, 4 *at superos*, 5 *sensusq. meaui s.* (ita Iucundus tradidit concordantque fragmenti uestigia, *meaui* quasi penetraui), 6 *et lyricos legi*, 7 *sciui quit E.*, 11 *nunc modo ad infernas s. Acheruntis*, 12 *taetraque Tartarei sidera possideo* teste Iucundo quod plane mirabile est dictum licet metrum sine offensa sit, istuc quod edidi Marcanova praebuit, 13 *spes et fortuna*, 15 *est* omisit Iucundus

447, 2 *iato* marmor inspectum a Bormanno CIL. VI 28239

451, 1 *Ierene* testes ueteres CIL. VI 26442

456, 1 *uenit fortuna Faberi* coniecit Speijer Batauus

457, 1 *quicumq.* et *nomemq.* lapis

461, 4 auxilii nihil aduenit ex CIL. VI 26926

488, 5 restituendum *consitus*. cf. 973, 10

515 et 570 unum carmen. 1830

543, 8 anno 204 etiam XV uiri s. f. in ludorum saecularium actis scribunt *pilum de fronte hostiae secauit*

560 in supplementis CIL. VIII est 19454. C 2 quod *decor* et *decus* copulata sunt, similem complexionem inueni in Rossi inscr. christ. Rom. II 420, 23 *mater cunctarum decor et decus ecclesiarum*

564 editum est CIL. VI 25084 ubi 2 *li . . . nosque*, 4 *hunc*, 6 rectius *luctura per aequom*, sed emendandum censeo *luctura per aeuom*

575, 6 inuerti ordinem uerborum iubet Heitland *haec tibi pro meritis coniux pia praemia ponit Aemilius Vitellianus cognomine dictus*

576 recognouit ad lapidem IohSchmidt CIL. VIII suppl. 18140 s. is A 3 *tristia dona refer[re*, B 2 *donec me mea* repperit

591 plane idem epigramma, sed nihil praescripti in Baetica extat Illipulae (CIL. II suppl. p. 834) in tabella marmorea immissa parieti aedis sacrae, tres uersus exeuntes in *Fabatus* litteris minutis insculpti ante saeculum III. quod a Britanno quodam se comperisse ectypumque habere confirmans fidem inscriptionis mihi nuntiauit Huebner. Hispaniense istud exemplum priusquam retectum esse audiuimus merito suspectum uindicarat tamen ab suspicione Caesar de aetate tit. christ. p. 40

594, 1 iste quidem scriptor uno nos comprehendere uersu uoluit *certa pietate resoluimus oc: quis?* ita Heitland qui secundi uersus loco numerat *Longaeni fratres Victori patri. sepultus*

600 AL. Burmanni IV 137, Meyeri 1470

630 iterum relatum est CIL. VI 30248

635 recognorunt IohSchmidt et Cagnat CIL. VIII suppl. 19189, uersu 1 *multis dilact[a per] annis* i. dilecta, 2 *omnia* cippus, nomen mulieri fuisse *Fortunulae* inscriptiones contiguae docent

636 pariter emendatum est CIL. VIII suppl. 19118 propositumque secundum Costam ut initium carminis *kar]a mi[hi] coniunx mult(os) dilecta per an(n)os*

653 ubi Metellus ibidem uidit Bormann CIL. XI 4629 excepitque uersu 1 *coniunx*, 3 *Cominienus* et ne pusilla transmittam, 3 *aeternamq.*, 4 disiunctum *ad sint*

686, 11 comparauit Hosius cum Symmachi uersu ep. I 1 (Baehrens FPL p. 410, 1) *Aurorae in populis regum praetoria rexi*

709, 4 *celso deo reuehens membra* correxit Weyman

713 contulit Bormann CIL. XI 4164 descripsitque uersu

1 *inmerito presul* et *Cristi*, 4 *in pacem*, 6 *cuncta*, in subscriptis *m. VIIII* et *Basili*

727 ex Prudentio consarcinatum esse Sedulioque Weyman demonstrauit musei Rhenani L p. 154 et LII p. 328

755, 3 totum sublatum esse de Nemesiani ecloga I 40 uidit Hosius

805 in adnotatione quod memoraui carmen supra perscripseram 447

848 designauit qui nunc possidet Bormann disputauitque de Philotimi huius et Pacuuii epitaphiis in actis arch. epigr. Vindobonensibus XVII p. 227

857, 6 translatus uersus est ex Catonis disticho II 2 cui finem facit *cura*, uidit Hosius

859 in Tomitano titulo muta *fatum conpleuit dur(i)us*

903 lege *uerbera carnifices*, ut probauit Weyman conlato Lucretio III 1017

965 editum est CIL. VI 25617, uersu 2 *nomine*, 6 *defluet*, 7 *Rusticeli* (item in praescriptis *Rusticelia*), 10 *ut quae* ('sic in marmore' Smetius), 11 *uicínos*. praeterea *i* elata fertur non solum in longis syllabis quattuor sed etiam bis in breui ut *sollicítare*. uersu 3 *fuerit* deletum iit Henzen, 12 *diem* iam Winghius correxit

972 prius carmen tamquam duobus in lapide uersibus conclusum idque solum exhibetur CIL. VI 28810

974 est CIL. VI 29609 ubi excidit memoria Hauptii

986 contulerunt et quadam tenus correxerunt Sticotti et Bormann CIL. XI 6125. uersu 1 *qui legis et flores uiae*, 2 *consiste* [*et pe*]*rleg*[*e*, 5 *iam bis*, 7 *uisere*. incertum 11 *inspicere*, illis *e* uisa est prima, certae *cere*, *efficere* proponit Bormann. 13 *quae ie ..... caru*, hinc *quae femina* coniecit Bormann. 14 *f* post *germanum* apparuit, hinc *f*[*asque*] *dedi*[*sti* coni. B. miles cognomen *Seclator* habet ductum a secula, cognomen fratris qui *Cn.* filius erat in lacuna periit, deinde legitur *Maria L. f. Polla propter eius pietatem* (cf. *pia* trochaeum in 1). primos carminis uersus cum non ad metri normam quadratarius derexerit, nescio an praescriptis adhaeserit quod ad primum hexametrum requiritur uerbum, uelut *Nomina qui legis et flores*

1011 iterauit et depinxit Bormann in actis arch. epigr. Vindobon. 1895 XVIII p. 210, uersu 3 *pro*] *me quam* posuit, praeterea litteras uix quattuor intercidisse, 6 non *eat* inscriptum uideri sed *fert*

1038, 5 *ess* etiam Palatini Pl. rud. 240, ut post Leo monuit

1098 erit CIL. XI 5357. uersu 3 *uiridí* lapis. supplendum in 1 *degere cum caris* et in 3 *hic iacet* MRothstein suasit Bormanno

1099, 2 ita catillis optimae aetatis signum impressum est *Eros epoi* i. ἐπόει, uelut Mogontiaci erutae testae (Westdeutsches Korrespondenzblatt XV 1896 p. 87)

1167 maior pars superest inspecta a Bormanno CIL. XI 4866. uersu 1 *suorum* plurimi testes, nam terminantia uerba perierunt. 4 *hic Crocale* et 6 *formosae* lapis, idem *i* longam etiam in 2 *sortita* 3 *plenis* 5 *felices* et *uita*

1212 carminis particula in pago Interpromino denuo inuenta est et edita ab AdeNino in Notizie d. scavi 1895 p. 445. extant ultuma uersuum 11 ss. uerba, in 11 excepit ille ... *ut essent*, tum congruentia cum editis ab .. *ante legi* ad .. *ella iuuat*, confirmatur in 13 *de]sistat humatam*

1252 ex schedis CIL. XI 5836. uersu 5 *sepulcro* apographa meliora. praescriptum nomen sane *Sabinus* fertur. inferiorem cippum occuparat imago sedentis medici et circumfusi instrumenti artis

1302 ex schedis CIL. XI 6249 ubi 2 *domo*, 3 *fatalis* et *annis* (*horis* in altero exemplo scriptum erat), praescriptum *u(iuus) f(ecit) M. Annidius* eqs.

1349 ad fidem lapidis exactum repetii 1847

1363, 1 *terres* proposuit Caesar p. 41

1567 nescio quo modo oblitus sum adnotare quod Hosius docuit musei Rhen. L p. 300 hexametros 4 et 5 eosdem esse cum disticho Catonis II 3 *linque metum leti, nam stultum est tempore in omni, dum mortem metuas, amittere gaudia uitae.* unde simul discimus Oppium non uixisse ante exitum saeculi II, ipse enim quin Catonis istius aeque ac Senecae compilarit sapientiam nemo dubitabit. hic igitur titulus distichorum Catonis testis antiquissimus

1650 titulum quo loco pars superior extat inde oriundum esse Foro Semproni adfirmat Bormann CIL. XI 6142, carmen unius fide nititur Passionei

I INITIA CARMINVM

II TITVLORVM NOMINA PROPRIA


III VERSVVM AVCTORES COGNITORES


IV LIBRI SVMMARIVM

---

hos indices fecerunt iuuenes disciplina et consuetudine mihi coniuncti Georgius Karo et Ernestus Lommatzsch, quibus alii quoque se socios adiunxere et ad hoc negotium et in expurgandis typis, FrancHester et AemKrueger et AugNuth. his acceptum referri uolo siquid indices proderunt, siquid delictum uidebitur ignosci. Karonis diligentia etiam plures et ampliores indices paratos habui, sed ne chartas immodice absumerem, in praesenti omittere coactus sum. totum librum carminum dum typis exprimitur Otto Hense et Fridericus Leo perlegerunt nec solum multis locis addiderunt ea quae cum nominibus eorum proposui, sed omnino meliorem aut commodiorem reddidere suis consiliis monituque perpetuo. ab his autem respiciens ad priores annos redeo in memoriam plurium nunc uirorum doctrinae laude florentium tum adulescentium ac tironum qui alius alio modo de hoc libro bene meriti sunt. inter quos praecipuum locum Georgius Kaibel tenet olim cum Romae hiemem transigeret pro me usus data ab Henzeno facultate inspiciendi conferendique cum meis schedis quae ille conlegerat exempla inscriptionum urbanarum. his et quibus debeo omnibus gratum meum animum hoc testificetur uerbum. scripsi idibus Nouembr. anni MDCCCIVC

Bonnae Typis Caroli Georgi Vniv. Typogr.


Stanford University Libraries
3 6105 009 590 857


Stanford University Libraries
3 6105 009 590 857

